MVLIERVM GRÆCARVM

QVAE ORATIONE PROSA VSAE SVNT

FRAGMENTA ET ELOGIA

GRAECE ET LATINE

CVM VIRORVM DOCTORVM NOTIS ET INDICIBVS

ACCEDIT

CATALOGVS

FOEMINARVM SAPIENTIA ARTIBVS SCRIPTISVE APVD GRAECOS ROMANOS ALIASQVE GENTES OLIM ILLVSTRIVM

CVRANTE

IO. CHRISTIANO WOLFIO

IN GYMNASIO HAMB. PROF. P.

GOTTINGAE

APVD ABRAHAMVM VANDENHOECK ACAD. TYPOGR.

cIɔ Iɔ cc xxxix.

VIRO

NOBILISSIMO AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMOQVE

IO. MATTHIAE GESNERO

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

QVAE GOTTINGAE EST

ELOQVENTIAE ET POESEOS PROFESSORI CELEBERRIMO

BIBLIOTHECAE BVLOVIANAE PRAEFECTO DIGNISSIMO

SCHOLARVM PER GERMANICAS POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS PROVINCIAS

ET SEMINARII PHILOLOGICI INSPECTORI PRVDENTISSIMO VIGILANTISSIMO

LITERARVM ELEGANTIORVM FVGIENTIVM STATORI SOLERTISSIMO

TANTA MORVM INTEGRITATE PRAEDITO

VT OMNES BONI ILLVM NVNQVAM NON STVDIOSE COLVERINT

TANTA INGENII SAGACITATE

VT OBSCVRISSIMOS VETERVM AVCTORVM LOCOS

DEXTRE EXPLANAVERIT

TANTA ANIMI CONSTANTIA

VT NEQVE MALEVOLORVM PETVLANTIA NEQVE NEGOTIORVM VARIETATE VNQVAM FRACTVS FVERIT

HAS FOEMINARVM OLIM ILLVSTRIVM RELIQVIAS

IN SIGNVM GRATI ANIMI PRO BENEVOLENTIA SINGVLARI

SVPERIORE ANNO GOTTINGAE ERGA SE HABITA

ET TESSERAM CERTAM MVTVI IN IPSVM STVDII

SACRAS ESSE CVPIT

SIMVLQVE CONTINVAS ANIMI CORPORISQVE VIRES

AD ACADEMIAE QVAM ORNAT ET SCHOLARVM FIDEI EIVS CREDITARVM

SALVTEM FLOREM ET COMMODVM EGREGIE PROMOVENDVM

NEC NON AD OPERVM VTILISSIMORVM

NOVI THESAVRI L. L. LVCIANI ET PLINII SENIORIS

TRIGAM PVBLICAE LVCI SISTENDAM

EX ANIMO PRECATVR

PIETATIS MODESTIAE ET ERVDITIONIS

GESNERIANAE

CVLTOR PERPETVVS

IO. CHRISTIANVS WOLFIVS.

LECTORI BENEVOLO

S.

Poſtquam ante aliquot annos primum **Sapphvs Lesbiae**, deinde reliquarum octo **Poetriarvm** Graecarum fragmenta & elogia in lucem edideram, inſtituto meo maxime conveniens, & harum deliciarum amantibus non ingratum fore putavi, ſi quoque omnia illa fragmenta & elogia, quae in veterum Auctorum commentariis de reliquis mulieribus doctrinae laude olim in Graecia illuſtribus extant, cum cura colligerem. Promtus paratusque fuit ad iſta ſumtibus ſuis excudenda Vir ſolertiſſimus, *Abrahamus Vandenhoeck*, & jam triennium abhinc fragmenta proſaica & elogia mulierum Graecarum una cum magna parte Catalogi foeminarum olim illuſtrium typis expreſſa erant, quum ille optimis auſpiciis Academiae *Gottinganae* florentiſſimae Typographus conſtitueretur, atque adeo multis negotiis operoſis implicatus, abſolutionem perfectionemque hujus operis in aliud tempus differre cogeretur.

Nequaquam verendum eſt, ne Tibi, L. B. conſilium noſtrum vel intempeſtivum, vel inutile prorſus videatur, ſi Tecum ipſe recolueris, permultos viros vere doctos & de Republica litte-

litteraria optime meritos id inprimis litterarum ſtudiis adjuvandis accommodatum exiſtimaſſe, ut ex auctoribus antiquis certa quaedam ἀποσπασμάτια colligerentur, quae juvenibus eruditionis ſolidae cupidis, mature ante oculos verſarentur, hique adeo non unius alteriusve, ſed plerorumque auctorum veterum, dulcedinem deguſtare, & ita ad cetera quoque iſtorum Scriptorum legenda jam inde ab adoleſcentia allici commode poſſent. Conſtat inter omnes, *Aldum Manutium*, *Fulvium Urſinum*, *Henr. Stephanum*, *Mich. Neandrum*, *Joachimum Camerarium*, *Davidem Hoeſchelium*, *Jo. Vorſtium*, aliosque plures, quorum indicem accuratum Vir Summus, *Jo. Alb. Fabricius*, νῦν ἐν ἁγίοις, Vol. XIII. Bibliothecae Graecae pag. 849. ſqq. exhibet, Collectiones varias Scriptorum **Graecorum** veterum divulgaſſe, quas omnes hilare & libenter eruditi adhuc exceperunt. His praeſens Opuſculum non immerito annumerare licebit, quia in illo ſpecimina aliquot centena ex Scriptoribus Graecis diverſi argumenti, ſtyli temporisque in medium proferuntur. Addere etiam juvat hoc, multa ibi memorari a mulieribus antiquis tam ſapienter dicta atque acta, ut vel hodie viri juvenesque non pauci, contraria prorſus & ore & moribus palam profitentes, erubeſcere debeant, quotiescunque illa legerint. Negare quidem non poſſum, occurrere etiam in noſtro libro exempla quaedam mulierum, omnibus vitiis flagitiisque deditarum, quae partem potentia ſua peſſime abuſae ſunt, partem libidinibus aliisque pravis animi affectionibus libere indulſerunt; ſingulis autem accurate perpenſis, omnino apparebit, maritorum aliorumve virorum ſocordiam aut malitiam in cauſa plerumque fuiſſe, cur miſerae illae ſibi ſuisque maximo dedecori & detrimento extiterint.

In

P R A E F A T I O.

In Catalogo foeminarum, ſapientia, artibus ſcriptisve apud varias gentes olim illuſtrium, omnes illas, quae ante Seculum VI. poſt C. N. floruerunt, commemorare ſtudui, plerasque autem recentiorum temporum praetermiſi, quia multa incerta fabulasque commentitias redolentia de illis tradere auctores conſueverunt. In recenſendis illis, quae Philoſophiae ſtudiis claruerunt, Viri πολυμαθεστάτου, *Aegidii Menagii*, *Hiſtoria Mulierum Philoſopharum*, quae primum Lugd. 1690. 12. cum commentario italice ſcripto in ſeptimum Tetradecaſtichum *Franc. Petrarchae*, deinde ſeorſum Amſtelod. 1692. 8. prodiit, denique vero Ejusdem commentario in *Diogenem Laertium* ed. Amſtel. 1695. 4. ſubjecta eſt, ita ſum uſus, ut ſimul omnia illa πάρεργα, quae ad foeminas doctas nihil pertinent, ex libello iſto, qui rarior eſſe incipit, transſcripſerim, deſiderium ejus vel ſic levaturus. Scio quidem, illum a perſonato *Vignolio Marvilio* in Miſcellaneis hiſtoricis & litterariis gallice editis Tom. II. pag. 30. *parvum librum, admodum macrum & Auctoris ſenium perquam referentem*; atque a *Nicerone*, Monacho Barnabita, Tom. I. Commentariorum de hiſtoria Virorum in Republica litteraria celebrium pag. 330. *librum admodum tenuem & ſuperficiarium* appellari; credo vero etiam, utrique ſiniſtro judicio recte opponi poſſe effatum Praeceptoris mei deſideratiſſimi, *Jo. Alberti Fabricii*, τοῦ μακαρίτου, qui Vol. I. Bibliothecae Graecae pag. 526. ed. 2. *ſcomma illud* Marvilii *frigidius eſſe, quam ipſum eſt ſenium*, pronunciat.

Specimina duo pag. 280. ſqq. & pag. 336. ſqq. extantia, quae ex Codicibus MStis Duumviri doctiſſimi & humaniſſimi, ABRA-

P R A E F A T I O.

Abrahamvs Gronovivs, inſigne Patriae Gentisque ſuae decus, & Abbas de Targny, Doctor quondam Sorbonicus, & MStorum Codicum Bibliothecae Regiae Pariſ. Praefectus digniſſimus, ante biennium non ſine magna litterarum elegantiorum jactura demortuus, benevole mecum communicarunt, Tibi, L. B. ſine dubio perplacebunt, quum ad extollendam veterum mulierum doctarum gloriam apprime faciant. Vale, &, ſi ſtudium meum Tibi non ingratum eſſe futurum intellexero, exſpecta propediem Commentarium de vitis Heroinarum, Reginarum & Auguſtarum, quas ex numis & Scriptoribus antiquis exponere conſtitui.

ΓΥΝΑΙΚΩΝ
ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ
ΛΕΙΨΑΝΑ ΠΕΖΑ.

MVLIERVM
GRAECARVM
FRAGMENTA PROSAICA.

ΠΕΡΙ ΑΙΔΕΣΙΑΣ.

I.

ΑΙΔΕΣΙΑ, [1] Ἑρμείυ γυνή· ἄυτη μὲν ἦν προσήκυσα γένει τῷ μεγάλῳ Συριανῷ, καλλίςη δὲ καὶ ἀρίςη γυναικῶν τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· τὰ μὲν ἤθη τῷ Ἀνδρὶ παραπλησίας ἁπλῆ καὶ γενναία, καὶ δικαιοσύνης οὐδὲν ἧτ]ον ἢ σωφροσύνης ἐπιμεληθεῖσα διὰ βίυ παν]ός· τὸ δὲ ἐξαίρετον ἀυτῆς φιλόθεον καὶ φιλάνθρωπον· διὰ τοῦτο καὶ παρὰ δύναμιν ἒυ ποιεῖν ἐπεχείρει τοὺς δεομένυς· ὥςε καὶ τοῦ Ἑρμείυ τελευτήσαν]ος ἐπὶ παισὶν ὀρφανοῖς ἀπολειφθεῖσα τῶν ἀυτῶν ἔιχετο δαπανημάτων ἐις τὰς ἐυποιίας· τοιγάρτοι καὶ ὑπόχρεων τοῖς ὑιέσι τὸν βίον ἐποίησεν· ἐφ᾽ ᾧ καὶ μέμψασθαί τινες ἀυτὴν ἐπεχείρυν· ἡ δὲ ἕνα θησαυρὸν ἡγυμένη τῆς ἀμείνονος ἐλπίδος, εἴ τις ἐθέλει τοῖς ἱεροῖς καὶ ἐπιεικέσιν ἀνθρώποις ἐπικυφίζειν τὰ ἄχθη τῆς χρησμοσύνης, οὐδενὸς ἐφείδετο, διὰ τὸν ἔλεον τῆς κατὰ τὰ ἀνθρώπεια τύχης. Τοιγαροῦν ἠγάπων ἀυτὴν καὶ τῶν πολιτῶν ὁι πονηρότατοι· Μάλιςα δὲ τῶν ὑιέων ἐπεμελεῖτο τὰ περὶ φιλοσοφίαν, ὀρεγομένη τὴν τοῦ πατρὸς ἐπιςήμην ἀυτοῖς παραδοῦναι, καθάπερ κλῆρόν τινα πατρῴας οὐσίας· ἥγε καὶ τὴν δημοσίαν τῷ πατρὶ σίτησιν [2] διδομένην τοῖς παισὶ διεφύλαξε, νέοις ἔτι οὖσιν, ὡς ἐφιλοσόφησαν· ὅπερ ὀυκ ἴσμεν οὐδὲ ἀνδρῶν ἕτερον πεποιηκότα, μήτι γε δὴ γυναικῶν· ἦν γὰρ παρὰ πᾶσι τιμὴ καὶ αἰδὼς ὀυκ ὀλίγη τῆς Ἀιδεσίας. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ καὶ συνέπλευσε τοῖς

υἱέσιν

[1] Exstant hæc apud *Suidam* in Ἀιδεσία, qui totum hunc articulum ex *Damascio* de vita Isidori Philosophi descripsit.

[2] Sic

DE AEDESIA.

I.

ÆDESIA, *Hermiæ* uxor, cognata magni *Syriani*, pulcherrima & optima Alexandrinarum mulierum, moribus marito ſimilis, candida & generoſa, juſtitiæque non minus quam modeſtiæ per omnem ætatem ſtudioſa, & inſigni amore Deum & homines proſequens. Quapropter etiam ſupra vires egentibus benefacere ſtudebat; adeo ut *Hermia* quoque defuncto, vidua cum pupillis relicta, eoſdem ſumptus in beneficentiam conferret. Unde factum, ut patrimonium liberis obæratum traderet. Qua de cauſa non deerant, qui illam reprehenſam vellent. At illa, quæ unum theſaurum duceret ſpei melioris, ſi quis ſacros & modeſtos homines onere inopiæ levaret, nullis ſumptibus parcebat propter humanæ ſortis commiſerationem; eaque de cauſa vel ab improbiſſimis civibus diligebatur. Inprimis autem dabat operam, ut in philoſophia filii erudirentur, cupiens doctrinam patris velut hæreditatem quandam illis tradere. Hæc & publicum victum, qui patri præbebatur, pueris adhuc parvulis, cum philoſopharentur, conſervavit: id quod neminem alium virum conſecutum novimus, nedum mulierem. Omnes enim non mediocriter *Ædeſiam* & honorabant & venerabantur. Cum autem cum filiis philoſophiæ operam

[2] Sic recte 2. MSS. Pariſ. At priores editt. male *ἀιτεσιν*. *Kuſterus.*

υἱέσιν Ἀθήναζε στελλομένοις ἐπὶ φιλοσοφίαν, ἐθαύμασαν αὐτῆς τὴν ἀρετὴν, ὅ, τε ἄλλος χορὸς τῶν φιλοσόφων, καὶ ὁ κορυφαῖος Πρόκλος· αὕτη ἐστὶν Ἀιδεσία, ἣν κόρην οὖσαν ἔτι τῷ Πρόκλῳ κατεγγυήσειν ἔμελλεν ὁ Συριανὸς, εἰ μὴ Θεῶν τις ἀπεκώλυσεν ἐπὶ γάμον ὁρμῆσαι τὸν Πρόκλον. Τὰ δὲ πρὸς Θεὸν εὐσεβὴς οὕτω καὶ ἱερὰ καὶ τὸ ὅλον φάναι θεοφιλὴς, [3] ὥστε πολλῶν ἐπιφανειῶν ἀξιοῦσθαι· ἡ δὲ Ἀιδεσία τοιαύτη· καὶ διεβίω πάντα τὸν βίον ὑπὸ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἀγαπωμένη καὶ ἐπαινουμένη· καὶ ταύτην ἐπίσταμαι γραῦν γυναῖκα, καὶ ἐπ᾽ αὐτῇ τεθνηκυίᾳ τὸν ἐπὶ τῷ τάφῳ λέγεσθαι νομιζόμενον ἔπαινον ἐπεδειξάμην ἡρωϊκοῖς ἔπεσι κεκοσμημένον, ἔτι νέος ὢν, καὶ κομιδῇ μειράκιον· ταύτης δὲ παῖδες ἀπὸ τοῦ Ἑρμείου, νεώτερος μὲν Ἡλιόδωρος· πρεσβύτης δὲ Ἀμμώνιος· οὗτος μὲν οὖν εὐφυέστερος ἦν καὶ φιλομαθέστερος· ὁ δὲ ἁπλούστερος καὶ ἔτι παλαιότερος, ἔν τε τοῖς ἤθεσιν, ἔντε τοῖς λόγοις· ἄμφω μὲν γὰρ ἐφιλοσοφησάτην ὑπὸ Πρόκλῳ, μετὰ τῆς μητρὸς ὡς αὐτὸν ἀφικομένω παιδαγωγούσης. Καὶ ὁ Πρόκλος αὐτοῖς προσεῖχε [4] τὸν νοῦν ἐπιμελέστερον, ὡς παισὶν Ἑρμείου, φίλου τε καὶ ἑταίρου ἀνδρός· παισὶ δὲ Ἀιδεσίας, τῷ γένει Συριανῷ προσηκούσης καὶ ἅμα σφίσι τὸ τηνικαῦτα παρούσης. ἀφίκετο μὲν δὴ σὺν αὐτοῖς Ἀθήναζε καὶ Ἱέραξ, ὁ Συνεσίου ἀδελφός.

II.

Ὅτι [5] τῷ Ἑρμείᾳ ἐκ τῆς Ἀιδεσίας πρεσβύτερον τῶν φιλοσόφων υἱέων τίκτεται παιδίον, καὶ ἡ Ἀιδησία τῷ υἱεῖ ἑπτὰ μῆνας ἀπὸ γενέσεως ἄγοντι, προσέπαιζέ τε, οἷα εἰκὸς, καὶ Βάβιον καὶ παιδίον ἀνεκάλει, ὑποκορίζουσα τὴν φωνήν· ὁ δὲ ἀκούσας ἠγανάκτησε καὶ ἐπετίμησε τὸν παιδικὸν τοῦτον ὑποκορισμὸν, καὶ διηρθρωμένην τὴν ἐπιτίμησιν ἐξενεγκών. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ περὶ τοῦ παιδὸς τούτου τερατολογεῖ· καὶ ὅτι οὐκ ἀνεχόμενος τὴν ἐν σώματι ζωὴν, ἑπτὰ ἐτῶν τοῦ βίου ἀπέστη· οὐ γὰρ ἐχώρει αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὁ περὶ γῆν ὅδε τόπος. Βάβια δὲ οἱ Σύροι καὶ μάλιστα οἱ ἐν Δαμασκῷ τὰ νεογνὰ καλοῦσι παιδία· ἤδη δὲ καὶ τὰ μειράκια ἀπὸ τῆς παρ᾽ αὐτοῖς νομιζομένης Βαβίας Θεοῦ· ἤδη γὰρ ἐνίοις τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων, καὶ ἅμα διεφθαρμένων τὰς διανοίας, εἰς κωμῳδίαν ἐτράπη καὶ γέλωτα πολὺν τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀπόρρητα.

III. Ἀ I-

[3] Hanc lectionem ex 2. MSS. Pariſ. revocavi, cujus loco in prioribus editt. excuſum eſt θεοσεβὴς, quod non placet, quia paulo ante præceſſit εὐσεβὴς· Illi enim ſi τὸ θεοσεβὴς hic ſubjungas, ταυτολογίαν haud ſane effugere queas. *Idem.*

[4]

ram daturis, Athenas profecta esset, ipsius virtutem cum reliquus Philosophorum coetus, tum ejus antesignanus *Proclus*, sunt admirati. Hæc est *Ædesia* ista, quam adhuc puellam *Syrianus* Proclo desponsurus erat, nisi Deus quispiam *Proclum* ab illo conjugio revocasset. Adeo autem pia & religiosa, & ut breviter dicam, Deo chara fuit, ut multis apparitionibus digna judicata fuerit. Hæc igitur *Ædesia* talis fuit, & totam vitam à Deo & ab hominibus dilecta & laudata transegit. Eandem etiam ætate provectam vidi, & in ipsam defunctam more solito laudationem funebrem versibus heroicis scriptam adolescens adhuc publice recitavi. Hujus ex *Hermia* filii, natu minor, *Heliodorus*, natu vero major, *Ammonius*, fuerunt; quorum ille & ingenio & studio discendi alteri præstitit; hic vero simplicior fuit, idque ipsum tum in moribus quam in sermonibus præ se tulit. Ambo tamen sub *Proclo* philosophiæ operam dederunt, ad quem cum matre, quæ ipsis pædagogi loco erat, accesserunt. *Proclus* autem singulari cura & favore eos prosecutus est, ut filios *Hermiæ*, quocum ipsi amicitia & familiaritas intercesserat; itemque filios *Ædesiæ*, quæ *Syriano* cognatione juncta erat, & tunc temporis una cum ipsis aderat. Cum eis autem Athenas una ivit *Hierax*, *Synesii* frater.

II.

Natus est *Hermiæ* ex *Ædesia* filius, cæteros philosophorum filios superans; & *Ædesia* cum filio septem nato menses, ut fieri amat, jocabatur, & Babium & puellulum voce diminutiva appellabat. Ipse autem audiens conquestus est, & increpuit hanc puerilem diminutionem, & articulatam increpando vocem protulit; aliaque multa de illo puero mira dicuntur, eum scilicet vitam in corpore non tolerasse, sed septimo anno vivere desiisse, nec ejus animam terrestrem aliquem locum excepisse. Syri & maxime qui in Damasco habitant, pueros recens natos Babia vocant: Iam vero & adolescentes à Dea Babia, quæ apud illos putatur esse, sic vocant. Iam enim nonnulli eorum, qui aures fractas habent, & sensum depravatum, in Comœdiam & in risum Philosophorum arcana converterunt.

III. ÆI-

[4] Sic MSS. Paris. At priores Editt. minus recte παρεῖχε. *Idem.*

[5] *Photius* in Bibliotheca Cod. CCXLII. p. 555, 17. ex *Damascii* libro de vita *Isidori*.

III.

᾿ΑΙΣΑΡΑΣ Πυθαγόρου Λευκάνας,

ἐκ τοῦ περὶ ἀνθρώπων φύσεως.

Φύσις [6] ἀνθρώπω κανών μοι δοκεῖ νόμω τὲ καὶ δίκας ἦμεν, καὶ οἴκω τε καὶ πόλιος· ἴχνια γὰρ ἐν αὐτῷ στιβαζόμενος εὕροιτο καί τις καὶ μαστευόμενος· νόμος γὰρ ἐν αὐτῷ καὶ δίκα, ἁ τᾶς ψυχᾶς ἐστι διακόσμασις· τριχθαδία γὰρ ὑπάρχουσα ἐπὶ τριχθαδίοις ἔργοις συνέστακε· γνώμαν καὶ Φρόνασιν ἐργαζομένας ὁ λογισμὸς, ἀλκὰν καὶ δύναμιν ὁ θυμὸς, ἔρωτα καὶ φιλοφροσύναν ἁ ἐπιθυμία· [7] καὶ οὕτω συντέτακται ταῦτα ποτ᾿ ἄλληλα [8] πάντα, ὥστε αὐτᾶς τὸ μὲν κράτιστον ἁγέεσθαι, τὸ δὲ χεῖρον ἄρχεσθαι, τὸ δὲ μέσον μέσαν ἐπέσχεν τάξιν, καὶ ἄρχεν καὶ ἄρχεσθαι. Ταῦτα δὲ οὕτως ἐμάσατο κατὰ λόγον ὁ θεὸς ἔν τε ἐκτυπώσει καὶ ἐξεργασίᾳ τῶν ἀνθρωπίνων (leg. τῶ ἀνθρωπίνω) σκάνεος, ὅτι μόνον ἄνθρωπον ἐνενοήσατο, νόμω τε καὶ δίκας ἐπιδέκτορα γενέσθαι, καὶ οὐδὲν ἄλλο τῶν θνατῶν ζώων· οὔτ᾿ ἐξ ἑνὸς σύσταμα κοινωνίας γένοιτο ἂν, οὔτε μὰν ἐκ πλειόνων, ὁμοίων δὲ τούτων· ἀνάγκα γὰρ, ἐπεὶ τὰ πράγματα διαφέροντα ἐντὶ, καὶ τὰς ἐν ἡμῖν μοίρας τᾶς ψυχᾶς διαφόρους ἦμεν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἅιματος (leg. σώματος) ὁράσιος καὶ ἀκόας καὶ γεύσιος καὶ ὀσφράσιος· οὐ γὰρ πάντα ποτὶ πάντα τὰν αὐτὰν ἔχει συναρμογάν· οὐδὲ μὰν ἐκ πλειόνων μὲν καὶ ἀνομοίων τῶν τυχόντων μάν τοιγε, ἀλλὰ τῶν ποτ᾿ τὰν τῶ ὅλω συστάματος ἐκπλήρωσιν καὶ σύνταξιν καὶ συναρμογὰν τευχόντων, οὐ μόνον δὲ ἐκ πλειόνων καὶ ἀνομοίων καὶ τῶν εἰς τὸ ὅλον καὶ τέλεον τυχόντων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τούτων οὐκ εἰκάιων καὶ ὡς ἔτυχε συνταχθέντων, ἀλλὰ μετά τινος νόμω καὶ ἔμφρονος ἐπιστασίας· ἄιτε γὰρ τὰν ἴσαν ἐφέροντο μοῖραν καὶ δυνάμιος καὶ τιμᾶς ἀνόμοια ἐόντα, καὶ τὰ μὲν χείρονα, τὰ δὲ κάῤῥονα, τὰ δὲ μέσα, οὐκ ἂν δύνατον ἁ κατὰ ψυχὴν τῶν μερέων κοινωνία εὐνομασθῆναι μέν· ἄιτε τὰν ἴσαν μὴ τὰ κάῤῥονα, τὰν δὲ μείζονα μοῖραν ἐφέρετο, ἀλλὰ τὰ χείρονα, πολλὰ ἀφροσύνα καὶ ἀταξία περὶ τὰν ψυχὰν ὑπάρχεν· ἄιτε τὰ κάῤῥονα μὲν τὰ μείζονα, τὰ χείρονα δὲ τὰ μείονα, μὴ ποτὶ λόγον δὲ ἕκαστον τούτων, οὐκ ἂν δύνατος ὁμόνια καὶ φιλία καὶ δικαιότας ἦμεν περὶ τὰν ψυχάν· ἐπεὶ ὧν ἕκαστον ἐν ποτὶ λόγον συντέτακται τὸν ἁρμόζοντα, τὸ τοιοῦτον φαμὶ ἐγὼ δικαιότατα ἦμεν· καὶ μὰν ὁμόνιά τις

καὶ

[6] *Stobæus* Eclog. Physic. lib. I. pag. 105. ed. Plant. & Genev.

[7] Codices vulgati *Stobæi* habent: συνέστακε γνώμαν καὶ φρόνασιν ἐργαζομέναν, (καὶ ἀρχὰν ed. Genev.)

III.

ÆSARÆ Pythagoræ F. Lucanæ, ex libro de hominum natura.

Hominis natura mihi videtur norma legis pariter & juris, ac domus pariter & civitatis. Nam in eo veſtigia, qui quærat, inveniet; ſiquidem lex in ipſo jusque cernitur, qui ornatus eſt animae. Triplex enim cum ſit, ad triplicem operationem compoſita eſt; Quae conſilium & prudentiam efficit, ea ratiocinatio eſt, quae robur & vires, ira, quae amorem & benevolentiam, cupiditas. Et ſic hae partes invicem compoſitae ſunt & ordinatae, ut quod animae praeſtantiſſimum eſt, imperium habeat; quod peſſimum eſt, pareat; quae vero pars nec optima eſt, nec deterrima; medium inter illas duas obtineat locum, imperandi & parendi juxta gnara. Quae ſic ſecundum rationem Deus in hominis opificio diſpoſuit, quod hominem ſolum inter omnia mortalia voluit animalia legis ac juris capacem fieri. Iam neque ex uno conſtare poſſit communio, neque ex pluribus ſimilibus, (ut enim variae ſunt res, ita partes quoque animae varias oportet eſſe, ut etiam in corpore aſpectus, auditus, guſtus, olfactus, quandoquidem haud omnibus omnia conveniunt,) neque ex pluribus diſſimilibus, & quibusvis, verum qui ad compagem totius apti ſint, & inſuper non temere ac fortuito, ſed lege quadam ac prudentia concinnati. Etenim ſive parem ſortirentur poteſtatem atque honorem inter ſe diſſimilia, & partim deteriora, partim potiora, partim medii generis; non poſſet animae partium proba conſtitui communio; ſive imparem ac majorem partem deteriora, non potiora conſequerentur, magna in anima exiſteret confuſio; ſive potiora quidem majorem, deteriora vero minorem, verum citra ſingulorum rationem, haud poſſet in anima concordia, amicitia ac juſtitia gigni. Quare cum ſingula ſecun-

Genev.) ϰ̀ ἀλκὰν ϰ̀ δύναμιν ϰ̀ ἔρωτα, ϰ̀ φιλοφροσύναν, ἁ ἐπιθυμία. Emendavit autem *Salmaſius* in notis in Epictetum & Simplic. p. 169.

[8] Ed. *Stobæi:* ἄλλα, quod emendavit *Salmaſius.*

καὶ ὁμοφροσύνα ἀποδεῖ (leg. ὀπαδεῖ) τὰ τοιαῦτα διατάξει· τὸ δὲ τοιοῦτον δικαίως καὶ λέγοιτο εὐνομία ἦμεν τᾶς ψυχᾶς, ἅτις ἐκ τῶν ἄρχεν μὲν τὸ κάῤῥον, ἄρχεσθαι δὲ τὸ χερεῖον κράτος ἐπιφέροιτο τᾶς ἀρετᾶς· καὶ φιλία δὲ καὶ ἔρως καὶ φιλοφροσύνα, σύμφιλος καὶ συγγενής, ἐκ τούτων ἐξεβλάστασε τῶν μερέων· συμπείθει μὲν γὰρ ὁ νόμος ὁραυγούμενος, ἄραται (leg. ἤρηται) δὲ ἁ ἐπιθυμία, ἁ δὲ θύμωσις, ἐμπιπλαμένα μένος, ἔχθρα ζέυσα φίλα γίγνεται τᾷ ἐπιθυμίᾳ· ἁρμόσας γὰρ ὁ νόος τὸ ἁδὺ τῷ λυπηρῷ συγκατακεραόμενος, καὶ τὸ σύντονον καὶ σφοδρὸν τῷ κούφῳ μέρει τᾶς ψυχᾶς, καὶ διαχυτικῷ, ἕκαστόν τε ἑκάστω πράγματος, τὰν σύμφυλον καὶ συγγενέα προμάθειαν διαμέρισται· (leg. διεμεμέρισται·) ὁ μὲν νόος ὁραυγούμενος καὶ στιβαζόμενος τὰ πράγματα, ἁ δὲ θύμωσις ὁρμὰν ἢ (leg. καὶ) ἀλκὰν ποτιφερομένα τοῖς ὁραυγασθεῖσιν· ἁ δὲ ἐπιθυμία, φιλοστοργίᾳ συγγενὴς ἔασσα, ἐφαρμόζει τῷ νόῳ, ἴδιον περιποιουμένα τὸ ἁδὺ, καὶ τὸ σύννοον ἀποδιδοῦσα τῷ συνόλῳ μέρει τῆς ψυχῆς· ὤνπερ ἕκατι δοκέει μοι καὶ ὁ βίος ὁ κατ' ἀνθρώπων ἄριστος ἦμεν, ὅκκα τὸ ἁδὺ τῷ σπουδαίῳ συγκατακραθῇ, καὶ ἀδονατοῦ ἀρετὰ, ποθαρμόξασθαι δ' αὐτὰ ὁ νόος δύναται παιδεύσιος καὶ ἀρετᾶς ἐπήρατος γενόμενος.

IV.

Περὶ τῆς ΑΝΘΟΥΣΑΣ.

Ὅτι [9] διὰ τῶν νεφῶν μαντικὴν οὐδαμῶς τοῖς παλαιοῖς οὐδ' ἀκοῇ ἐγνωσμένην, Ἄνθουσάν τινα γυναῖκα ἐξευρεῖν ἐν ταῖς ἡμέραις Λέοντος τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως· ἐξ αἰγῶν δὲ κατήγετο τῶν κιλικίων ἡ γυνή· τὸ δὲ ἀνέκαθεν ἀπὸ τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ κατῳκισθέντων ἐπὶ τὸν κόμανον, τὸ ὄρος ὀρεστιάδων· καὶ ἀνάγειν τὸ γένος εἰς Πέλοπα· αὕτη φροντίζουσα περὶ ἀνδρὸς, ἐπιτετραμμένου στρατιωτικὴν ἀρχήν τινα, καὶ ἐπὶ τὸν κατὰ Σικελίαν ἀπεσταλμένου, μετὰ καὶ ἄλλων, πόλεμον· ηὔξατο προϊδεῖν ὀνείρῳ τὰ συμβησόμενα· ηὔξατο δὲ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα· ὁ δὲ πατὴρ ὄναρ αὐτῇ ἐκέλευε καὶ πρὸς δυόμενον εὔξασθαι· καὶ εὐχομένης ἐξ αἰθρίας τινὸς νέφος συστῆναι περὶ τὸν ἥλιον, ἐκεῖθεν δ' αὐξηθῆναι, καὶ εἰς ἄνθρωπον διατυπωθῆναι· ἕτερον δ' αὐτοῦ νέφος ἀποσπασθὲν, ἐπεδίδου τε εἰς μέγεθος ἴσον, καὶ εἰς λέοντα διεσχηματίζετο τὸ θηρίον· ὁ δὲ ἠγρίαινε· καὶ μέγα χάσμα πεποιημένος ὁ λέων καταπίνει τὸν ἄνθρωπον. Γότθῳ ἐῴκει τὸ ἀνθρώπειον καὶ νεφοποίητον εἴδωλον· ἐπὶ δὲ τοῖς φάσμασιν, ὀλίγον ἔπειτα τὸν ἡγεμόνα τῶν Γότθων Ἄσπερα βασιλεὺς Λέων ἐδολοφόνησεν αὐτὸν

[9] *Photius* in Bibliotheca Cod. CCXLII. ex *Isidori* Philosophi vita *Damascio* auctore pag. 554, 6.

ſecundum rationem ſuam diſpoſita ſunt, hoc quidem juſtitiam nuncupo. Cum porro haec diſpoſitio etiam concordiam quandam requirat, ea recte proba animae conſtitutio dicetur, quae tum potioris imperio tum deterioris obſequio virtutem perficiat. Quin etiam amicitia & amor ac mutua benevolentia de his partibus exſiſtit. Mens (νόος pro νέμος) enim conſiderans perſuadet, cupiditas paret, ira ſpiritus plena cupiditati reconciliatur Composuit enim mens jucundam cum triſti, & gravem cum levi animae parte; ac ſingulorum ſingula propriam curam ſortita ſunt, mente quidem res conſiderante, excandeſcentia autem appetitum ac vires adferente, cupiditate vero dulcedinem ſuam menti adaptante, ac prudentiam toti animae conciliante. Quapropter etiam ea mihi videtur hominis vita praeſtantiſſima, quae jucundum honeſto & voluptatem virtuti miſcuerit; id quod mentis eſt, diſciplina ac virtute inſtructae.

IV.

De ANTHUSA.

Divinationem è nubibus, antiquis ne auditu quidem notam, quandam mulierem Anthuſam temporibus Leonis Imp. Romani refert inveniſſe. Quæ in Ægis Ciliciis nata dicebatur, originem primam à Cappadocibus habitantibus ad Comanum montem Oreſtiadum trahens, referens genus ſuum ad Pelopem. Hæc ſollicita de viro, cui militare aliquod genus demandatum, quique ad bellum Siculum cum aliis miſſus erat, oravit in ſomno, ut futura cognoſceret, & oravit ad ſolem orientem verſa: Pater vero ejus in ſomnis juſſit illam ad ſolem etiam occidentem orare, & illa orante, per ſerenum ſubito nubes circa ſolem orta eſt, & deinde aucta in hominem formata eſt; alia vero nubes orta & in æqualem creſcens magnitudinem, in leonem ferum mutata eſt. Leo vero ingenti hiatu oris facto hominem deglutit. Species illa hominis è nube facta Gotho fuit ſimilis. Nam poſt paulo Leo Rex ducem Gothorum Aſperem & filios fraudulenter necavit. Ex illo tempore

B in

αὐτὸν καὶ παῖδας. Ἐξ ἐκείνου οὖν τοῦ χρόνου διέμεινεν ἡ Ἄνθουσα ἄχρι δεῦρο, ἀεὶ ἐπιτηδεύουσα τὸν τρόπον τῆς διὰ τῶν νεφῶν μαντικῆς προγνώσεως.

V.

Περὶ ΑΣΠΑΣΙΑΣ ΤΗΣ ΜΙΛΗΣΙΑΣ.

Ἐκ [10] τούτου γενομένων σπονδῶν Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις εἰς ἔτη τριάκοντα, ψηφίζεται (ὁ Περικλῆς) τὸν εἰς Σάμον πλοῦν, αἰτίαν ποιησάμενος κατ' αὐτῶν, ὅτι τὸν πρὸς Μιλησίους κελευόμενοι διαλύσασθαι πόλεμον, οὐχ ὑπήκουον· ἐπεὶ δ' Ἀσπασίᾳ χαριζόμενος δοκεῖ πρᾶξαι τὰ πρὸς Σαμίους, ἐνταῦθα ἂν εἴη καιρὸς διαπορῆσαι μάλιστα περὶ τῆς ἀνθρώπου, τίνα τέχνην ἢ δύναμιν τοσαύτην ἔχουσα, τῶν τε πολιτικῶν τοὺς πρωτεύοντας ἐχειρώσατο, καὶ τοῖς φιλοσόφοις οὐ φαῦλον οὐδ' ὀλίγον ὑπὲρ αὐτῆς παρέσχε λόγον· ὅτι μὲν γὰρ ἦν Μιλησία γένος, Ἀξιόχου θυγάτηρ, ὁμολογεῖται. Φασὶ δ' αὐτὴν Θαργηλίαν τινὰ τῶν παλαιῶν Ἰάδων ζηλώσασαν, ἐπιθέσθαι τοῖς δυνατωτάτοις ἀνδράσι· καὶ γὰρ ἡ Θαργηλία, τό, τ' εἶδος εὐπρεπὴς γενομένη, καὶ χάριν ἔχουσα μετὰ δεινότητος, πλείστοις μὲν Ἑλλήνων συνῴκησεν ἀνδράσιν, πάντας δὲ προσεποίησε βασιλεῖ τοὺς πλησιάσαντας αὐτῇ, καὶ ταῖς πόλεσι Μηδισμοῦ δι' ἐκείνων ὑπέσπειρεν ἀρχὰς, δυνατωτάτων ὄντων καὶ μεγίστων. Τὴν δὲ Ἀσπασίαν οἱ μὲν ὡς σοφήν τινα καὶ πολιτικὴν ὑπὸ τοῦ Περικλέους σπουδασθῆναι λέγουσι· καὶ γὰρ Σωκράτης, ἔστιν ὅτε μὲν τῶν γνωρίμων ἐφοίτα, καὶ τὰς γυναῖκας ἀκροασομένας οἱ συνήθεις ἦγον εἰς αὐτὴν, καίπερ οὐ κοσμίου προεστῶσαν ἐργασίας οὐδὲ σεμνῆς, ἀλλὰ παιδίσκας ἑταιρούσας τρέφουσαν. Αἰσχίνης δέ φησι καὶ Λυσικλέα τὸν προβατοκάπηλον, ἐξ ἀγενοῦς καὶ ταπεινοῦ τὴν φύσιν, Ἀθηναίων γενέσθαι πρῶτον, Ἀσπασίᾳ συνόντα μετὰ τὴν Περικλέους τελευτήν. Ἐν δὲ τῷ Μενεξένῳ τῷ Πλάτωνος, εἰ καὶ μετὰ παιδιᾶς τὰ πρῶτα γέγραπται, τοσοῦτόν γ' ἱστορίας ἔνεστιν, ὅτι δόξαν εἶχε τὸ γύναιον ἐπὶ ῥητορικῇ πολλοῖς Ἀθηναίων ὁμιλεῖν· Φαίνεται μέντοι μᾶλλον ἐρωτική τις ἡ τοῦ Περικλέους ἀγάπησις γενομένη πρὸς Ἀσπασίαν· ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ γυνὴ προσήκουσα μὲν κατὰ γένος, συνῳκηκυῖα δ' Ἱππονίκῳ πρότερον, ἐξ οὗ Καλλίαν ἔτεκε τὸν πλούσιον· ἔτεκε δὲ καὶ παρὰ τῷ Περικλεῖ Ξάνθιππον καὶ Πάραλον· εἶτα τῆς συμβιώσεως οὐκ οὔσης αὐτοῖς ἀρεστῆς, ἐκείνην μὲν ἑτέρῳ βουλομένην συνεξέδωκεν, αὐτὸς δὲ τὴν Ἀσπασίαν λαβὼν, ἔστερξε διαφερόντως· καὶ γὰρ ἐξιὼν,

[10] *Plutarchus* in vita *Periclis* Tom. I. Opp. pag. 165. A.

in hunc usque diem Anthusa assidue meditata est, qua ratione è nubibus prædicere divinando posset.

V.

De ASPASIA MILESIA.

Exin pactis inter Athenienses & Lacedæmonios induciis in triginta annos, effecit, (Pericles,) ut populus expeditionem juberet in Samios. Causam adversus eos hanc prætendit, quod bellum jussi cum Milesiis dirimere, non obtemperarent. At quia ea, quæ in Samios jussit, in gratiam fecisse Aspasiæ creditur, non fuerit incongruum, hoc maxime loco considerare, quæ ars, quæve vis in ea tanta fuerit, ut principes habuerit civitatis in potestate, & Philosophi præclaram celebremque mentionem ejus fecerint. Et quidem Mileto ortam fuisse, Axiochi filiam, in confesso est. Ajunt eam vestigiis institisse Thargeliæ cujusdam ex veteribus mulieribus Ionicis, & arrepsisse ad amicitiam eorum, quorum summæ erant opes. Quippe Thargelia, quae venusta esset facie, & cui lepos cum acumine inesset, habuit cum plurimis Graecis consuetudinem, omnesque, quibus consuevisset, conciliavit regi: quorum opera, virorum potentissimorum & primorum, sparsit furtim in urbibus Medicae contagionis rudimenta. At Aspasiam aliqui, quod prudens esset & tractandae callens reipubl. cultam ajunt à Pericle. Et ipse etiam frequentavit eam cum familiaribus Socrates, fœminasque ad eam audiendam duxerunt familiares; licet officinam tractaret parum decoram & honestam, quae puellas ad quaestum corpore faciendum aleret. Æschines Lysiclem quoque refert pecorum cauponem, qui consuetudinem post obitum Periclis cum Aspasia habuit, ex homine natura inerti & abjecto principem evasisse Athenis. In Menexemo Platonis, quamvis principium scriptum jocose sit, tantum inest historiae tamen, famam tenuisse, ob dicendi artem multis usam Atheniensibus mulierem. Atqui lascivum fuisse amorem equidem citius dixerim in Aspasiam Periclis; si quidem uxorem habebat propinquam suam, quae ante nupta Hipponico fuerat, & illi Calliam ediderat divitem illum: peperit etiam in matrimonio Periclis, Xanthippum & Paralum. Postea autem, quum esset matrimo-

 nium

ἐξιὼν, ὥς φασι, καὶ εἰσιὼν ἀπ' ἀγορᾶς, ἠσπάζετο καθ' ἡμέραν αὐτὴν μετὰ τοῦ καταφιλεῖν· ἐν δὲ ταῖς κωμωδίαις Ὀμφάλη τε νέα καὶ Δηϊάνειρα καὶ πάλιν Ἥρα προσαγορεύεται. Κρατῖνος δ' ἄντικρυς παλλακὴν αὐτὴν εἴρηκεν ἐν τούτοις·

- - - - - Ἥραν τε οἱ Ἀσπασίαν τίκτει,
Καὶ καταπυγοσύνην παλλακὴν κυνώπιδα.

Δοκεῖ δὲ καὶ τὸν νόθον ἐκ ταύτης τεκνῶσαι, περὶ οὗ πεποίηκεν Εὔπολις ἐν Δημοσίοις [11] μὲν οὕτως ἐρωτῶντα·

Ὁ νόθος δέ μοι ζῇ;

τὸν δὲ Πυρωνίδην [12] ἀποκρινόμενον·

Καὶ πάλαι γ' ἂν ἦν ἀνὴρ,
Εἰ μὴ τὸ τῆς πόρνης ὑπορρώδει κακόν.

Οὕτω δὲ τὴν Ἀσπασίαν ὀνομαστὴν καὶ κλεινὴν γενέσθαι λέγουσιν, ὥστε καὶ Κῦρον τὸν πολεμήσαντα βασιλεῖ περὶ τῆς τῶν Περσῶν ἡγεμονίας, τὴν ἀγαπωμένην ὑπ' αὐτοῦ μάλιστα τῶν παλλακίδων Ἀσπασίαν ὀνομάσαι, καλουμένην Μιλτὼ πρότερον· ἦν δὲ Φωκαῒς τὸ γένος, Ἑρμοτίμου θυγάτηρ· ἐν δὲ τῇ μάχῃ Κύρου πεσόντος, ἀπαχθεῖσα πρὸς βασιλέα, πλεῖστον ἴσχυσε.

VI.

Περὶ [13] τοῦτον τὸν χρόνον Ἀσπασία δίκην ἔφευγεν ἀσεβείας, Ἑρμίππου τοῦ κωμωδοποιοῦ διώκοντος, καὶ προσκατηγοροῦντος ὡς Περικλεῖ γυναῖκας ἐλευθέρας εἰς τὸ αὐτὸ φοιτώσας ὑποδέχοιτο· καὶ ψήφισμα Διοπείθης ἔγραψεν, εἰσαγγέλλεσθαι τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας, ἢ λόγους περὶ τῶν μεταρσίων διδάσκοντας· ἀπερειδόμενος εἰς Περικλέα δι' Ἀναξαγόρου τὴν ὑπόνοιαν· δεχομένου δὲ τοῦ δήμου καὶ προσιεμένου τὰς διαβολὰς, οὕτως ἤδη ψήφισμα κυροῦται, Δρακοντίδου γράψαντος, ὅπως οἱ

[11] Scribendum viderunt omnes, ἐν Δήμοις· ita citant *Athenæus* & *Pollux*, & ita *Plutarchus* in hac vita pag. 153. E. *Bryanus.*

[12]

nium utrique odiosum, collocavit eam alteri non invitam. Inde Aspasiam uxorem duxit, quam mire dilexit; nam sive exiret, sive rediret à foro, semper eam amplexus osculabatur. In comœdiis nova Omphale & Deianira, alias Juno nominatur. *Cratinus* diserte pellicem appellavit hisce versibus:

- - - - - Iunonem Aspasiam parit,
Et impudicam & pellicem, inverecundamque.

Nothum etiam genuisse ex ea opinio est, de quo in Demis *Eupolis* eum induxit sic rogantem:

Ecquid nothus superest mihi?

& *Pyronidem* respondentem:

Esset profecto vir dies vel ante plurimos,
Scorti nisi subtimuisset infortunium.

Adeo memorant autem celebrem *Aspasiam* & nobilem fuisse; ut qui cum rege Persarum de regno bellum gessit, Cyrus eam, quam in pellicibus adamavit praecipue, vocaverit Aspasiam, cui fuerat ante Milto nomen. Ex Phocide orta filia fuit Hermotimi; occiso in acie Cyro, deducta ad regem, plurimum potuit.

VI.

Eadem tempestate *Aspasia* violatae religionis reá est facta, accusatore comœdiarum scriptore *Hermippo*: objecit praeterea, eam liberas feminas, quibus illudebat Pericles, recipere. Ad haec rogationem tulit Diopithes, ut nomina deferrentur eorum, qui esse deos negarent, aut qui sermones de rebus aethereis sererent, ea suspicione perstringens Anaxagorae causa Periclem. Quum praeberet his aures populus, quaestionesque reciperet, tum demum plebiscitum fit, rogante

[12] Haud dubie Μυρωνίδην, quem inter *Periclis* æquales fuisse non historiæ modo demonstrant, sed & *Plutarchus* supra pag. 161. E. *Xyland.*

[13] *Plutarchus* in vita *Periclis* Tom. I. Opp. pag. 169. D.

οἱ λόγοι τῶν χρημάτων ὑπὸ Περικλέους εἰς τοὺς Πρυτάνεις ἀποτεθεῖεν· οἱ δὲ δικασταὶ τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες, ἐν τῇ πόλει κρίνοιεν. Ἄγνων δὲ τοῦτο μὲν ἀφεῖλε τοῦ ψηφίσματος, κρίνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἔγραψεν ἐν δικασταῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις, εἴτε κλοπῆς καὶ δώρων, εἴτ' ἀδικίας βούλοιτό τις ὀνομάζειν τὴν δίωξιν. Ἀσπασίαν μὲν οὖν ἐξῃτήσατο, πολλὰ πάνυ παρὰ τὴν δίκην, ὡς Αἰσχίνης φησὶν, ἀφεὶς ὑπὲρ αὐτῆς δάκρυα, καὶ δεηθεὶς τῶν δικαστῶν· Ἀναξαγόραν δὲ φοβηθεὶς ἐξέπεμψε καὶ προὔπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως.

VII.

Ἀσπασία· [14] Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχύνην τὸν Σωκρατικὸν· διαλεγόμενος ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασία· [15] μνημονεύουσι δ' αὐτῆς πολλάκις καὶ οἱ ἄλλοι Σωκρατικοὶ, καὶ Πλάτων ἐν τῷ Μενεξένῳ, τὸν Σωκράτην παρ' αὐτῆς φησι μαθεῖν τὰ πολιτικά· ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Μιλησία, δεινὴ δὲ περὶ λόγους. Περικλέους δέ φασιν αὐτὴν διδάσκαλόν τε ἅμα καὶ ἐρωμένην εἶναι· δοκεῖ δὲ δυοῖν πολέμων αἰτία γεγονέναι, τοῦτε Σαμιακοῦ καὶ Πελοποννησιακοῦ· ὡς ἔστι μαθεῖν παρά τε Δούριδος τοῦ Σαμίου, καὶ Θεοφράστου ἐκ τοῦ τετάρτου τῶν πολιτικῶν, καὶ ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους Ἀχαρνέων. Δοκεῖ ἐξ αὐτῆς ἐσχηκέναι ὁ Περικλῆς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ Περικλέα τὸν νόθον, ὡς ἐμφαίνει καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις. Λυσικλεῖ [16] δὲ τῷ δημαγωγῷ

[14] *Harpocration* in Dictionario in X. Rhetores in Ἀσπασία.

[15] Illustris est hic locus vel ex eo solo, quod magnum *Casaubonum* literarum facile Principem diu habuerit exercitum. Ille in addendis ad cap. 9. lib. XIII. Animadvv. in *Athenæum* pag. 648. æstuat multum & laborat in explicandis his verbis auctoris nostri, & quia nunquam potuit odorari nec venari interpunctionem, quæ hic desiderabatur, non assecutus est, nec collimavit ad veram sensus εὐστοχίαν, imo τὰ κύκλῳ ἕλεξε, & circa orbem tantum moratus est. Duplici ergo usus est conjectura vir ille præstantissimus, ut hunc locum interpretaretur, primo pro διαλεγόμενος restituere tentavit διαλόγῳ, & hæc ita vertenda censuit: *Lysias* in dialogo inscripto, Aspasia, quem fecit contra Æschinem Socraticum. Secundo, quia dialogi, qui Aspasia inscribebatur, legitimus parens Æschines Socraticus erat, ex Diogene *Laërtio* & aliis, aliquid in his deesse pronunciavit, & forte hunc sensum elici posse ex verbis *Harpocrationis* conjecit: *Lysias in Oratione contra Æschinem Socraticum, differens de dialogo Æschinis inscripto Aspasia.* Ita nos eruditissimi Viri verba ambigua & mentem vacillantem collegimus. Tu vero audi, quid nos dicturi simus, & post talem Heroa pronunciatur in his tenebris. Sola interpunctio omnes dissipat tenebras, quæ hanc lucem invaserant. Nos post vocem Σωκρατικὸν, punctum restituimus, & hæc omnia ita enodanda & explicanda censuimus. *Aspasia. Lysias in oratione contra Æschinum Socraticum, Æschines Socraticus in dialogo inscripto Aspasia.* Supple: meminerunt hujus Aspasiæ, nam ob id convocat in testes hos duos Auctores *Harpocration*, ut ostendat, eos de hac Aspasia

locu

gante Dracontide, ut rationes expensæ pecuniæ Pericles apud Prytanas deponeret, judicesque sententiam ex ara ferrent, atque in urbe hanc cognitionem exercerent. Agnon hoc ex rogatione circumduxit. Tulit autem, ut causa apud mille quingentos judices ageretur, sive peculatus & repetundarum, sive injuriæ quis vellet crimen appellare. Ac Aspasiam quidem eripuit Pericles precibus, pro qua vim lacrymarum in causa dicenda, (ut scribit *Æschines*,) profudit, obsecravitque judices. Anaxagoram trepidans ablegavit, atque ex urbe deduxit.

VII.

Aspasia; *Lysias* in oratione contra Æschinem Socraticum, (*Æschines Socraticus*) in dialogo inscripto Aspasia. Mentionem etiam illius faciunt alii Socratici, & *Plato* in Menexeno *Socratem* ab illa res politicas didicisse tradit. Erat autem genere Milesia, & eloquentiæ bene perita. Periclis eam dicunt fuisse magistram pariter atque amicam. Videtur vero duorum bellorum causa extitisse, Samiani nempe & Peloponesiaci, ut intelligere licet ex Duride Samio & Theophrasto ex quarto politicorum, & ex Aristophanis Acharnensibus. Creditur ex illa genuisse Pericles sibi cognominem Periclem spurium, quemadmodum etiam indicat *Eupolis* in Δήμοις. Postquam autem Lysicli oratori populi studioso

locutos esse in operibus, quæ laudat. Ceterum vocem διαλεγόμενος accipiendum esse de Æschine Socratico, quis non videt? Infrequens certe & inusitatus est hic scribendi stylus, sed elegans tamen, & præcisus & Laconicus: διαλεγόμενος ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασίᾳ, id est auctor dialogorum, *Æschines Socraticus* scilicet, qui dialogos composuerat, in eo, qui inscribebatur Aspasia. Hæc mens, hic sensus, hæc vera interpretatio intricati illius & difficilis loci, in quo tantopere sudaverat excelsa illa & divina mens *Casauboni*. Quo etiam nos manuducunt, quæ sequuntur: μνημονεύουσι δ' αὐτῆς πολλάκις καὶ οἱ ἄλλοι Σωκρατικοί. Ex quibus optime colligitur Socraticum quendam in præcedentibus fuisse laudatum. Quis autem Socraticus ille, nisi *Æschines* dialogorum auctor, de quo *Diogenes Laërtius* multa retulit in Æschine? *Philostratus* in epistola, quam ad Juliam Augustam scribit, de eodem ita loquitur epist. 13. p. 919. Opp. ed. Lips. Λέγεται δὲ καὶ Ἀσπασία ἡ Μιλησία τὴν τοῦ Περικλέους γλῶτταν κατὰ τὸν Γοργίαν θῆξαι. *Dicitur etiam Aspasia Milesia Periclis linguam ad Gorgiæ imitationem exacuisse.* Et paulo post: καὶ Αἰσχίνης δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ Σωκράτους, ὑπὲρ οὗ πρώην ἐσπούδαζες, ὡς εὖ ἀκριβῶς τοὺς διαλόγους κολάζοντος. *Æschines quoque Socraticus, pro quo nuper erudite disserebas, ut qui luculenter & castigate dialogos scripserit.* Præter dialogos autem, qui à *Suida* citantur & *Diogene Laërtio* & *Photio*, qui septem numero sunt, & inter quos Aspasia non ultimum locum obtinet, orationem eum *de Thargelia* composuisse testatur idem *Philostratus*, quem eodem loco vide. *Maussacus.*

[16] De hoc Lysicle *Plutarchus* in Pericle, *Hesychius* in προβατοπώλης· οὕτω ἐκωμῳδεῖτο Λυσικλῆς,

γυναῖκας

γωγῷ συνοικήσασα, ποριστὴν [17] ἔσχεν, ὡς ὁ Σωκρατικὸς Αἰσχίνης φησίν.

VIII.

Ἀσπασία [18] πολυθρύλλητος γέγονεν αὕτη· ἦν δὲ γένος Μιλησία, δεινὴ δὲ περὶ λόγους· Περικλέους δέ φασιν αὐτὴν διδάσκαλον ἅμα καὶ ἐρωμένην εἶναι· δοκεῖ δὲ δυοῖν πολέμων αἰτίαν γεγονέναι, τοῦτε Σαμιακοῦ, καὶ τοῦ Πελοποννησιακοῦ· δοκεῖ δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς ἐσχηκέναι Περικλῆς τὸν ὁμώνυμον αὐτοῦ Περικλέα τὸν νόθον.

Ἀσπασίαι· δύο ἑταῖραι· τῇ δὲ μιᾷ τούτων ἐκέχρητο Περικλῆς· δι' ἣν ὀργισθεὶς ἔγραψε τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα, ἀπαγορεῦον δέχεσθαι αὐτοὺς εἰς τὰς Ἀθήνας· ὅθεν ἐκεῖνοι εἰργόμενοι τῶν Ἀθηναίων τοῖς Λακεδαιμονίοις προσέφυγον· ἡ δὲ Ἀσπασία Περικλέους σοφίστρια ἦν καὶ διδάσκαλος λόγων ῥητορικῶν· ὕστερον δὲ καὶ γαμετὴ αὐτοῦ γέγονεν.

IX.

Πόρνην [19] δὲ Σιμαίθαν [20] ἰόντες Μεγάραδε
Νεανίαι κλέπτουσι μεθυσοκότταβοι [21]
Κᾆθ' οἱ Μεγαρεῖς ὀδύναις πεφυσιγγωμένοι [22]
Ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο. [23]
Κἀντεῦθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου [24] κατεῤῥάγη
Ἕλλησι πᾶσιν ἐκ τριῶν λαικαστριῶν.

Ἐρ-

γήμας Ἀσπασίαν τὴν πόρνην· & Scholiastes Comici ad illa ex Equitibus v. 764. βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα, notat, Λυσικλῆς ὡς προβατοκάπηλος διεβάλλετο. Intelligit Hesychius locum Comici in Equitibus v. 132 μετὰ τοῦτον (βυρσοπώλην Κλέωνα) αὖθις προβατοπώλης δεύτερος, ubi Scholia: τὸν Καλλίαν λέγει καὶ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ· τινὲς δὲ ὅτι Λυσικλέα λέγει, ὡς προβατοπώλης ἐλέγετο. Plutarchus in Pericle Tom. I. Opp. pag. 165. C. Αἰσχίνης δέ φησι καὶ Λυσικλέα τὸν προβατοκάπηλον ἐξ ἀγεννοῦς καὶ ταπεινοῦ τὴν φύσιν Ἀθηναίων γενέσθαι, πρῶτον Ἀσπασίᾳ συνόντα μετὰ τὴν Περικλέους τελευτήν· Idem mox: δοκεῖ δὲ καὶ τὸν νόθον κ. τ. λ. (vid. num. V.) Postea Athenienses rogati à Pericle, qui Xanthippum & Paralum legitimos filios extulerat, ei concesserunt, ut eum naturalem filium in suum nomen & suam familiam adoptaret; Plutarchus l. c. pag 172. F. συνεχώρησαν ἀπογράψασθαι τὸν νόθον εἰς τοὺς φράτορας ὄνομα θέμενον τὸ αὐτοῦ. καὶ τοῦτον μὲν ὕστερον ἐν Ἀργινούσαις καταναυμαχήσαντα Πελοποννησίους ἀπέκτεινεν ὁ δῆμος μετὰ τῶν στρατηγῶν· quod etiam narrat Xenophon. Valesius.

[17] Suidas: ποριστοί. οἱ τοὺς πόρους εἰσηγούμενοι δημαγωγοὶ ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν λυσιτελεῖ. Aristoteles III. Rhetor καὶ οἱ μὲν λῃσταὶ, αὐτοὶ δ' αὑτοὺς ποριστὰς καλοῦσι. Dio Orat. LV. de Socrate: Ἀνύτῳ διαλεγόμενος βυρσέων ἐμέμνητο καὶ σκυτοτόμων, εἰ δὲ Λυσικλεῖ διαλέγοιτο, προβάτων καὶ καπήλων. Valesius.

[18]

dioso nupsit, eum quæstuarium habuit, ut *Aeschines* Socraticus dicit.

VIII.

Aspasia; hæc fuit femina celeberrima, genere Milesia, & eloquentia singulari prædita, quam Periclis magistram & amicam fuisse tradunt. Hæc etiam duorum bellorum Samiaci & Peloponnesiaci causa fuisse putatur; & ex eadem Pericles filium nothum sibi cognominem suscepisse creditur.

Aspasiæ; duæ meretrices; harum altera usus est Pericles; propter quam iratus decretum contra Megarenses scripsit, ne Athenas intrare iis liceret. Unde illi cum Athenis prohiberentur, ad Lacedæmonios confugerunt. Aspasia autem Periclis erat Sophistria, & eloquentiæ magistra, quæ tandem ei nupta fuit.

IX.

Juvenes profecti Megaram, cottabis adhuc
Madidi, Simaetham meretricem furtim auferunt;
Post Megarenses, justo dolore perciti,
Vicissim Aspasiae scorta eripuerunt duo.
Hinc belli initium erupit Graecis omnibus,
Trium causa meretricum: hinc ira Olympius

Pericles

[18] *Suidas* in Ἀσπασία ex *Harpocratione* & *Scholiaste Aristophanis* ad Acharn. v. 526.

[19] *Aristophanes* in Acharnens. v. 523 sqq. cujus versus VI. priores profert *Athenæus* lib. XIII. pag. 570. A. & IV. priores *Plutarchus* in vita Periclis T. I. Opp. pag. 168. F.

[20] Οἱ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων Μεγαρικὴν γυναῖκα ἥρπασαν Σιμαίθαν. Δωρικώτερον δὲ εἶπε Σιμαίθαν· ταύτης δὲ καὶ Ἀλκιβιάδης ἠράσθη, ὃς καὶ δοκεῖ ἀναπεπεικέναι τινὰς, ἡρπακέναι τὴν πόρνην. *Scholia* ad h. l.

[21] Λάταξ, χαλκῆ φιάλη, ἣν μεταξὺ τοῦ δείπνου ἐτίθεσαν οἴνου πεπληρωμένην· εἶτα εἰς σμικρὰ ποτήρια ἐμβάλλοντες ταύτην ἔρριπτον, εἰς τὸ ψόφον ἐκτελέσαι. ὃς ἐκαλεῖτο κότταβος· ἐπῃνεῖτο δὲ ὁ μείζονα ψόφον ποιῶν. *Scholia* ad h. l.

[22] Φύσιγξ λέγεται, τὸ ἔξωθεν λέπισμα τῶν σκορόδων, ἢ φυσίγγια· ἔπαιξεν οὖν τοῦτο εἰς Μεγαρέας, ὅτι πολλὰ σκόροδα ἔχουσιν. ἢ πεφυσημένοι· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τὸν ἄνεμον δεχομένων ἀσκῶν ἢ φυσῶν· ἢ ἐκκεχαυνωμένοι, οἰδοῦντες. *Scholia* ad h. l.

[23] *Scholia* ad h. l. transcripsit *Suidas* in Ἀσπασίαις vid. num. VIII.

[24] Ἐνταῦθα εἰς τὸν Περικλέα βούλεται ἀναγεῖν τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου, ὡς ἐκ ευτρεπῆ αὐτῷ προστάττων πρόφασιν. *Scholia*.

Ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης οὐλύμπιος [25]
Ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα, [26]
Ἐτίθει νόμους, ὥσπερ σκολιὰ [27] γεγραμμένους,
Ὡς χρὴ Μεγαρέας [28] μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν ἀγορᾷ,
Μήτ' ἐν θαλάττῃ, μητ' ἐν ἠπείρῳ μένειν.
Ἐντεῦθεν οἱ Μεγαρῆς ὅτε δὴ 'πείνων βάδην, [29]
Λακεδαιμονίων ἐδέοντο, τὸ ψήφισμ' ὅπως
Μεταστραφείη τὸ διὰ τὰς λαικαστρίας.
Κ'οὐκ ἠθέλομεν ἡμεῖς δεομένων πολλάκις·
Κἀντεῦθεν ἤδη πάταγος ἦν τῶν ἀσπίδων.

X.

Οἷς [30] δὲ σὺ λέγεις ἀγαθὰς εἶναι γυναῖκας, ὦ Σώκρατες, εἰ αὐτοὶ ταύτας ἐπαίδευσαν; οὐδὲν κωλύον τὸ ἐπισκοπεῖσθαι· συστήσω δέ σοι ἐγὼ καὶ Ἀσπασίαν, ἣ ἐπιστημονέστερον ἐμοῦ σοι ταῦτα πάντα ἐπιδείξει.

XI.

Ἀλλὰ [31] καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα τῶν αὐλητρίδων ἐφοίτα, (Σωκράτης,) καὶ παρ' ἑταίρας γυναικὸς οὐκ ἀπηξίου σπουδαῖόν τι ἀκούειν τῆς Ἀσπασίας.

XII.

[25] Πρῶτος Ὀλύμπιος· ὅτι ὁ Ζεὺς Ὀλύμπιος καλεῖται, ἐπήγαγε τὸ ἤστραπτεν, ἐβρόντα. *Scholia* ad h. l.

[26] Locus eſt celebratiſſimus, ad quem multi Scriptorum veterum alluſerunt. *Cicero* in Oratore ad M. Brutum, num. 29. ed. Gronov. *Iſtorum judicio, ſi ſolum illud eſt atticum, ne Pericles quidem dixit attice, cui primæ ſine controverſia deferebantur, qui ſi tenui genere uteretur, nunquam ab Ariſtophane poëta fulgere, tonare, permiſcere Græciam dictus eſſet. Plinius Secundus* lib. I. ep. 20. *Adde, quæ æque de eodem Pericle Comicus alter:* Ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. *Julianus* Epiſt. 2. de Proæreſio ait: Ἄνδρα ζηλοῦντα τὸν Περικλέα κατὰ τοὺς λόγους. ἔξω τοῦ συντάραττειν καὶ συγκυκᾶν τὴν Ἑλλάδα. *Lucian.* in Demoſth. Encom. pag. 693. ed. Amſt. Ἐκείνου, (Περικλέους,) τὰς ἀστραπὰς καὶ βροντὰς καὶ πειθοῦς τι κέντρον δόξῃ παραλαβόντες etc. ubi priora illa τὰς ἀστραπὰς καὶ βροντὰς referenda ſunt ad h. l. *Ariſtophanis.* At quæ ſequuntur, καὶ πειθοῦς τι κέντρον, reſpiciunt locum illum *Eupolidis* Comici de Pericle, quem citat *Scholiaſtes* Comici noſtri ad h. l. v. 521. *Plinius Secundus* lib. I. epiſt. 20. & alii. Sed ut ad *Ariſtophanem* redeamus, videndus etiam eſt *Plutarchus* in Pericle Tom. I. Opp. pag. 156. B. ubi itidem ad locum hunc Comici reſpexit, & *Diodorus Siculus* lib. XII. pag. 307. ſed apud quem turbata nonnulla & corrupta, quæ recte in integrum reſtituit *Paul Leopardus* Emend. lib. V. cap. 14. *Kuſterus.*

[27] Μιμούμενος τὸν τῶν σκολιῶν ποιητὴν. Τιμοκρέων γὰρ ὁ Ῥόδιος, μελοποιὸς τοιοῦτον ἔγραψε σκολιὸν κατὰ τοῦ πλούτου, οὗ ἡ ἀρχή. Ὤφελες, ὦ τυφλὲ Πλοῦτε, μήτ' ἐν γῇ,

Pericles tonabat, fulgurabat, Græciam
Omnem miscebat: leges insuper dabat,
Scriptas perinde, ut carmina convivalia:
Quod Megarenses neque in terra, neque in foro,
Neque in mari, neque continente oporteat
Manere. Hinc Megarenses paulatim acti fame
Lacedaemonios rogaverunt, decretum ut hoc
Subverteretur, quod propter meretriculas
Latum fuerat: at nos nolebamus diu
Multumque orantes audire. Hinc belli furor,
Hinc armorum strepitus.

X.

Quibus autem bonas tu dicis uxores esse, mi *Socrates*, num illi eas sic instituerunt? Nihil vetat id à nobis considerari. Atque equidem etiam *Aspasiam* tibi commendabo, quae multo peritius haec omnia tibi ostendet.

XI.

Sed tibicinarum quoque scholas frequentavit, (*Socrates*,) neque à meretrice muliere *Aspasia* serium quippiam audire dedignatus est.

XII.

γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανήμεναι ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναίειν, κ' Ἀχέροντα· διά σε γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά. Τούτοις ἔοικε καὶ τὰ ὑπὸ Περικλέους εἰσηγηθέντα· ἐπεὶ ὁ Περικλῆς γράφων τὸ ψήφισμα εἶπε· Μεγαρέας μήτε ἀγορᾶς, μήτε θαλάττης, μήτ' Ἠπείρου μετέχειν. Ἐπεὶ οὖν ὅμοια τοῖς Τιμοκρέοντος ἔγραψε, διὰ τοῦτο εἶπεν· Ἐτίθει νόμους ὡς Σκολιὰ γεγραμμένους, ἐνεκάλεσε δὲ ὁ Περικλῆς τοῖς Μεγαρεῦσιν, ὅτι τὴν ἱερὰν γῆν τὴν ὀργάδα ἐγεώργησαν. *Scholia* ad h. l. quæ in notis Clar. *Kusteri* illustrantur: Scolium hoc legitur etiam apud *Suidam* in Σκολιόν. Ejusdemque meminit *Isidorus Pelusiota* lib. II. epist. 146. ubi ait: Ἔθος γὰρ ἦν παλαιὸν μετὰ τὴν συνεστίασιν ἅπτεσθαι λύρας, καὶ ᾄδειν· Ἀπόλοιο, ὦ Πλοῦτε, καὶ μήτε ἐν γῇ φανείης, μήτε ἐν θαλάσσῃ.

[28] Psephisma hoc Atheniensium contra Megarenses præcipuam belli Peloponnesiaci causam fuisse innuit etiam Comicus noster in Pace v. 608. *Kusterus.*

(29) Citat *Suidas* in Βάδην. Πεῖναν ἀντὶ τοῦ ἐλίματτον· ὑπὸ λιμοῦ διεφθείροντο. Βάδην δὲ ἀντὶ τοῦ κατὰ βραχὺ αὐξανομένου τοῦ λιμοῦ, καὶ ἐπίδοσιν λαμβάνοντος. *Scholia* ad h. l.

[30] *Xenophon* Ἀπομνημ. lib. V. sive Οἰκονομικῷ cap 3. segm. 14. p. 837. A. Opp. ed. Wech. quem locum à *Nicol. Lloydio* ad *Car. Stephani* Dictionarium Histor. in *Aspasia* male de Cleobuli uxore explicatum esse observat Eleg. *Baylius* in Lexico Historico in *Pericles* not. N.

[31] *Lucianus* de Saltatione, Tom. I. Opp. p. 795. ed. Amst.

XII.

Τάχα [32] δ' οὐδὲ Περικλῆς οὕτως ἂν Ἀσπασίᾳ συνηγόρησεν.

XIII.

Τὴν [33] ἐκ τῆς Μιλήτȣ ἐκείνην Ἀσπασίαν, ᾗ καὶ ὁ Ὀλύμπιος, [34] θαυμασιώτατος καὶ αὐτὸς, συνῆν, ὀυ φαῦλον συνέσεως παράδειγμα προθέμενον, ὁπόσον ἐμπειρίας πραγμάτων, καὶ ὀξύτητος ἐς τὰ πολιτικὰ, καὶ ἀγχινοίας, καὶ δριμύτητος ἐκείνῃ προσῆν, τοῦτο πᾶν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν εἰκόνα μεταγάγωμεν ἀκριβεῖ τῇ ϛάθμῃ· πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν ἐν μικρῷ πιναχίῳ ἐγέγραπτο, ἅυτη δὲ κολοσσιαία τὸ μέγεθός ἐστι.

XIV.

Ἀποδυσάμενος [35] τὸν Πυθαγόραν, τίνα μετημφιάσω μετ' αὐτόν; ΑΛΕ. Ἀσπασίαν τὴν ἐκ Μιλήτȣ ἑταῖραν. ΜΙΚ. φεῦ τοῦ λόγου· καὶ γυνὴ γὰρ ἐγένετο ἐν τοῖς ἄλλοις ὁ Πυθαγόρας; καὶ ἦν ποτε χρόνος, ὅτε καὶ σὺ ᾠοτόκεις ὦ ἀλεκτρυόνων γενναιότατε, καὶ συνῆσθα Περικλεῖ, Ἀσπασία ὗσα; καὶ ἐκύεις ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἔρια ἔξαινες, καὶ κρόκην κατῆγες, καὶ γυναικίζȣ ἐς τὸ ἑταιρικόν· ΑΛΕ. Πάντα ταῦτα ἐποίουν.

XV.

Ἀσπασία (36) ἡ Σωκρατικὴ ἐνεπορεύετο πλήθη καλῶν γυναικῶν, καὶ ἐπλήθυνεν ἀπὸ τῶν ταύτης ἑταιρίδων ἡ Ἑλλάς· ὡς καὶ ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης παρασημαίνεται λέγων τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, ὅτι Περικλῆς διὰ τὸν Ἀσπασίας ἔρωτα, καὶ τὰς ἁρπασθείσας ἀπ' αὐτῆς θεραπαίνας ὑπὸ Μεγαρέων, ἀνεῤῥίπισε τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα τὸ δεινόν. Πόρνην δὲ Σίμαιθαν κ. τ. λ. vid. num. IX.

XVI.

Ἀσπασίας (37) τῆς Μιλησίας, περὶ ἧς καὶ οἱ Κωμικοὶ πολλὰ δὴ καταγράφουσιν, Σωκράτης μὲν ἀπέλαυσεν εἰς φιλοσοφίαν, Περικλῆς δὲ εἰς ῥητορικήν.

XVII.

[32] *Lucianus* in Amoribus Tom. I. Opp. pag. 895.

[33] *Lucianus* in imaginibus Tom. II. Opp. pag. 12.

[34] Est *Pericles*. Conf. notas Grævii ad h. l.

XII.

Fortaſſis neque Pericles ita *Aſpaſiae* patrocinatus eſſet.

XIII.

Mileſiam illam *Aſpaſiam*, cum qua Olympius, ipſe quoque maxime admirandus, converſabatur, non ignobile prudentiae exemplum proponentes, quanta rerum peritia, quanto in adminiſtranda Rep. acumine, ſolertia & prudentia polleret, hoc omne ad noſtram hanc imaginem accurata amuſſi transferamus; praeterquam quod illa, quamvis coloſſaea eſſet magnitudine, parva in tabella depicta erat.

XIV.

Exuto Pythagora, quemnam induiſti? GAL. *Aſpaſiam* meretricem illam Mileſiam. MIC. Papae quid dicis? Etiam inter alia mulier quoque fuit Pythagoras? Itane fuit aliquando tempus, quo tu Galle generoſiſſime ova pariebas, cumque Pericle rem habebas, *Aſpaſia* cum eſſes, ex eoque gravida facta es: praeterea lanam carpebas, tramamque deducebas, & meretricum in morem te componebas. GAL. Iſta quidem omnia feci.

XV.

Aſpaſia Socratica formoſas mulieres, & eas quidem multas Athenis praebuit. Jam inde ſcortis abundavit Graecia, ut indicat facetus *Ariſtophanes*, Peloponneſiaci belli cauſam explicans, nempe ob amorem *Aſpaſiae*, & raptas à Megarenſibus ejus ancillas, Periclem decretum luctuoſum illud de bello Megarenſibus indicendo, velut ignem flabello, excitaſſe & accendiſſe: Juvenes profecti &c. vid. num. IX.

XVI.

Aſpaſia Mileſia, de quo multa quoque conſcribunt Comici, uſus quidem eſt *Socrates* ad philoſophiam, *Pericles* autem ad rhetoricam.

XVII.

[35] *Lucianus* in Gallo, Tom. II. Opp. pag. 174.

(36) *Athenaeus* lib. XIII. pag. 569 ſq.

(37) *Clemens Alexandr.* Strom. lib. IV. cap. 19. pag. 523.

XVII.

Σὺ (38) Μαντινικὴν μὲν ξένην καὶ Μιλησίαν ἐπίστασαι κοσμεῖν, καὶ ὅυστινας ἂν σοι δοκῇ, πάνυ ῥαδίως μεγάλων ἠξίωσας.

XVIII.

Ἠ (39) πού σοίγε τῷ τὴν Ἀσπασίαν ἐπαινοῦντι πρὸ (40) τοῦ Ἀντιφῶντος (41) συγχωρητέον ταῦτα· καὶ τί δεῖ Θουκυδίδου λοιπὸν, ἥκει γὰρ πρὸς τοὔσχατον τῆς μαρτυρίας ὁ λόγος· αὐτὸς γάρ ἐστι Πλάτων ἡμῖν ὁ τὴν Ἀσπασίαν ὑμνῶν, ὡς διδάσκαλον θαυμαστὴν ῥητορικῆς, καταφεύγων ἐπὶ τὸν Περικλέα, καὶ δι' ἐκείνου πιστούμενος, καὶ διαῤῥήδην γε ὅυτωσι διαφέροντα τῶν Ἑλλήνων αὐτὸν προσειρηκώς. Τοσοῦτον φαίνεται τῷ Περικλεῖ νέμων εἰς λόγους· καίτοι οὐ δήπου ὃν μὲν Ἀσπασίᾳ μετεῖναι λόγων σημεῖον ἦν Περικλῆς ὅυτω λέγων, τῆς δ' αὐτοῦ Περικλέους δυνάμεως ἑτέρωθεν χρὴ τὸ σύμβολον ζητεῖν. Οὐδέ γε ὑπὲρ μὲν Ἀσπασίας διαφέροντα τῶν Ἑλλήνων αὐτὸν ἔδει προσειπεῖν, τῷ δὲ καθ' αὐτὸν πράγματι μηδενὸς βελτίω τῶν πολλῶν· καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον ταῦτ' εἴρηκε περὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθι εἰκότως φησὶ, τέλεον τὸν Περικλέα τὴν ῥητορικὴν γενέσθαι, συγγινόμενον Ἀναξαγόρᾳ. (42)

XIX.

Ὅυτως (43) ἐκλελησμένη εἶ τοῦ φρονήματος, ὃυ πάλαι ἐφρόνεις, καὶ σεαυτὴν ἐν δίκῃ ἠξίους· οὐδὲ ἄλλῳ τῷ συγχωροῦσα μεταποιεῖσθαι τῆς τέχνης, ἢ μόνοις τοῖς σοῖς θιασώταις· καὶ τηνικαῦτα οὐ κατώκνεις οὐδὲ ἐδεδοίκεις, μή τίς σε μειρακιεύεσθαι ὑπολάβοι ἁμιλλωμένην πρὸς Λυσίαν καὶ Θουκυδίδην· καὶ τοὺς μὲν ἀποσκορακίζουσάν τε καὶ μονονουχὶ ἐπιῤῥαπίζουσαν αὐτῷ Γοργίᾳ καὶ Ἀντιφῶντι, Περικλέα δὲ ἐπαινοῦσαν μόνον καὶ Ἀσπασίαν, ὡς ῥήτορας τελεσιουργούς τε καὶ ὑψηλόγους, ὅτι ἐκ τῆς Ἀναξαγόρου ἀδολεσχίας ταῦτα προσειλκύσαντο εἰς τὴν τέχνην.

XX.

(38) *Aristides* in Orat. II. Platon. pro Quatuorviris Tom. III. Opp. pag. 212.

(39) *Aristides* l. c. pag. 217.

(40) Ita MSSti & *Canterus* è *Platone* in Menexeno sub init. Editi περὶ.

(41) Τοῦτον γὰρ ἐπαινῶν, ἔτι μᾶλλον καὶ θαυμάζων, ὡς διδάσκαλον θαυμαστήν. Ὅυτως ἐν Μενεξένῳ τῷ διαλόγῳ ὁ Πλάτων περὶ Ἀσπασίας φησὶ ἀπὸ τοῦ Σωκράτους πρὸς Μενέξενον, ἐμοὶ μὲν γὰρ τυγ-

XVII.

Tu Mantinensem quidem hospitam, (*Diotimam,*) & Milesiam, (*Aspasiam,*) novisti laudare, ac quoscunque libet, facile prædicas.

XVIII.

Fertur & Platonis discipulas, Lastheniam Mantineam & Axiotheam Phliasiam ipsum quoque audivisse. Quo etiam tempore Dionysius ita ad illum mordaciter scribens ait: Et ex Arcade discipula tua Philosophiam discere possumus. Et, Plato quidem gratis sua limina terentes docebat, tu vero tributa exigis, & à volentibus & nolentibus accipis.

LXXI.

Apud Platonem philosophabantur *Lasthenia* Arcadia & *Axiothea* Phliasia.

LXXII.

Ab his *Speusippus Platonis* auditor & cognatus procul non aberat. Itaque Dionysius Tyrannus suis ad eum epistolis cum ejus avaritiam voluptatisque studium verbis executus fuisset, pecuniam à multis corrasisse objicit, Lastheniæ Sardinianæ amorem exprobrat.

LXX!II.

(150) *Diogenes Laërtius* lib. IV. segm. 2. pag. 228.

151) *Athenæus* in duobus locis de Lasthenia mentionem faciens in VII. quidem libro Sardicam & meretricem eam fuisse ait; in XII. Arcadicam, nunquam tamen Mantineam appellat. Sed tamen Mantinea oppidum est Arcadiæ, ut auctor est *Plinius*. Aldobrand.

(152) *Clemens Alexandr.* Strom. lib. IV. segm. 19. pag. 523.

(153) Malim Ἀρκαδικὴ, vel Ἀρκάδισσα· nam Ἀρκαδία est regionis nomen. Conf. *Stephanus Byz.* in Ἀρκάς. *Potterus.*

(154) *Athenæus* lib. VII. cap. 5. pag. 279. F.

(155) Pro Σαρδικῆς, quæ vox nihili est, (dicitur enim Σαρδιανὸς & Σαρδιανικὸς à Σάρδις· Σαρδῷος aut Σαρδώνιος aut Σαρδωνικὸς à Σαρδὼ· Σαρδαῖος aut Σαρδανὺς à Σάρδαιν· Σαρδήσσιος à Σάρδησσος) lego Ἀρκαδικῆς, ut extat in *Athenæi* lib. Xil. pag. 546. D. *Menagius* ad Laertii III. 46. pag. 156. a.

LXXIII.

Φιλήδονος (156) ἦν καὶ Σπεύσιππος ὁ Πλάτωνος συγγενὴς καὶ διάδοχος τῆς σχολῆς. Διονύσιος γοῦν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῇ κατὰ τῆς Φιληδονίας αὐτοῦ εἰπών, καὶ Φιλαργυρίαν αὐτῷ ὀνειδίζει, καὶ τὸν Λασθενείας τῆς Ἀρκαδικῆς ἔρωτα, ἥτις Πλάτωνος ἠκηκόει.

LXXIV.

Περὶ ΛΕΟΝΤΙΟΥ.

Λεόντιον Λαμίᾳ. (157)

Ὀυδὲν δυσαρεστότερον, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ πάλιν μειρακευομένου πρεσβύτου. (158) Οἷά με Ἐπίκουρος οὗτος διοικεῖ, (159) πάντα λοιδορῶν, πάντα ὑποπτεύων, ἐπιστολὰς ἀδιαλύτους (160) μοι γράφων, ἐκδιώκων ἐκ τοῦ κήπου. Μὰ τὴν Ἀφροδίτην, εἰ Ἄδωνις ἦν ἤδη ἐγγὺς ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη, (161) οὐκ ἂν αὐτοῦ ἠνεσχόμην φθειριῶντος (162) καὶ φιλονοσοῦντος καὶ καταπεπιλημένου εὖ μάλα πόκοις ἀντὶ πίλων.

(156) *Athenæi* lib. XII. cap. XII. pag. 546. D.

(157) *Alciphron* Rhetor lib. II. Epist. 2. pag. 208. ed. Bergleri.

(158) Tales senes repraesentaverat *Aristophanes* in comœdia Γῆρας, h. e. *Senium* inscripta, quorum unum juvenile facinus apparet in fragmento apud *Athenæum* lib. III. pag. 109. nam mulieris in foro panes vendentis mercimonium diripuerunt; qualis & in Vespis extrema parte introducitur, qui cum alia multa proterve facit, tum ejusmodi mulierem in foro face, quam comessabundus gestabat, pulsavit, eique panes dissipavit. Illi apud *Athenæum* dicuntur τὸ γῆρας ἀποβαλόντες, *qui senectutem exuerunt*, ut recte *Casaubonus* interpretatur, reprehendens veterem versionem, & videtur Vir doctissimus in memoria habuisse Aristophanicum τὸ γῆρας ἐκδύς, ex Pace, v. 336. *Bergleri.*

(159) In hanc ista dicentem vere competit & illud *Theogneti* Comici: Ὅτῳ μ' ὁ δαίμων φιλοσόφῳ συνῴκισεν· *quali me Deus philosopho contubernalem dedit?* apud *Athen. III.* pag. 104. *Idem.*

(160) Interpres videtur legisse ἀδιαλείπτους, vertit enim *continuas:* ἀδιαλύτους probo, nam conveniunt suspicioso Epistolæ bene ἠσφαλισμέναι. Potuit enim timere, ne *Idomeneus* aliquis aut *Herodotus* aut *Timocrates* eas rimarentur; nam isti ejus secreta soliti proferre. *Laërtius* lib. X. segm. 5. Ἰδομενέα καὶ Ἡρόδοτον καὶ Τιμοκράτην τοὺς ἔκπυστα τὰ αὐτοῦ κρύφια ποιήσαντας· (ubi nescio quid de illustratis obscuris dogmatibus somniat interpres.) Utuntur autem verbo λύειν de solvendis & resignandis epistolis. *Thucydides* lib. I. circa finem de Argilio, Urianae conditionis tabellario: παραποιησάμενος σφραγῖδα, ἵνα, ἢν ἐκεῖνος μεταγράψαι τι αἰτήσει, μὴ ἐπιγνῷ, λύει τὰς ἐπιστολὰς, ἐν αἷς ὑπονοήσας τι τοιοῦτον προσεπεστάλθαι, καὶ αὐτὸν εὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν· *cum simile sigillum sibi fecisset, ut si ille* (Pausanias, qui epistolam dederat,) *repeteret mutaturus aliquid in literis, non agnosceret, solvit epistolam, in qua suspicatus tale quid simul mandatum*

LXXIII.

Voluptuarius quoque fuit *Speusippus Platonis* cognatus & successor. Itaque Dionysius Siciliæ tyrannus in sua ad eum epistola voluptatis studium reprehendit, avaritiam exprobrat, & amorem Arcadicæ *Lasibeniæ*, quæ *Platonem* audiebat.

LXXIV.

De LEONTIO.

Leontium Lamiæ.

Nihil morosius est, ut videtur, rursus adolescenturiente sene. Hem! ut me Epicurus iste tractat, in omnibus rebus jurgator, in omnibus suspicax; epistolas indissolubiles mihi scribens, expellens ex horto. Ita me Venus amet, si Adonis esset jam prope octoginta natus annos, non eum tolerarem, pediculosum, morbidum & contectum probe velleribus pro panno. Quousque tolerabit quis

datum esse, invenit inibi scriptum, ut & ipse interficeretur. Hinc & σφραγίδων λύσεις apud *Lucianum* in Pseudomanti, quales aliquot ibi docte & perspicue enarrat *Pet. Gassendus* de vita & moribus Epicuri lib. VII. cap. 2. initium hujus epistolæ citans vertit, *literas ambagiosas*; utcunque tolerabiliter, quasi dicas δυσαναλύτους, quarum sensus non facile resolvi & retexi potest; ut in analyticis, cum à demonstrationibus & argumentis remotioribus ac proinde obscurioribus gradatim proceditur ad primorum principiorum ac sensuum evidentiam; sed non adeo obscurus erat in scribendo *Epicurus*, & *Leontium* erudita mulier non potest de talibus conqueri. Quod ad rem ipsam attinet, refert *Diogenes Laërtius* in Epicuro Segm. 6. dicere nonnullos *Epicurum* compluribus meretricibus scribere, & inprimis *Leontio*. Ibidem paullo ante etiam fragmentum Epistolæ *Epicuri* ad *Leontium* memorat *Laërtius*. Idem.

(161) Haec mire vertit *Gassendus* loco indicato. Sed afferam ejus versionem inde ab initio, ita ergo ille: *Nihil est, ut videtur, repuerascente sene importunius, quo sane modo erga me Epicurus iste se habet, omnia improbans, omnia in suspicionem vertens, literas ad me ambagiosas scribens, abacturus sane ex horto ipsam Venerem, tametsi Adonis foret, natus jam, ut est annorum octoginta.* Quis non ineptissimum Scriptorem putaret *Alciphronem*, ex talibus versionibus eum aestimans? Immo inquam vel Hecaten tam inamabilis senex fugaret; nam ipsa quidem Venus & Anchisen flore aetatis destitutum negligit. *Idem.*

(162) Similiter Pythagoristarum immunditiem & sordes detestatur *Aristophon* Comicus in Pythagorista apud *Laërtium* lib. VIII. segm. 38.

- - - - - - - - ἐσθίουσι δὲ
Λάχανά τε καὶ πίνουσιν ἐπὶ τούτοις ὕδωρ·
Φθεῖρας δὲ καὶ τρίβωνα, τήν τ' ἀλουσίαν
Οὐδεὶς ἂν ὑπομείνειε τῶν νεωτέρων.

Comedunt vero olera & bibunt ad hæc aquam; pediculos autem & pallii sordes & illuviem nemo perferre posset juniorum. Sic in epistolis Socraticis XIII. *Aristippus* de philosophis ab ipsius elegantia alienis: οὕτως γὰρ ἂν ἐμὲ ἐθαύμαζες, τοὺς δὲ ἔχοντας βα-

πίλων. Μέχρι τίνος ὑπομενεῖ τις τὸν φιλόσοφον τοῦτον, ἐχέτω τὰς περὶ φύσεως αὐτοῦ κυρίας δόξας, (163) καὶ τοὺς διεστραμμένους κανόνας· (164) ἐμὲ δὲ ἐφέτω τὴν μυσικῶς (165) κυρίαν ἐμαυτῆς ἀστομάχητον (166) καὶ ἀνύβριστον. Οὕτως ἐπιπολιορκητὴν ἔχω τοιοῦτον, οὐχ οἷον σὺ Λάμια Δημήτριον. Μὴ γάρ ἐστι σωφρονίσαι (167) διὰ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον· καὶ σωκρατίζειν (168) καὶ στωμυλεύεσθαι (169) θέλει καὶ εἰρωνεύεσθαι (170) καὶ Ἀλκιβιάδην τινὰ ἢ Πυθοκλέα νομίζει, (171) καὶ Ξανθίππην ἐμὲ οἴεται ποιήσειν. Καὶ πέρας ἀναστᾶσα ὁπήποτε γῆν πρὸς γῆς φεύξομαι (172) μᾶλλον, ἢ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ τὰς διασπάστους (173) ἀνέξομαι. Ὃ δὲ πάντων δεινότατον ἤδη καὶ ἀφορητότατον ἐτόλμησεν, ὑπὲρ οὗ, καὶ γνώμην βουλομένη λαβεῖν, τί μοι ποιητέον, ἐπέσταλκά σοι. Τίμαρχον (174) τὸν

θεῖς τοὺς πώγωνας καὶ τοὺς σκίπωνας, ἐγέλασας τὰς ἀλαζονείας, ῥυπῶντάς τε καὶ φθειριῶντας καὶ ὄνυχας ὥσπερ τὰ θηρία μακροὺς περικειμένους· nam hoc pacto me admirareris: istos autem, qui habent densas barbas & baculos, derideres ob arrogantiam, cum sint sordibus pleni & pediculosi & unguibus instar ferarum longis præditi. Idem.

(163) Extant apud *Laërtium* in vita Epicuri in fine.

(164) De Canonicis *Epicuri Laërtius* in vita segm. 30. Erant instar Logicæ, de criterio veritatis. Salse autem & acute *curvos* vocat hos canones; cum si canones sint, omnino *rectos* esse oporteat, ne alio indigeant canone, & canones esse desinant. De ejusmodi regula *Dio Chrysostomus* oratione LXII. pag. 589. οὔτε ἄδικος (ὁ βασιλεὺς ἔσται ποτὲ) οὐ μᾶλλον, ἢ κανὼν σκολιὸς καὶ ἄνισος, ἄλλου προσδεόμενος κανόνος. Nota est Lesbiæ ædificationis regula apud *Aristotelem* V. Nicom. cap. 10. Mox pro ἐφέτω lego ἀφέτω. *Idem.*

(165) *Dioxippus* apud *Athenæum III.* pag. 100. μυστικὰ βρώματα· ibidem pag. 121. Ξενοφῶν ὁ μυστικώτατος. *Idem.*

(166) Notanda hæc vox latino more usurpata: *stomachus, stomachari.* Idem.

(167) Lego σωφρονῆσαι, quod & expressi in versione: σωφρονίσαι & *castigare*, & accusativum requirit. *Idem.*

(168) Infinita sunt talia. Sic κυψελλίζειν, πυθαγορίζειν. *Aristophanes* minus usitate σωκρατεῖν, de iis, qui Socratem æmulantur in Avibus v. 1282.

Ἐλακωνομάνουν ἅπαντες ἄνθρωποι τότε·
Ἐκόμων, ἐπείνων, ἐρρύπων, ἐσωκράτων.

Laconas imitandi studio insaniebant homines tunc; comas promissas habebant, esuriebant, sordidati erant, Socratem æmulabantur. Idem.

(169) Huc omnino pertinent *Timonis Phliasii* versus de *Socrate* apud *Laertium II.* 19.

Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λιθοξόος, ἐννομολέσχης,
Ἑλλήνων ἐπαοιδὸς, ἀκριβολόγους ἀποφήνας,
Μυκτὴρ, ῥητορομύκτης, ὑπαττικὸς, εἰρωνευτής.

Ab istis autem (à Physicis) *declinavit lapicida, de legibus garriens, Græcorum incantator, qui accurate disserentes fecit discipulos; derisor, rhetorum subsannator, subatticus, dissimulator.* Erat certe is *Socrates*, qui de re qualibet apte fabulari & acute atque eleganter differere posset; idque imitabantur Socratici; contra *Epicurus* eloquentiam negligebat, & suum sectatorem dicit οὐ καλῶς ῥητορεύσειν, apud *Laërtium* X. segm. 118. itaque sine dubio & hic deridendum se dedit, si quando præter ingenium suum voluit dicax & facundus videri. *Idem.*

(170) Notissima *Socratis* εἰρωνεία. *Aristoteles* Nicom. III. cap. 7. οἱ δ' εἴρωνες ἐπὶ τὸ ἔλαττον λέγοντες, χαριέστεροι μὲν τὰ ἤθη φαίνονται -- μάλιστα δὲ καὶ οὗτοι τὰ ἔνδοξα ἀπαρνοῦνται, οἷον καὶ Σωκράτης ἐποίει. *Dissimulatores autem, qui de se in minus loquuntur, elegantioribus esse moribus videntur, maxime* autem

quis hunc philoſophum! Habeat ſibi ſuas de rerum natura ratas ſententias & diſtortos canones; me autem, quæ commode mei juris ſum, ſinat absque ſtomacho & moleſtia. Revera oppugnatorem hunc talem habeo, non qualem tu *Lamia Demetrium.* Numquid enim licet modeſte vivere propter hunc hominem? Socratem quoque imitari & garrire vult, & diſſimulationibus uti; & inſtar *Alcibiadis* alicujus habet *Pythoclem*, meque Xanthippem arbitratur ſe facturum. Poſtremo equidem proripiam me, & quolibet potius fugiam, terram terra commutans, quam epiſtolas ejus illas inconditas tolerabo. Quod vero omnium graviſſimum & minime tolerabile auſus eſt, de quo etiam conſilium volens petere, quid facto mihi opus ſit, ad te ſcripſi. Timarchum illum pulchrum

autem & iſti inficiantur ea, quæ ſplendorem atque laudem afferunt, id quod Socrates faciebat. Oportet autem ut admodum ridiculum ſe & ineptum præbuerit *Epicurus*, cum tale quid conatus eſt; quia alias moribus erat ſimplicibus; & facile ferre poterat etiam in os laudantem. Sane tam alienus ab illa ironia videtur fuiſſe, ut eam & in *Socrate* improbaverit, ut *Cicero* prodidit in Bruto, cujus locum adſcribam: *Ego, inquit ille,* (Atticus) *ironiam illam, quam in* Socrate *dicunt fuiſſe, qua ille in* Platonis *&* Xenophontis *&* Æſchinis *libris utitur, facetam & elegantem puto. Eſt enim & minime inepti hominis, & ejuſdem etiam faceti, cum de ſapientia diſceptatur, hanc ſibi ipſum detrahere, & eis tribuere illudentem, qui eam ſibi arrogant: ut apud* Platonem Socrates *in cœlum effert laudibus* Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, *cæteros: ſe autem omnium rerum inſcium fin it, & rudem. Decet hoc neſcio quomodo illum, nec* Epicuro, *qui id reprehendit, aſſentior.* Idem.

(171) Puto pro ἢ legendum eſſe ϗ, & ita verti. In hac autem re convenit ei cum *Socrate*, niſi forte magis impudica fuit amatio inter Epicurum & Pythoclem, quam inter Socratem & Alcibiadem, de quibus obiter ſupra pag. 176. De Pythocle Epicuri amaſio refert fragmentum Epiſtolæ Epicuri ad eundem *Laertius* X. ſegm. 5. περὶ δὲ Πυθοκλέα ὡραῖον ὄντα, καθεδοῦμαι, φησὶ, προσδοκῶν τὴν ἱμερτὴν ϗ ἰσόθεόν σε εἴσοδον· *ad* Pythoclem *in flore ætatis conſtitutum ſcribens: Sedebo,* inquit, *exſpectans amabilem tuum atque divinum ingreſſum.* Idem.

(172) Vide *Eraſmum* Chil. II. Cent. II. Prov. 14. *Terram pro terra*: ubi nec *Alciphronis* hunc locum præterit. *Scholiaſtes Luciani* ad Pſeudomantin, ubi γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι, annotat: γῆν πρὸ γῆς, τοῦτο εἴωθε λέγεσθαι Ἀθηναίοις, ἀντὶ τοῦ κατὰ πάσης τῆς γῆς, ὃ φαμὲν, τόπον ἐκ τόπου. *Hoc ſolet dici ab Athenienſibus pro, in omnem terram, quod dicimus,* τόπον ἐκ τόπου, *locum de loco.* Dico præterea aliquid ad *Ariſtophanis* Acharnenſes v. 234. ubi διώκειν γῆν πρὸ γῆς. Idem.

(173) Hanc vocem interpretor quaſi τὰς ἀπεσυρμένας, de quo *Budæus* Comm. Gr. L. pag. 1015. ἀπεσυρμένον *etiam dicitur male coagmentatum, diſſolutum, laxum* &c. deinde ἀπεσυρμένως interpretatur *diſſolute, incondite, incompoſite* &c. ubi inter alia affert *Ciceronis* in 2. de Oratore locum: *Quod tuum principium? dii immortales! qui timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio? tractusque verborum?* De oratione Epicuri qualis fuerit ea, *Athenæus* V. pag. 187. Τὴν μὲν γὰρ ἐπιτρέχουσαν τῇ λέξει ἀῤῥυθμίαν, τί δεῖ ϗ λέγειν; ubi *Caſaubonus: nam dictionis, qua Epicurus utitur, inconcinnitatem quid attinet dicere?* addit deinde; Epicurum *neſciſſe græce loqui, probavimus alibi multorum ſcriptorum teſtimoniis.* Idem.

(174) Videtur iſte eſſe, de quo *Plutarchus* adverſus Colotem pag. 1117. ὁ μὲν Μητρόδωρος τὸν Τίμαρχον προ-

τὸν καλὸν οἶσθα τὸν Κηφισιᾶθεν. (175) Οὐκ ἀρνοῦμαι πρὸς τὸν νεανίσκον οὐκ (176) οἰκείως ἔχειν ἐκ πολλοῦ· πρὸς σέ μοι τἀληθῆ λέγειν εἰκὸς, Λάμια. Καὶ τὴν πρώτην Ἀφροδίτην ἔμαθον παρ' αὐτοῦ σχεδόν. Οὗτος γάρ με διεπαρθένευσεν ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν. (177) Ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου πάντα μοι τἀγαθὰ πέμπων οὐ διαλέλοιπεν· ἐσθῆτα, χρυσεῖα, θεραπαίνας, θεράποντας, Ἰνδοὺς, Ἰνδάς· τἆλλα σιωπῶ. Ἀλλὰ τὰ μικρότατα προσλαμβάνει, τὰς ὥρας ἵνα μηδεὶς φθάσῃ με γευσάμενος. (178) Τοιοῦτον νῦν ἐραστὴν ἀπόκλεισόν φησι καὶ μὴ προσίτω σοι, ποίοις δοκεῖς αὐτὸν ἀποκαλῶν ὀνόμασιν. οὔτε ὡς Ἀττικὸς, οὔτε ὡς Φιλόσοφος, ἐκ Καππαδοκίας πρῶτος τὴν Ἑλλάδα ἥκων. (179) Ἐγὼ δὲ εἰ καὶ ὅλη γένοιτο ἡ Ἀθηναίων πόλις Ἐπι-

παρακαλῶν, φησὶ, Ποιήσωμέν τι καλὸν ἐπὶ καλοῖς, μόνον οὐ καταδύντες ταῖς ὁμοιοπαθείαις, καὶ ἀπαλλαγέντες ἐκ τοῦ χαμαὶ βίου, εἰς τὰ Ἐπικούρου ὡς ἀληθῶς θεόφαντα ὄργια. Metrodorus Timarchum *adhortans dicit: Faciamus aliud ex alio pulchrum, tantum non immergentes nos affectuum similitudine (& soluti hac humi serpente vita) in illa Epicuri vere divina orgia:* qui locus etiam exemplum esse possit ejusmodi orationis διασπάσεως. *Idem.*

(175) De pago attico Κηφισία jam egit *Meursius* in lib. de *populis Atticæ* inscripto. *Idem.*

(176) Sæpe apud Græcos duæ aut tres negationes ponuntur, cum apud Latinos una sufficit, ut cum hoc verbo *Æschines* contra Timarchum: οὔτε αὐτὸς ἐξαρνοῦμαι μὴ οὐ γεγονέναι ἐρωτικὸς, καὶ ἔτι νῦν εἶναι. *nec ipse nego me amori fuisse deditum & adhuc esse;* vide ibi & inferius. *Demosthenes III.* in Philippum: ἀνθρώπους μισθωτοὺς, ὧν οὐδ' ἂν ἀρνηθεῖεν ἔνιοι, ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι· *homines mercenarios, quorum aliqui nec negarent se tales esse.* Ponitur etiam negatio simplex, cum non videtur necessaria, ut apud *Æschinem* adhuc inferius: τὰ μὲν ὁμολογῶ· τὰ δ' ἐξαρνοῦμαι μὴ οὕτως ἔχειν τὸν τρόπον· *partem confiteor, partim nego ea se habere ad illum modum.* Apud *Athenæum* XIV. pag. 626. de Arcadibus: Τῶν μὲν ἄλλων μαθημάτων ἀρνηθῆναί τι μὴ εἰδέναι, οὐδὲν αὐτοῖς αἰσχρόν ἐστι· τὸ δὲ ᾄδειν ἀποτρίβεσθαι αἰσχρὸν παρ' αὐτοῖς νομίζεται· *aliarum quidem disciplinarum aliquam negare se scire, turpe ipsis non est, canendi autem peritiam à se removere, turpe apud ipsos putatur.* Sic cum aliis quibusdam verbis, ut apud *Euripidem* in Oreste v. 1048. ηὐλαβεῖτο μὴ σώζειν φίλους, *verebatur servare amicos.* Ubi Scholiastes: τὸ μὴ, περιττεύει, *particula* μὴ *abundat.* *Athenæus* I. p. 5. ἐγὼ κατέχω τινὰ ὀψοφάγον ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτωκότα, τοῦ μὴ ἐντρέπεσθαι τοὺς πλησίον ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, ὥστε etc. *ego teneo memoria quendam lucronem, qui eousque impudentiæ progressus fuerat, non verendo proximos super iis, quæ ab ipso fierent, ut &c.* *Demosthenes II.* Exordiorum: τοῦτο τοίνυν φυλάττεσθε μὴ πάσχειν. pro φυλάττεσθε, μὴ πάθοιτε· *cavete, ne vobis accidat.* Idem.

(177) *Aristænetus* I. epist. 5. προσλαβομένη φίλην αὐτῆς ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν· *cum assumsisset amicam è vicinia.* Idem epist. 19. ἄπιθι τοίνυν Θελξινόη καὶ σὺ παρ' ἐκείνην ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν. *Vise ergo & tu ad illam Thexinoë, hic viciniæ habitantem.* *Lysias* contra Erat. Ἔφασκε τὸν λύχνον ἀποσβεσθῆναι τὸν παρὰ τῷ παιδίῳ, εἶτα ἐκ γειτόνων ἀνάψασθαι *dicebat candelam apud infantem extinctam fuisse, deinde se in vicinia accendisse.* Et cum εἰς *Lycurgus* Orator: οὐδὲ τὰ ὅρια τῆς χώρας αἰσχυνόμενος, ἀλλ' ἐς γειτόνων τῆς θρεψάσης αὐτὸν πατρίδος μετοικῶν· *nec reverentia finium regionis ductus, sed in viciniam patriæ suæ, quæ eum aluit, migrans.* Idem.

[178] Verti, quasi esset προλαμβάνει, ut legendum puto, non προσλαμβάνει. *Heliodorus* lib. I. pag. 28. ἔγνω προλαβεῖν καὶ φθῆναι· *statuit anticipari & præ-*

chrum nosti, illum Cephisiensem. Non nego, adolescenti familiariter me addictam esse jamdudum; apud te verum me fateri par est Lamia. Et primam Venerem sub illo fere sum experta. Hic enim me devirginavit in vicinia habitantem. Ex illo tempore omnia mihi bona mittere non cessavit, vestem, aurum, ancillas, servos, Indos, Indas; cætera taceo. Quin & minutissima anticipat, tempestivos fructus ne quis me præveniat gustando. Talem igitur amatorem exclude, inquit, neque ad te accedat: quibus putas illum nominibus appellans! neque ut Atticus, neque ut philosophus, sed ut ex Cappadocia aliquis primarius in Græciam delatus. Ego vero etiamsi tota constet Atheniensium

prævenire. Quod ad rem ipsam attinet, fecit adolescens. quod apud *Horatium II.* Sat. 5. Tiresias docet Ulyssem, ut bonus testamentorum captator fiat:

> - - - - - - - - *Turdus*
> *Sive aliquid privum dabitur tibi, devolet illuc,*
> *Res ubi magna nitet domino sene; dulcia poma,*
> *Et quoscunque feret cultus tibi fundus honores,*
> *Ante Larem gustet venerabilior Lare dives.* Idem.

[179] *Hoc est, Cappadox maximus, & si quis alius, germanus Cappadox.* Sic *Fl. Josephus*, indicare volens Apionem vel maxime fuisse Ægyptium, scribit Lib. *II.* contra eum pag. 1062. καὶ τί γε δεῖ θαυμάζειν, εἰ περὶ τῶν ἡμετέρων ψεύδεται προγόνων, λέγων αὐτοὺς εἶναι τὸ γένος Αἰγυπτίους; αὐτὸς γὰρ περὶ αὑτοῦ τοὐναντίον ἐψεύδετο· καὶ γεγεννημένος ἐν Ὀάσει τῆς Αἰγύπτου πάντων Αἰγυπτίων πρῶτος, ὡς ἂν εἴποι τις, τὴν μὲν ἀληθῆ πατρίδα καὶ τὸ γένος ἐξωμόσατο· Ἀλεξανδρεὺς δὲ εἶναι καταψευδόμενος ὁμολογεῖ τὴν μοχθηρίαν τοῦ γένους· *& quid oportet mirari, si de nostris mentitur patribus, dicens eos genere Ægyptios esse? ipse enim de seipso contrarium mentitus est; cumque natus sit in Oasi Ægypti, primarius inter omnes Ægyptios, ut ita dicam; veram quidem patriam & genus suum abjuravit; Alexandrinum autem se mentitus confirmat generis sui pravitatem.* Vult autem Noster barbarum dicere *Epicurum*; quomodo & *Aristophanes Cleonem* in Equitibus v. 6. τοῦτόν γε πρῶτον Παφλαγόνων. Sunt autem vicini Cappadoces & Paphlagones. *Libanius* in Epistolis ad *Basilium* non sine aceto sæpius inculcat mentionem Cappadocum; cum enim *Basilius* soleret *Libanio* commendare & in disciplinam tradere Cappadocum adolescentes, scripsissetque ad eum: Αἰσχύνομαι καθ' ἕνα σοι προσάγων τοὺς Καππαδόκας, ἀλλὰ μὴ πάντας τοὺς ἐν ἡλικίᾳ πείθων, λόγων καὶ παιδεύσεως ἀντιποιεῖσθαι &c. *Pudet me quod singulatim tibi tradam Cappadoces, & non omnes juvenes adhortor, ut doctrinæ studia amplectantur &c.* *Libanius* respondet: Διὰ χρόνου πρὸς ἡμᾶς Καππαδόκης ἥκει νέος· ἓν τοῦτο κέρδος, ὅτι Καππαδόκης. Ἀλλὰ καὶ τοῦ πρώτου γένους οὗτος ὁ Καππαδόκης, δεύτερον τοῦτο κέρδος &c. *Longo post tempore ad nos venit Cappadox juvenis; unum hoc emolumentum, quod Cappadox. Sed & primarii generis iste Cappadox; alterum hoc emolumentum.* Deinde alium commendans *Basilius*, quasi nonnihil sentiens, & ipse repetit: Ἰδού σοι καὶ ἕτερος ἥκει Καππαδόκης· cui *Libanius*: Οἶδα ὅτι τοῦτο πολλάκις γράψεις, τὸ, ἰδού σοι καὶ ἕτερος ἥκει Καππαδόκης. Id dum se scire ita futurum dicit, perinde est, ac si nollet id fieri, saltem quod ad repetitionem vocabuli attinet; animadvertit enim & ipse, *Basilium* non fuisse ἀναίσθητον. Cæterum in πρῶτος τὴν Ἑλλάδα ἥκων, potius πρῶτος εἰς τὴν Ἑλλάδα ἥκων, ut exciderit hic etiam εἰς propter vicinitatem similis -- ος. Potest tamen excusari, ut τίνας χῶρας ἀφίγμεθα; apud *Sophoclem* initio Oedipodis Colonei. *Idem.*

Ἐπικούρων, (180) μὰ τὴν Ἄρτεμιν οὐ ζυγοστατήσω (181) πάντας αὐτοὺς πρὸς τὸν Τιμάρχου βραχίονα· μᾶλλον δὲ οὐδὲ πρὸς τὸν δάκτυλον. Τί σοι λέγεις Λάμια, οὐκ ἀληθῆ (182) ταῦτα οὐ δίκαια φημί; καὶ μὴ δὴ, δέομαί σου πρὸς τῆς Ἀφροδίτης, μή σοι ταῦτα ὑπελθέτω· ἀλλὰ φιλόσοφος· ἀλλὰ ἐπιφανής· ἀλλὰ πολλοῖς φίλοις κεχρημένος. (183) Λαβέτω καὶ ἃ ἔχω· διδασκέτω δ' ἄλλους· ἐμὲ δ' οὐδὲν θάλπει τὶ δόξα· ἀλλ' ὃν θέλω δὸς Τίμαρχον Δάματερ. (184) Ἀλλὰ καὶ δι' ἐμὲ πάντα ἠνάγκασται ὁ νεανίσκος καταλιπὼν τὸ Λύκειον, καὶ τὴν ἑαυτοῦ νεότητα καὶ τοὺς συνεφήβους καὶ τὴν ἑταιρίαν, μετ' αὐτοῦ ζῆν καὶ κολακεύειν αὐτὸν καὶ καθυμνεῖν (185) τὰς ὑπηνέμους αὐτοῦ δόξας. Ὁ Ἀτρεὺς οὗτος, ἔξελθε, φησὶν, ἐκ τῆς ἐμῆς μοναγρίας, [186] καὶ μὴ πρόσιθι Λεοντίῳ. Ὡς εὖ δικαιότερον ἐκείνου ἐροῦντος, σὺ μὲν οὖν μὴ πρόσιθι τῇ ἐμῇ. Καὶ ὁ μὲν νεανίσκος ὢν, ἀνέχεται τὸν ἕτερον ἀντεραστὴν γέροντα· ὁ δὲ τὸν δικαιότερον οὐχ ὑπομένει. Τί ποιήσω πρὸς τῶν Θεῶν, ἱκετεύω σε Λάμια; Νὴ τὰ μυστήρια, νὴ τούτων τῶν κακῶν ἀπαλλαγὴν ὡς ἐνθυμηθεῖσα τοῦ Τιμάρχου τὸν χωρισμὸν, ἄρτι ἀπέψυγμαι, καὶ ἱδρῶ, καὶ τὰ ἄκρα [187] καὶ ἡ καρδία μου ἀνέστραπται. Δέομαί σου δέξαι με πρὸς σεαυτὴν ἡμέρας ὀλίγας, καὶ ποιήσω τοῦτον αἰσθάνεσθαι, πηλίκων ἀπήλαυεν ἀγαθῶν, ἔχων ἐν τῇ οἰκίᾳ με. Οὐκ ἔτι φέρει τὸν κόρον, εὖ οἶδα, πρεσβευτὰς εὐθὺς πρὸς ἡμᾶς διαπέμψεται Μητρόδωρον καὶ Ἕρμαχον καὶ Πολύαινον. [188] Ποσάκις οἴει με, Λάμια, πρὸς αὐτὸν ἰδίᾳ παραγενομένην εἰπεῖν· τί ποιεῖς, Ἐπίκουρε, οὐκ οἶσθα, ὅτι διακωμῳδεῖ σε Τιμοκράτης, ὁ Μητροδώρου [189] ἐπὶ τούτοις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐν τοῖς θεάτροις παρὰ τοῖς ἄλλοις σο-

[180] Cl. *Jac. Perizonius* in epistola ad me: Vertitur: *Ego vero etiamsi tota civitas Atheniensium auxilio sit &c. quum sensus sit: etiamsi tota Atheniensium civitas sit Epicurorum, h. e. constet unice ex & in Epicuris seu similibus Epicuro, unde mox,* πάντας αὐτοὺς, *posthabere se dicit uni Timarcho.* Idem.

[181] Quasi eadem trutina pensabo: ut *Horat. II.* Epist. 1. v. 29. *Si - - Romani pensantur eadem Scriptores trutina.* Ex quo *Erasmus* proverbium cudit. *Idem.*

[182] Cl. *Perizonius* in eadem Epist. *Mox ibidem legerim:* τί σὺ λέγεις Λαμία, οὐκ ἀλ. &c. *Quid tu ad hæc dicis, Lamia, nonne vera & justa loquor?* Idem.

[183] *Diogenes Laërtius* in Epicuro segm. 9. ὅι τε φίλοι τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὡς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι δύνασθαι· *amici quoque ejus tam multi, ut eos ne urbes quidem integræ capere possent:* ubi in hanc rem videri potest *Menagius.* Idem.

[184] Sic & Attici dorice in exclamationibus, exempla passim obvia apud *Aristophanem.* Idem.

[185] *Plutarchus* in Colotem p. 1117. τίνι σεμνοεἴπωμεν ἀξίως ὀνόματι τὰς ὑμετέρας -- κροτοθορύβους

ſium civitas ex Epicuris, non ita mihi Diana ſit propitia, comparabo omnes eos ad Timarchi brachium, immo nec ad unum digitum. Quid tu dicis Lamia? non vera hæc, non juſta dico? Atque per Venerem obſecro ne tibi iſthæc in mentem veniant; ſed philoſophus, ſed illuſtris, ſed multis amicis uſus. Sumat & quæ habeo; & doceat alios; me nihil movet gloria; ſed quem volo, da Timarchum, o Ceres! Sed vero etiam propter me omnibus coactus eſt adoleſcens relictis, Lyceo, juventute ſua & ſodalibus atque ſocietate, cum ipſo vivere, atque aſſentari ipſi, & celebrare ventoſas ejus ſententias. Atreus iſte, exi, inquit, ex meo regno, ne accede ad Leontium; quaſi vero non majore jure ille dicturus ſit; immo tu ne accedas ad meam. Et ille quidem adoleſcens cum ſit, patitur alterum rivalem ſenem; iſte vero eum, qui majore jure gaudet, non patitur. Quid faciam, per Deos obſecro te, Lamia? Per ſacra initiorum juro, per horum malorum averſionem, ut ego, reputans Timarchi ſegregationem, modo exanimata ſum, & ſudo, & cor mihi ſubvertitur. Rogo te, ut me ad te accipias ad paucos dies; & faxo ut iſte ſentiat, quantis fruitus ſit bonis, cum me domi haberet. Non amplius fert contemptum, ſat ſcio; nuncios mox ad nos mittet, Metrodorum & Hermachum & Polyænum. Quoties putas me, Lamia, cum ſeorſum eſſem apud illum, dixiſſe: quid facis, Epicure? neſcis te traducere Timocratem Metrodori F. ob hæc in concionibus, in theatris apud reliquos Sophiſtas? Sed quid illo homine agas? impudens eſt in

βυς --- καὶ ἐπιθειάσεις ἅις --- καθυμνεῖτε τὸν ἐπὶ ἡδονὰς παρακαλοῦντα; *quo digno nomine appellemus veſtros tumultuoſos plauſus, & Deorum obteſtationes, quibus celebratis illum ad voluptates adhortantem* Epicurum. *Idem.*

[186] Pro *μοναγείας* videtur *μοναρχίας* legendum. Comparantur autem in hac alluſione perſonæ ſic: Si Epicurus eſt Atreus Rex Mycenarum, Timarchus erit Thyeſtes Atrei frater, Lamia autem erit Ærope Atrei uxor, quam Thyeſtes adulterio cognovit, & propterea in exilium abire coactus eſt. Res nota ex hiſtoria fabuloſa. Proverbium eſt: Ἀτρέως ὄμματα, *Atrei oculi,* quod *Diogenianus* exponit: ἐπὶ τῶν πάντα ὁρώντων οὓς οὐκ ἔστι λαθεῖν -- εἴρηται δὲ, ἐπεὶ οὐκ ἔλαθε Θυέστης μοιχεύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· *de iis, qui omnia vident, quos nihil fugit: dictum autem ind., quia latere non potuit Thyeſtes, uxorem ejus adulterans.* Idem.

[187] Non facile apparet, quid hic ſibi velit. *Idem.*

[188] Iſti primarii ejus amici & diſcipuli. Meminit omnium *Laërtius* in vita Epicuri ſegm. 22 --- 24. *Idem.*

[189] Hic rariore exemplo ſubaudiendum videtur non υἱός, ſed ἀδελφός. *Idem.*

σοφισταῖς; ἀλλὰ τί ἐστιν αὐτῷ ποιῆσαι; ἀναίσχυντός ἐστι τὸ ἐρᾶν. [190] Καὶ ἐγὼ ἔσομαι τοίνυν ὁμοίως αὐτῷ ἀναίσχυντος, καὶ οὐκ ἀφήσω τὸν ἐμὸν Τίμαρχον." Ἔῤῥωσο.

LXXV.

Λεοντίῳ [191] συνεῖναι τῇ ἑταίρᾳ ['Ἐπίκουρόν φασι.]

Ἐγκωμιάζειν [192] καὶ κολακεύειν [193] ['Ἐπίκουρόν φασι] ἔν τε ταῖς Ἐπιστολαῖς, πρὸς μὲν Λεόντιον· Παιὰν ἄναξ, [194] φίλον Λεοντάριον, οἵου κροτοθορύβου ἡμᾶς ἐνέπλησεν ἀναγνόντας σου τὸ ἐπιστόλιον,

Καὶ ἄλλαις [195] δὲ πολλαῖς ἑταίραις [196] γράφειν, ['Ἐπίκουρόν φασι,] καὶ μάλιστα Λεοντίῳ, ἧς καὶ Μητρόδωρον ἐρασθῆναι.

Μνᾶν

[190] De singulari amore, quo deperibat *Epicurus Leontium*, plures meminerunt. *Idem.*

[191] *Diogenes Laërtius* lib X. segm. 4. ubi pro Λεοντίᾳ scribe Λεοντίῳ & ita semper scribendum. vide *Athenæum.* Exstat epistola *Leontii* ad *Lamiam* libro II. *Alciphronis* (vid. num. LXXIV.) *Casaubonus.*

Legendum omnino Λεοντίῳ, quemadmodum scriptum exhibent MSS. Regii, & quemadmodum meretricem illam appellat *Plutarchus*, (num. LXXVI.) *Athenæus*, (num. LXXVII.) & *Cicero* I. de natura Deorum. Λεόντιον eadem forma dicitur, qua Μύρτιον, Κλωνάριον, Μυσάριον, Χελιδόνιον, in dialogis meretriciis apud *Lucianum*; & Ἐρώτιον, Μαρμάριον, Νικίδιον, inferius apud *Diogenem* nostrum. Ita Παιδάριον foemina illa appellatur, cui libros suos *Pappus* nuncupavit. Similiter apud *Methodium* in dialogo de Virginitate, ex interlocutoribus una Παρθένιον nuncupatur; quod virginis nomen in Παρθένιος, viri nomen, mutari minime debuit. Observat autem *Etymologus*, ὑποκοριστικοῖς illis, quæ ἀπὸ τῶν κορῶν à puellis nomen sumptere, meretrices solitas appellari: ὑποκοριστικὸν, inquit, ἐλαττώσεως ῥῆμα· καὶ ὑποκορισμὸς, μείωσις μεγέθους· εἴρηται δὲ, ἀπὸ τοῦ ταῖς κόραις ἐοικέναι· αὗται γὰρ θέλουσιν ἐκλύτῳ φύσει κεχρημέναι εἰς κολακείας τρόπον πάντας μικροπρεπῶς προσάγειν, εἰς νεότητος κομιδῇ ἔνδειξιν· πολλὰ τοιαῦτα παίζεται ἐν κωμῳδίᾳ, μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν ὀνομάτων, καὶ μάλιστα εἰ τύχοι ἑταιρῶν προφέρεσθαι ὀνόματα, ὡς ἡ Κλωνάριον καὶ Μυσάριον, καὶ Λεόντιον, καὶ τὰ τοιαῦτα. Sed ad *Leontium Epicuri* amicam ut redeam, fuit & ejus discipula, teste *Athenæo* lib. XIII. 6. (num. LXXVII.) Quin & ipsa librum scripsit adversus *Theophrastum.* Meminit *Cicero* lib. I. de Nat. Deor. & *Plinius* in præfat. *Menagius.*

[192] *Diogenes Laërtius* lib. X. segm. 5.

[193] *Athenæus VII.* 6. Περὶ δὲ τοῦ Ἐπικούρου Τίμων ἐν τρίτῳ Σίλλων φησί·

Γαστρὶ χαριζόμενος, τῆς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν.

Ταύτης γὰρ ἕνεκεν ὁ ἀνὴρ καὶ τῆς ἄλλης τῆς κατὰ σάρκα ἡδονῆς ἐκολάκευε καὶ Ἰδομενέα καὶ Μητρόδωρον. Menagius.

[194] Ex veterum lectione observavimus, Epicurum mirifice solitum delectari inter scribendum exclamationibus istiusmodi. Hæc sunt, quæ ἱερὰ ἀνακραυγάσματα vocat Cleomedes, illi vehementer inequitans, & ejus dictionem notans ut vitiosam & corruptam. Eum locum visum apponere: Ἐπείγε πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὰ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν αὐτῷ διεφθορότα ἐστὶ, Σαρκὸς εὐσταθῆ καταστήματα λέγοντι· καὶ τὰ περὶ ταύτης πιστὰ ἐλπίσματα, καὶ Λίπασμα ὀφθαλμῶν, τὸ δάκρυον ὀνομάζοντι, καὶ ἱερὰ ἀνακραυγάσματα, καὶ Λακίσματα καὶ ἄλλας τοιαύτας κακὰς ἄτας· ὧν τὰ μὲν ἐκ χαμαιτυπείων ἄν τις εἶναι φήσειε· τὰ δὲ ὅμοια τοῖς λεγομένοις ἐν τοῖς Δημητρείοις ὑπὸ τῶν θεσμοφοριαζουσῶν γυναικῶν· τὰ δὲ ἀπὸ μέσης τῆς προσευχῆς, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς προσαιτούντων Ἰουδαϊκά τινα καὶ παρακεχαραγμένα· καὶ κατὰ πολὺ τῶν ἑρπετῶν ταπεινότερα.

in amando. Et ego ero igitur ſicut ille impudens, & non deſeram meum Timarchum. Vale.

LXXV.

Leontio meretrici congredi ſolitum (*Epicurum* dicunt.)

Laudare atque aſſentari (*Epicurum* dicunt) etiam in epiſtolis, ad *Leontium* quidem ſcribens: O rex Apollo, meum *Leontiolum*, quanto nos impleviſti plauſu, cum brevem epiſtolam tuam legeremus?

Aliis item compluribus meretricibus ſcribere, (*Epicurum* dicunt,) & *Leontio* inprimis, quam & *Metrodorus* amaverit.

Minam

ea. Paulo poſt: Οὐ καὶ σὺ ἦν, ὦ θρασυτάτη καὶ ἀναισχυντοτάτη κεφαλὴ, ἐκ φιλοσοφίας ἀποφθαρεὶς οἰχήσῃ ἐπὶ Λεόντιον καὶ Φιλαινίδα, καὶ τὰς ἄλλας ἑταίρας καὶ τὰ ἱερὰ ἀνακραυγάσματα, μετὰ Σμινδυρίδου καὶ Σαρδαναπάλου καὶ τῶν σαυτοῦ θιασωτῶν; Hæc *Cleomedes*; qui ut vides, exclamationes illas *Epicuri*, quas ipſe vocabat ἀνακραυγάσματα ἱερὰ, ridet. Tale omnino eſt iſtud Παιὰν ἄναξ, φίλον Λεοντάριον. *Athenæus* quoque tale quid notare voluit, ſcribens eum ſolitum βοᾶν. Ait ille: Ἐπίκουρος ἦν ὁ τούτων διδάσκαλος, ὃς καὶ βοῶν ἔλεγεν· Ἀρχὴ καὶ ῥίζα παντὸς ἀγαθοῦ ἡ τῆς γαστρὸς ἡδονή· καὶ τὰ σοφὰ καὶ τὰ περιττὰ εἰς ταύτην ἔχει τὴν ἀναφοράν. Ergo jam intelligimus, quid ſit, cur Auctor Dialogi de Cauſis corruptæ eloquentiæ ita ſcribat: *Peripatetici aptos & in omnem diſputationem paratos jam locos dabunt; Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon jucunditatem; ne Epicuri quidem & Metrodori honeſtas quasdam exclamationes aſſumere, hisque, prout res poſcit, uti alienum erit oratoris.* Apparet ex his non ſolum *Epicurum* in ſuis ſcriptis crebris uſum exclamationibus, ſed & *Metrodorum*, ejus diſcipulum, cujus contentionem in ſectæ defenſione teſtantur vel illa apud *Athenæum*: Περὶ γαστέρα γὰρ, ὦ φυσιολόγε Τιμόκρατες, περὶ γαστέρα ὁ κατὰ φύσιν βαδίζων λόγος τὴν ἅπασαν ἔχει σπουδήν. Sed de his nimis multa. *Caſaubonus.*

Exſcripſit hunc locum *Suidas* in κροτοθορύβου, ſed paullo aliter, quam hic legitur. Παιὰν ἄναξ, φίλον Λεοντάριον, ὅτι κροτοθορύβου ἡμᾶς ἐνέπλησας, ἀναγνόντας σοι τὸ ἐπιστόλιον, Legendum apud *Suidam* ex Laertio, ἀναγνόντας σου τὸ ἐπιστόλιον· quanquam & σοι quoque ſcriptum exhibet Laertii editio Frobeniana. Sed legendum item apud *Laërtium*, ex *Suida*, ἐνέπλησας. & addenda vox φίλον ante vocem Λεοντάριον, quam etiam agnoſcunt *Frobeniana* & *Stephanica*. Hanc *Epicuri* epiſtolam reſpexit *Plutarchus*, cum in libello de Auditione ſcribit: Καὶ γὰρ Ἐπίκουρος ἐπὶ ταῖς τῶν φίλων ἐπιστολαῖς, κροτοθορύβους γίνεσθαι παρ᾽ αὐτῶν λέγων, ἀηδής ἐστιν· & in libro contra Colotem: τίνι προσείπωμεν, ἀξίως ὀνόματι τοὺς ὑμετέρους βρόμους, καὶ ὀλολυγμοὺς καὶ κροτοθορύβους, καὶ σεβάσεις καὶ ἐπιθειάσεις, αἷς προστρέπεσθε καὶ καθυμνεῖτε τὸν ἐπὶ ἡδονὰς περιγαλοῦντα. Ceterum erudite ad hunc *Laërtii* locum ex *Cleomede Caſaubonus* obſervat, *Epicurum* mirifice ſolitum delectari inter ſcribendum iſtiuſmodi exclamationibus. Sed & *Epicurus* aliis quibusdam peculiaribus vocabulis utebatur, ut exprimeret animi ad voluptates ruentis impetus. *Athenæus* lib. XII. ἵνα μοι τοὺς καταγισμοὺς λέγω, καὶ τὰ ἐπεντρώματα, ἅπερ πολλάκις προφέρεται ὁ Ἐπίκουρος, καὶ τοὺς γαργαλισμοὺς, καὶ νύγματα, ἃ ἐν τῷ περὶ τέλους εἴρηκε. Vide *Caſaub.* ad hunc locum. Vide & epiſtolam *Leontii* ad *Lamiam*, lib. II. *Alciphronis*, ubi *Epicuri* octuagenarii erga ſe amorem ejusque ad ſe litteras amatorias deridet. Λεοντάριον eſt ὑποκορισμὸς, *Epicuro* familiaris. *Plutarchus* contra Colotem: Κωλώτης, ὃν Ἐπίκουρος εἰώθει Κολωτάριον ὑποκορίζεσθαι καὶ Κολωτάριον. *Menagius.*

[195] *Diogenes Laërtius* lib. X. ſegm. 6.

Μνᾶν [197] τε ἀναλίσκειν ἡμερησίαν (Ἐπίκουρόν φασι) εἰς τὴν τράπεζαν, [198] ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Λεόντιον ἐπιςολῇ γράφει.

Τοιοῦτος [199] (ὁ Μητρόδωρος) ὢν, καὶ τὴν ἀδελφὴν Βαθίδα ἐξέδοτο Ἰδομενεῖ, καὶ Λεόντιον τὴν Ἀττικὴν ἑταῖραν ἀναλαβὼν, εἶχε παλλακήν.

LXXVI.

Ποσάκις [200] (Ἐπικούρειοι) Ἡδείᾳ καὶ Λεοντίῳ συνῆλθον, ἢ ποῦ Θάσιον ἔπιον, ποίας εἰκάδας ἐδείπνησαν πολυτελέςατα.

Ὄψα (201) καὶ Θάσια καὶ μύρα καὶ πεπλὰ καὶ κροτητὰ τῆς ξουθοπτέρυ πέλανα μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα ζητοῦσιν αἱ τῶν ἀπολαυςικῶν ὀρέξεις, καὶ πρός γε τούτοις εὐπρεπεῖς καὶ νέας γυναῖκας, οἷα Λεόντιον καὶ Βοίδιον καὶ Ἡδεῖα καὶ Νικήδιον ἐνέμοντο περὶ τὸν κῆπον.

Πάνυ (202) μὲν οὖν, ἂν μεθ' Ἡδείας βιοῦν μέλλω τῆς ἑταίρας, καὶ Λεοντίῳ συγκαταζῆν καὶ τῷ καλῷ προσπτύειν, καὶ τ' ἀγαθὸν ἐν σαρκὶ καὶ γαργαλισμοῖς τίθεσθαι· ταῦτα δεῖται σκότους τὰ τέλη, ταῦτα νυκτὸς, ἐπὶ ταῦτα τὴν λήθην καὶ τὴν ἄγνοιαν.

LXXVII.

Οὗτος (203) Ἐπίκουρος οὐ Λεόντιον (204) εἶχεν ἐρωμένην τὴν ἐπὶ ἑταιρείᾳ διαβόητον γενομένην; ἡ δὲ οὐχ ὅτε φιλοσοφεῖν ἤρξατο, ἐπαύσατο ἑταιροῦσα, πᾶσί τε τοῖς Ἐπικουρείοις συνῆν ἐν τοῖς κήποις, Ἐπικούρῳ δὲ καὶ ἀναφανδὸν, ὥςε ἐκεῖνον πολλὴν φροντίδα ποιούμενον αὐτῆς· τοῦτ' ἐμφανίζειν διὰ τῶν πρὸς Ἕρμαχον ἐπιςολῶν.

LXXVIII.

Οὐ (205) καὶ σὺ οὖν, ὦ θρασυτάτη καὶ ἀναισχυντοτάτη κεφαλὴ, (Ἐπίκουρε) ἐκ φιλοσοφίας ἀποφθαρεὶς οἰχήσῃ ἐπὶ Λεόντιον καὶ Φιλαινίδα, καὶ τὰς ἄλλας ἑταίρας,

[196] Marmario, Hediæ, Erotio, Nicidio, Boïdio, de quibus mox Nester & *Plutarchus* in I. contra Colotem, & in Λάθε βιώσας. Pro ἑτέραις legendum ἑταίραις nemo non videt. *Menagius.*

Ita *Basil.* & ita legit *Ambrosius*, aut legendum existimavit. *Stephanus* & *Aldobrandinus* ἑτέραις. Ἄλλαι ἕτεραι inepte junguntur. Sed & ἑταίραν *Leontium* fuisse supra dixerat; & infra §. 7. & 23. dicit; & hic dum ait, ὡς καὶ Μητρόδωρον ἐρασθῆναι. *Meibomius.*

[197] *Diogenes Laërtius* lib. X. segm. 7.

[198] *Epicuri* coquum talenta quatuor emeruisse biennio & mensibus decem, narrat ex Damoxeno Comico *Athenæus* Deipnosophist. III. 22. *Menagius.*

[199] *Diogenes Laërtius* lib. X. segm. 23.

[200]

Minam interim quotidie in cibos consumere, (*Epicurum* dicunt,) ut ipse in Epistola ad *Leontium* scribit.

Hujusmodi cum (*Metrodorus*) sororem etiam Batidem Idomeneo tradidit uxorem, Leontioque Attica meretrice assumta, pro concubina usus est.

LXXVI.

Quoties (Epicurei) cum *Hedea* aut *Leontio* rem habuissent, ubi Thasium vinum bibissent, quibus idibus splendidissime coenassent.

Appetitiones deditorum fruendis voluptatibus obsonia requirunt, & Thasium vinum, & unguenta, & cupedias, & placentas melle largo rigatas; præterea formosas & ætate integra mulieres, quales circa hortum Epicuri versabantur, Leontium, Boïdium, Hedea, Nicedium.

Omnino si cum Hedea meretrice sim vitam acturus,aut *Leontio*, & in honesti contemtum despuens bonum in carne & titillationibus quæsiturus; ista tenebras desiderent sacra, ista noctem, his oblivio & ignoratio induci debeant.

LXXVII.

Nonne hujus Epicuri famosa meretrix *Leontium* amica fuit? quæ philosophiæ operam navare cum incepisset, non ideo scortari destitit, sed Epicureis omnibus in hortis se prostituit, & palam quidem Epicuro, adeo ut de illa fuerit multum sollicitus Epicurus, quod suis ad Hermachum litteris declaravit.

LXXVIII.

Non tu igitur audacissimum & impudentissimum caput, (Epicure) ex philosophia profligatus, migraveris ad *Leontium* & Philænidem, aliasque meretriculas;

[200] *Plutarchus* in lib. non posse suaviter vivi secundum *Epicurum* Tom. II. Opp. pag. 1089. C.

(201) *Plutarchus* in eodem libro Tom. II. Opp. pag. 1097. D.

(202) *Plutarchus* in libello: Λάθε βιώσας Tom. II. Opp. pag. 1129. A.

(203) *Athenæus* lib. XIII. pag. 588. B.

(204) *Lactantius* lib. III. de falsa sapientia, & *Laërtius* in Epicuro, Leontis Lampsaceni uxorem *Themistam* memoran, totam se Epicuri philosophiæ tradidisse. Ejus mentionem *Cicero* quoque fecit in Pisoniana. Leontii meminit *Alciphron* epist. 42. ac *Cleomedes* lib. II. κυκλικῆς θεωρίας. *Dalechamp.*

(205) *Cleomedes* lib. II. κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων pag. 477. ed. Basil. 1561. 8.

ρας, καὶ τὰ ἱερὰ ἀνακραυγάσματα μετὰ Μινδυρίδου καὶ Σαρδαναπάλυ, καὶ μετὰ πάντων τῶν σ' αὐτοῦ θιασότων;

LXXIX.

Παρέλιπον (206) τὴν Μιμνέρμου αὐλητρίδα Ναννὼ καὶ τὴν Ἑρμησιάνακτος, τοῦ Κολοφωνίυ, Λεόντιον· ἀπὸ γὰρ ταύτης ἐρωμένης αὐτῷ γενομένης ἔγραψεν ἐλεγειακὰ τρία βιβλία, ὅς ἐν τῷ τρίτῳ κατάλογον ποιεῖται τῶν ἐρωτικῶν.

LXXX.

Δανάην (207) τὴν Λεοντίου τῆς Ἐπικυρείυ θυγατέρα ἑταιριζομένην καὶ αὐτὴν Σώφρων εἶχεν, ὁ ἐπὶ τῆς Ἐφέσου· δι' ἣν αὐτὸς ἐσώθη ἐπιβυλευόμενος ὑπὸ Λαοδίκης· ἡ δὲ κατεκρημνίσθη, ὡς γράφει Φύλαρχος διὰ τῆς δωδεκάτης τάδε· ἡ πάρεδρος τῆς Λαοδίκης Δανάη πιστευομένη ὑπ' αὐτῆς τὰ πάντα. Λεοντίυ δὲ οὖσα τῆς μετ' Ἐπικούρου τοῦ Φυσικοῦ σχολασάσης θυγάτηρ, Σώφρωνος δὲ γεγονυῖα πρότερον ἐρωμένη, παρακολυθοῦσα, διότι ἀποκλεῖναι βούλεται τὸν Σώφρονα ἡ Λαοδίκη, διανεύει τῷ Σώφρονι μηνύουσα τὴν ἐπιβουλήν· ὁ δὲ συλλαβὼν καὶ προσποιηθεὶς συγχωρεῖν, (208) περὶ ὧν λέγει δύ' ἡμέρας παρῃτήσατο εἰς σκέψιν· καὶ συγχωρησάσης, νυκτὸς ἔφυγεν εἰς Ἔφεσον. Μαθοῦσα δὲ ἡ Λαοδίκη τὸ ποιηθὲν ὑπὸ τῆς Δανάης, κατεκρήμνισε τὴν ἄνθρωπον, οὐδὲν τῶν προγεγενημένων φιλανθρώπων ἐπὶ νοῦν βαλλομένη. Τὴν δὲ Δανάην, φασὶν,ὡς ᾔσθετο τὸν ἐπηρτημένον αὐτῇ κίνδυνον, ἀνακρινομένην ὑπὸ τῆς Λαοδίκης, οὐδ' ἀποκρίσεως αὐτὴν ἀξιῶσαι· ἀπαγομένην δὲ ἐπὶ τὸν κρημνὸν εἰπεῖν· ὡς δικαίως οἱ πολλοὶ καταφρονοῦσι τοῦ θείου, ὅτε ἐγὼ τὸν γενομένον μοι ἄνδρα σώσασα, τοιαύτην χάριτα παρὰ τοῦ Δαιμονίου λαμβάνω. Λαοδίκη δὲ τὸν ἴδιον ἀποκτείνασα, τηλικαύτης τιμῆς ἀξιοῦται.

LXXXI.

(206) *Athenæus* lib. XIII. pag. 597. A.

(207) *Athenæus* lib. XIII. pag. 593. B.

(208) Hæc ſunt fragmenta periodi longioris, multa enim deſideramus. Res videtur ſic geſta. Conſpiravit in Sophronem Epheſi tyrannum (aut illi oppido præpoſitum ab aliquo rege potentiore, puta Syriæ, Ægypti,) Laodice ejus uxor, conſcia Danae, veteri amica Sophronis & Laodicæ ſuccuba. Illa vero memor prioris amoris, rem ei aperit. Sophron ipſam comprehendi jubet, fingens nullam ſe ei fidem habere. Ac

eulas; & facra vociferaris cum Mindyrido, cum Sardanapalo, cumque omnibus tuis bacchanalia agitantibus?

LXXIX.

Omisi Mimnermi amicam *Nanno* tibicinam, & *Hermesianactis* Colophonii *Leontium:* cujus gratia elegiacos libros tres scripsit, in quorum tertio illos enumerat, qui vehementius amarunt.

LXXX.

Danaën Leontii Epicureæ filiam prostitutam Sophron Ephefo praefectus amicam habuit; cujus fide ac benevolentia insidias Laodices evasit; ea vero præcipitata est; quod sic Phylarchus duodecimo libro exponit. Laodicæ Danaë filia Leontii, quæ cum Epicuro Physico Philosophiæ operam impendit, veluti consiliaria, assidebat, sic intima, ut ei Laodice arcana omnia sua crederet. Sophronis amica prius illa cum fuisset, ut subauscultavit, Laodicen illum occidi velle, eas insidias nutu protinus significavit; quibus cognitis, simulavit dubium Sophron ac incertum id sibi esse, quod sciscitabantur, biduumque petiit ad id memoria recolendum; quod cum obtinuisset, noctu Ephesum aufugit. Hoc a Danaë factum cum Laodice intellexisset, per præcipitium deturbari mulierem imperavit, nihil ejus benevolentiæ recordata, qua prius eam complexa fuerat. Danaën ferunt, cum imminens periculum ea præsensisset, interrogantem & compellantem Laodicen responso non fuisse dignatam, & cum ad præcipitium duceretur, dixisse à multis non injuria Deos contemni. Nam quod, inquit, virum meum servavi, hanc mihi gratiam Dii rependunt; quod autem Laodice maritum suum interfecerit, in maximo honore est.

LXXXI.

Ac quoniam Danaë in poteftate erat Laodices, petit ab uxore, ut eam sibi concedat torquendam; eam cognitionem in diem tertium differens; concedente Laodice, quod postulaverat, Sophron intermedio tempore utitur ad salutem; & nihildum suspicante uxore noctu ex arce in urbem aufugit. Rem opinor tenemus, verba amisimus negligentia librariorum. Lego autem: δυ' ἡμέραι, & pro ἰδεῖν τῶν προγεγενημένων φιλανθρώπων ἐπισυμβαλλομένη, scribo ἐπὶ νοῦν βαλλομένη vel λαμβανομένη, quod familiare est Græcis dicendi genus. *Athenæus* paulo post: τα' Ἐυριπίδε ἐπὶ νοῦν λαμβάνων λέγω. *Casaubonus.*

LXXXI.

Μέρος Διαθήκης τῆς ποτὲ Κυρίας ΜΑΡΙΑΣ ΠΗΛΟΥ.

Ὑπογράφουσιν ἐν αὐτῇ ἄνδρες σοφοί.

† 1574. Μαρτίῳ 11.

Ἐις (209) τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίȣ, ἀμήν. Κυρία Μαρία Πηλοῦ, θυγάτηρ τοῦ ποτὲ Κυρίου Δημητρίου Κορέση· ὑγιὴς τῷ νῷ καὶ τὴν διάνοιαν, καὶ τὰς αἰσθήσης, καὶ σώματι· θέλουσα, Θεοῦ εὐδοκοῦντος, νὰ λάβῃ τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν· (210) Καὶ νὰ ἔμπῃ εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Συμεῶν διατάτ]ει διὰ τῆς παρούσης διαθήκας, καὶ λέγει· Ἂν συμβῇ αὐτῆς, ἀπελθεῖν τουόντος, εὐθὺς παραδίσως τὴν ἑαυτῆς ψυχὴν ταπεινῶς καὶ δουλικῶς τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ, καὶ τῇ ἀειπαρθένῳ καὶ εὐλογημένῃ Μαρία, τὸ δὲ σῶμα αὐτῆς ταφῖναι λέγει εἰς τὸν αὐτὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Συμεῶν· ὅπου ἀφίνῃ καὶ ἀφίεται ὀυργίες ἠκοσιτρεῖς ἀπὸ τὸ ὑποστατικόν· τὸ ἔλαβεν ἀπὸ τοὺς κληρονόμους τοῦ πότα μήσερ Σιλβέστερ Μησμηλάγγη, συμβίου αὐτῆς, ἀπάνω εἰς τὴν πρεῖκαν της. Καὶ δίδει καὶ ἀπὸ τὸ αὐτὸ ὑποστατικὸν, τοῦ μήσερ Ἰωάννης Ἀργέντι ἑτέρας ὀυργίας (211) ἕνδεκα· διὰ τὸ χρέος τῶν δὲ χρησῶν ἑξήντα· ὁποῦ χρέως ὁ μήσερ Ἀντώνιος Κορέσης, (212) αὐτάδελφος αὐτῆς, τοῦ αὐτοῦ μήσερ Ἰωάννης παρόντος· καὶ τοῦ αὐτοῦ μήσερ Ἰωάννου στέργοντος καὶ ἑτέρας τὸ ἐν τῇ θεός· ταῖς ὁποῖες ὀυργίαις ἕνδεκα ἀφιέρεις εἰς τὸν αὐτὸν ναὸν ὁ αὐτὸς μήσερ Ἰωάννης, μετὸ σόδημα αὐτῶν· τὸ ὁποῖον νὰ λαμβάνουν ἀπὸ σήμερας αἱ εὑρισκόμεναι μοναχαὶ καθετός· Καὶ ἡ αὐτὴ Κυρίου πηλοῦ, νὰ λαμβάνῃ τὸ σόδημα τῶν αὐτῶν ὀυργίων ἠκοσιτρίων ἕως ναζῇ καὶ μετὰ τὸν θάνατόν της, νάμενη παντὶ ἐλευθέρας εἰς τὸν αὐτὸν ναόν.

Ἔτι ἀφίν, καὶ ἑτέρ.

Οὕτως εἶπε καὶ ἐδιετάξατο καὶ ἑτέρ.

Περὶ ὧν πάντων καὶ ἑτέρ.

Ἐγράφον εἰς Χίον ἐν τῷ ὄικῳ τοῦ ἄνωθεν μήσερ Ἰωάννης Ἀργέντι· ἔτει αφοδ΄. ἰν. β. ἡμέρας έ. μαρτίῳ ιά. ὥρ. ἑσπερινοῦ. Μάρτυρ ὁ περίβλεπτος μήσερ Ἰωάννης Κορέσης

(209) Mart. Crusius lib. IIII. Turco Græciæ p. 312 sq.

(210) Τὸ μοναστικὸν σχῆμα Græci ἀγγελικὸν quoque vocant. At omnes pii, in quocunque genere sunt, Angelicam vitam sibi imitandam sciunt; quantum in hac naturæ humanæ imbecillitate, invocato Dei auxilio, fieri potest. Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μȣ. Pſ. LI. *Crusius.*

(211)

LXXXI.

Pars Testamenti MARIÆ PILIÆ defunctæ, à doctissimis Viris subscripti.

1574. Martii 11.

In nomine Domini nostri Conservatoris, amen. D. *Maria Pilia* filia D. Demetrii Coresæ p. memoriæ, mente sana, cogitatione, facultate sentiendi, & corpore valens, certa voluntate, si Deo placeat, suscipiendi habitus monastici; & monasterium S. Symeonis ineundi; voluntatem suam ultimam hoc testamento declarat ac dicit: Si accidat sibi discedere ex hac vita, se continuo tradere suam animam humiliter & demisse omnipotenti Deo, & benedictæ semper virgini Mariæ. Corpus autem suum in eodem S. Symeonis templo sepeliri vult. Ubi relinquit, ei dedicans, ulnas viginti tres de fundo, quem accepit ab hæredibus D. Sylvestri Misimilangæ, viri sui p. memoriæ, supra dotem suam. Præterea de eodem fundo dat D. Joanni Argenteo alias ulnas undecim, persolvendi aureos LXIIII. causa; quos D. Antonius Coreses frater ipsius Germanus, eidem D. Joanni debebat; eo tempore, præsenti & ea re acquiescendi: & cætera, quæ in Testamento sequuntur. Quas XI. ulnas idem Ioannes eidem templo consecrat cum eorum proventu; quem ex hoc die, quæ inibi inveniuntur Monachæ, deinceps quotannis percipiant. Eadem autem D. Pilia usumfructum earundem *XXIII.* ulnarum habeat, quoad vivat, sed post mortem suam legatum maneat omnino liberum eidem templo:

Præterea relinquit &c.

Sic ait & dispofuit &c.

De quibus omnibus &c.

Scriptum Chii, domi prædicti D. Joannis Argentei, anno CIↃ IↃ LXXIIII. Indict. II. Martii XI. (qui erat dies Jovis) hora vespertina. Testes sunt ornatissimus

(211) 'Ουργία, ὀργυιὰ τρεῖς πήχεις, ait *Eustathius* 11. Odyss. ad v. 311. de Oto & Ephialte, Sed *Scholiastes* vulgaris, qui Didymus perhibetur, τέσσαρας indicat. Inquit etiam: ὀργυιὰ, ἡ τ͂ χειρῶν ἔκτασις. *Idem.*

(212) Demetrii Coresæ liberi: Maria nupta quondam Sylvestro Misimilangæ; Antonius, Nicolaus, de quo in sequenti Epistola. *Idem.*

ρέσης (213) ἰατρὸς, μήσερ Ἀντῶνιος Ψιακῆς, μήσερ Χριστοφῆς Ἀσμανᾶς, μήσερ Σταμάτης Σκρινὴς, καὶ μήσερ Παντόλεως Ῥάλις.

† 1580. νοεμβ. 10.

Ἐξεβλήθην τὸ ἄνωθεν μέρος τῆς διαθήκης, ἀπὸ τῆς πρᾶξις ἐμοῦ νοταρίου τοῦ κάτωθη, εἰς ζήτησιν τῆς ἡγουμένης τοῦ ἄνωθεν μοναστηρίου.

Νικόλαος Παραδείσης Νοτάριος.

† Μαρτυρῶ ἐγὼ Ἰωάννης Κορέσης, ὅτι παρόντος μου ἐγράφη τὸ ἄνωθεν γράμμα ὑπὸ τοῦ Κυρίου Νικολάου Παραδείσου, δημοσίου ὄντος Νοταρίου.

† Μαρτυρῶ καὶ ἐγὼ Ἀντώνιος Ψιακὴς, ὡς ὁ ἄνωθεν μάρτης.

† Μαρτυρῶ ἐγὼ Λεώναρδος Μεντώνης· ὅτι εἶναι δημόσιος Νοτάριος, ὁ ἄνωθεν Κύρ Νικόλαος Παραδείσης.

† Μαρτυρῶ ἐγὼ Φρανσέσκος Δομέστικος· πῶς ὁ Κῦρ Νικόλαος Παραδείσης εἶναι δημόσιος Νοτάριος, καὶ εἰς τὰ νοταρικάτου δίδεται πίστις.

LXXXII.

Περὶ ΜΑΞΙΜΙΛΛΗΣ καὶ ΠΡΙΣΚΗΣ.

Ὧν (214) [αἱρετικῶν] οἱ μὲν ἰοβόλων δίκην ἑρπετῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας καὶ Φρυγίας εἷρπον· τὸν μὲν Παράκλητον Μοντανὸν, τὰς δ' ἐξ αὐτοῦ γυναῖκας Πρίσκιλλαν καὶ Μαξιμίλλαν, ὡς ἂν τοῦ Μοντανοῦ Προφήτιδας γεγονυίας, αὐχοῦντες.

LXXXIII.

Περὶ (215) τῶν Προφητίδων αὐτοῦ [Μοντανοῦ] ὑποκαταβὰς οὕτω γράφει· δείκνυμεν οὖν αὐτὰς πρώτας τὰς προφήτιδας ταύτας, ἀφ' οὗ τοῦ πνεύματος ἐπληρώθησαν τοὺς ἄνδρας καταλιπούσας· πῶς οὖν ἐψεύδοντο, Πρίσκαν (216) παρθένον ἀποκαλοῦντες; Εἶτ' ἐπιφέρει λέγων· δοκεῖ σοι (217) πᾶσα γραφὴ κωλύειν προφήτην λαμβάνειν δῶρα καὶ χρήματα; ὅταν οὖν ἴδω τὴν Προφῆτιν εἰληφυῖαν καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτας, πῶς αὐτὴν μὴ παραιτήσομαι;

LXXXIV.

(213) Supra inter ſubſcriptores tertiæ Epiſtolæ etiam Lucas Coreſes legitur, & hoc loco Joannes Coreſes. Numne hi duo inter ſe fratres, non præcedentium? Τὸ Μήσερ italicum eſt *Meſſère*. Σάββατα τὸ ἑβδόμαδα· Ἡ πέμπτη τῆς ἑβδομάδος. Dies Jovis eſt. Eodem die, quo Pilla ſuum teſtamentum fecit, etiam M. Jo. Liebleri, (cujus pater M. Georgius Phyſicus noſter eſt,) tunc hic Diaconi uxor Barbara Unfridina teſtamentum fecit, M. Georgio Hizlero & me præſentibus. *Idem.*

(214) *Euſebius* Hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. V. cap. 14. pag. 178. D.

(215)

natiſſimus vir D. Joannes Coroſes Medicus, D. Antonius Pſiaces, D. Chriſtoph. Aſmanas, D. Stamatius Scrines, & D. Pantoleos Rhales.

Deinde anno cIↃIↃxxc Novemb. x.

Pars haec teſtamenti, poſtulante praedicti Monaſterii Abbatiſſa, à me Notario infra ſcripta excerpto fuit.

Nicolaus Paradiſes Notarius.

Teſtor ego Ioann. Coreſes me praeſente ſcriptum eſſe, quod ſupra ſcriptum eſt à Domino Nicolao Paradiſe, Notario publico.

Teſtor ego Antonius Pſiaces, ſicut ſuperior teſtis.

Teſtor ego Leonhardus Mendonius publicum Notarium eſſe, cujus nomen ſupra poſitum eſt, D. Nicolaum Paradiſen.

Ego Franciſcus Domeſticus teſtor, D. Nicolaum Paradiſen eſſe publicum Notarium; proindeque ſcripturae ejus fidem habendam eſſe.

LXXXII.

De MAXIMILLA & PRISCA.

Quorum (haereticorum) alii quidem venenatorum anguium inſtar per Aſiam Phrygiamque repſerunt. Qui & Montanum Paracletum duasque ejus comites *Priſcillam* & *Maximillam* Montani prophetiſſas eſſe jactabant.

LXXXIII.

De *Montani* vero prophetiſſis aliquanto poſt loquitur in hunc modum: Oſtendimus igitur, inquit, has principes prophetiſſas, ſimul ac ſpiritu impletae ſunt, viros ſuos dimiſiſſe. Quantopere ergo mentiebantur, qui Priſcam virginem vocabant? Deinde ſubjungit haec verba: Non tibi videtur Scriptura univerſa prohibere, ne Propheta munera & pecunias accipiat? Cum igitur videam prophetiſſam aurum & argentum veſtesque pretioſas accepiſſe, quomodo eam non repudiabo?

LXXXIV.

(215) *Euſebius* l. c. cap. 18. pag. 184. D. & *Nicephorus Calliſtus* Hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. IV. cap. 25. Tom. I. pag. 323. C.

(216) In Codice Maz. Med. & Fuk. & apud Nicephorum legitur *Πρίσκαν*, quam ſcripturam confirmat etiam *Rufinus*. Sed & Tertullianus & Firmilianus aliique *Priſcam* nominant. *Valeſius*.

(217) *Nicephorus* lib. IV. cap. 26. addit particulam negativam *οὐ δοκεῖ σοι* &c. Atque ita *Savilius* ad marginem ſui libri emendavit. *Idem*.

LXXXIV.

[276] Τετρωμένον δὲ τὸν Ἀλέξανδρον θεραπεῦσαι βουλομένη ἡ Οἰνώνη, ἐκωλύθη ὑπὸ τοῦ ταύτης πατρός· τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου, ἐπειδὴ ὕστερον προσενέγκουσα τὰ φάρμακα, εὗρεν ἤδη ἐκπεπνευκότα, καὶ ἑαυτὴν συναναιρεῖ, ἢ κατὰ Κόνωνα, ἑαυτὴν ἐμβαλοῦσα εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου πυρὰν· ἢ κατὰ τὸν Δίκτυν, βρόχαις ἀπαγχθεῖσα· ἢ κατὰ τόνδε τὸν Λυκόφρονα, κατεπεσοῦσα τοῦ πύργου. Οὐκ ἰάσιμον δὲ τὸ ἕλκος, ἢ ὅτι τεθνηκὼς ἦν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ ἰαθῆναι οὐκ ἐδύνατο· ἢ ὅτι κεχρισμένα (*hoc reposui pro* κεχρισμένος. *Phavorinus* habet κεκειμένα & *paulo ante* ἀπαχθεῖσα *pro* ἀπαγχθεῖσα, quae σφάλματα *hinc emendare poteris*. Potterus.) ἦν τὰ βέλη Φιλοκτήτου, δι' ὧν Ἀλέξανδρος ἐτοξεύθη, τῷ ἰῷ τῆς Ὕδρας· ἢ ὅτι ὀχληθέντος τοῦ τραύματος, ὑπέθηκε τὰ φάρμακα, ἡ γὰρ Οἰνώνη ἰατρικὴν καὶ μαντικὴν ᾔσκει. *Scholia* ad h. l.

Quum *Paris* à *Philoctete* vulneratus ad *Oenonen* confugisset, quam sciebat medicinae peritam esse, (ut testatur etiam *Ovidius*,) sanari tamen non potuit, quod essent *Herculis* tela, quibus ipse vulneratus fuerat, letalia. Sic ergo mortuo *Paride*, *Oenone* mox prae nimio mariti desiderio, mortem sibi conscivit, atque è turri se in rogum *Paridis* praecipitavit. *Canterus*.

Oenonen medicinae peritiam habuisse patet etiam ex *Ovidianarum* Heroidum epistolis, ut quae eam ab *Apolline* acceperit. *Meursius*.

Magno in pretio habebatur apud veteres medicina, unde tam clara nomina *Æsculapii*, *Chironis* &c. Reges etiam & Principes non dedignabantur in ea addiscenda

T. operam.

Ἕλκος δρακοῦσα τοῦ ξυνευνέτου λυγρὸν, [278]
Γιγαντοραίστοις [279] ἄρδισι [280] τετρωμένου [281]
Πρὸς ἀνθοπλίτου, [282] ξυνὸν ὀγχήσει μόρον,
Πύργων ἀπ᾽ ἄκρων πρὸς νεόδμητον νέκυν·
Ῥοιζηδὸν ἐκβράσασα κύμβαχον δέμας.
Πόθῳ δὲ τοῦ θανόντος ἠγκιστρωμένη, [283]
Ψυχὴν περισπαίροντι φυσήσει νεκρῷ.

CXIII.

Αἰνὰ (284) δ᾽ ἀνεστενάχιζε Πάρις· περὶ δ᾽ ἕλκεϊ θυμὸν
Τείρετο· τὸν δ᾽ ἀλύοντα μέγ᾽, ἀμφεχέοντ᾽ ἰατῆρες· (285)
Τρῶες δ᾽ εἰς ἑὸν ἄστυ κίον. Δαναοὶ δ᾽ ἐπὶ νῆας
Κυανέας ἀφίκοντο θοῶς· τοῦ γάρ ῥα κυδοιμοῦ
Νὺξ ἀπέπαυσε μέλαινα· μόγον δ᾽ ἐξείλετο γυίων,
Ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισι πόνου ἀλκτῆρα χέασα.
Ἀλλ᾽ οὐχ ὕπνος ἔμαρπτε θοὸν Πάριν ἄχρις ἐς ἠῶ·
Οὐ γὰρ (286) οἵ τις ἄλαλκε λιλαιομένων περ ἀμύνειν

Παι-

operam pon:re, quod Achillis, aliorumque exemplis comprobari possit; & Athenienses, quam regibus aliquot & summis viris negarunt, urbis suæ libertatem *Hippocrati*, celebri medico, ultro obtulerunt. Hinc nihil mirum, si *Apollo* medicinam *Oenonæ* praebuerit, in raptae virginitatis solatium, ut fusius narrat *Ovidius* in epistola jam laudata. Haec porro, cum *Paris* esset à *Philoctete* vulneratus, ipsaque sola opem ferre potuit, sanare ipsum noluit; eo vero mortuo, pœnitentiam agens vitam laqueo finivit, secundum *Apollodorum* & *Conenem*, aut à turri praecipitem se dedit, ut *Lycophron*; aut alio se modo confecit, ut alii. *Potterus*.

[277] Per οὐκ ἰάσιμον ἕλκος mortem *Paridis* intelligit *Lycophron*, alioquin quomodo ei cum *Parthenio* conveniat, non video. qui Erot. δ', tradit, *Oenonen* solam *Paridis* vulnus potuisse sanare. *Meursius*.

[278] Τὸ χαλεπὸν, παρὰ τὸ λίαν ὑγρὸν εἶναι τὸ τετρωμένον, ὀλέθριον· ἐκ γὰρ τῶν ὑγρῶν ἐπιγίνονται τὰ δεινότερα τῶν νοσημάτων, ὥσπερ αὖθις ἀπὸ τῶν θερμῶν τὰ καλά. *Scholia* ad h. l.

[279] Ἡ γῆ κατὰ Τιτάνων ἀγανακτοῦσα, ἐν Φλέγραις τῆς Πελλήνης γεννᾷ δρακοντόποδας καὶ βαθυγενείους, καὶ βαθυχαίτας γίγαντας, οἳ πέτρας καὶ δρῦς πεπυρακτωμένας ἠκόντιζον πρὸς τὸν οὐρανόν· ὧν πρῶτοι Πορφυρίων καὶ Ἀλκυονεὺς, οἳ καὶ ἀθάνατοι ἦσαν, ἕως τ᾽ ἂν ἐν τῇ γῇ, ᾗ ἐγεννήθησαν, ἐμάχοντο· συμμαχοῦντος δὲ Ἡρακλέους Διῒ, καὶ τούτους κατατοξεύοντος, ἀνῃρέθησαν· πρῶτον μὲν οὖν τοξεύει Ἀλκυονέα, ὃς πίπτων ἐπὶ γῆν, μᾶλλον ἀνεθάλπετο. Ἀθηνᾶς δὲ βουλῇ Πελλήνης ἐξαγαγὼν τοῦτον ἀνεῖλεν· Πορφυρίωνι δὲ Ζεὺς Ἥρας ἐπιθυμίαν ἐμβάλλει, καὶ τοῦτον Ἡρακλῆς ἐν τῷ καταρρηγνύειν Ἥρας τοὺς πέπλους τοξεύσας, καὶ τοῦ Διὸς κεραυνῷ πλήξαντος, ἀναιρεῖ· καὶ τοὺς ἑτέρους δὲ ὁμοίως, πλὴν ὀλίγων, σὺν Διῒ ἀναιρεῖ. *Scholia* ad h. l.

Quibus

Vulnus mariti tetrum intuita,
Gigantiperdis ab adverſario ſagittis
Vulnerati, communem obibit mortem,
Summis è turribus ad recens cadaver
Impetuoſe corpus præceps projiciens:
Mortuique ſtimulata deſiderio,
Animam in palpitans exſpirabit cadaver.

CXIII.

Paris autem graviter ingemiſcebat, & ob vulnus, animi
Angebatur; Quem languentem ſtudioſe obibant medici.
At Troës in urbem ſuam redierunt; Danai contra ad naves
Cœruleas ſtatim receſſerunt. A prælio enim
Nox avocavit nigra & laſſitudinem membris exemit
Infuſo palpebris ſomno, qui laboris depulſor eſt.
Verum ſopor celerem Parin haud corripit usque dum illuxit;
Nemo enim ipſi medetur, quamvis opitulari ſtuderent

Omnis

Quibus olim *Hercules* gigantes Thraces cum Jove belligerantes confecerat. Adverſarium dicit *Philoctetem*. Hiſtoriam tradit Calaber lib. X. *Canterus.*

[280] Ἄρδις τὸ βέλος, παρὰ τὸ ἀρὰς καὶ βλάβας διδόναι. *Scholia* ad h. l.

[281] Καταχρηστικῶς εἶπεν, ἀντὶ τοῦ βεβλημένου καὶ τετρωμένου καλῶς ἔχει, τετρωμένου μὲν τοῦ Ἀλεξάνδρου· τετρωμένον δὲ τὸ ἕλκος. *Scholia* ad h. l.

[282] Ἀντὶ τοῦ τοξότου· λέγει δὲ τὸν Φιλοκτήτην, παρ' ὅσον ἀμφότεροι τοξόται, ὅ, τε Ἀλέξανδρος καὶ ὁ Φιλοκτήτης· ἀχθέντος γὰρ ἐκ Λήμνου τοῦ Φιλοκτήτου, τοξικῇ ἐμονομάχησαν, αὐτός τε καὶ ὁ Ἀλέξανδρος· καὶ πρῶτος μὲν ἀφεὶς Ἀλέξανδρος, ἥμαρτε Φιλοκτήτου· δεύτερον δὲ τοξεύσας ὁ Φιλοκτήτης βάλλει κατὰ χεῖρα λαιὰν τὸν Ἀλέξανδρον· εὐθὺς δεύτερον οἰστὸν ἀφεὶς, ἐκκόπτει τούτου καὶ τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τρίτῳ βέλει κατὰ τὸ σφυρὸν πόδας αὐτὸν ἀναιρεῖ. *Scholia* ad h. l.

[283] Deſiderio irretita, metaphora à piſcibus ducta, qui hamis capti ſe expedire nequeunt. Etymologici auctor: ἀγκιστρώμενος, κατεχόμενος· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἰχθύων, τῶν κατεχομένων τῷ ἀγκίστρῳ. *Potterus.*

(284) *Quintus Calaber* Paraliρem. ab Homero lib. X. v. 253.

(285) Nec ἰατρὸς nec ἰατὴρ α corripere poſſunt, ulla ratione: non magis quam θέατρον. Pura puta eſt inſcientia α in ἀρχίατρος explendo verſui contrahere: viderint, qui faciunt. Auctor Paralipomenon linguæ græcæ ne quidem ι in iſtis usquam produci aſſerit. Errat. Hic mihi multa probatiſſimorum auctorum loca ad dicendum benigne ſuppetunt. *Calabrum* ita reſtituo: ἄλυτα μέγ' ἀμφεχέοντο ἰατροί. *Dausqueius.* Cum *Dausqueio* ſcribe: ἀμφεχέοντο ἰατροὶ vel ἰητροί: Nam de amphimacro hic cogitare nolo. *Pauw.*

(286) Οὐ γὰρ hic eſt ſpondeus. *Pauw.*

Πανλοίοις ἀκέεσσιν, ἐπεὶ ῥά οἱ αἴσιμον ἦεν
Ὀινώνης ὑπὸ χερσὶ μόρον, καὶ κῆρας ἀλύξαι,
Ἢν ἔλθῃ (287) ὅδ᾽ ἄρ᾽ αἶψα θεοπροπίῃσι πιθήσας,
Ἤϊεν ὀυκ ἐθέλων· ὀλοὴ δέ μιν ἦγεν ἀνάγκη
Κυριδίης εἰς ὦπα· κ. τ. λ.

CXIV.

Τὸν (288) δ᾽ ἔτι πυ (Ἀλέξανδρον) κρατερὸν πῦρ ἄμφεχεν, ὄυνεκ᾽ ἄρ᾽ ἀυτὸν (289)
Μηλονόμοι ξυνιόντες ἀπ᾽ ὄυρεως ἄλλοθεν ἄλλοι
Ὕλην θεσπεσίην παρενήνεον, ὄφρα φέροντες (290)
Ὑστατίην καὶ πένθος ὁμῶς ἑτάρῳ ἄνακτι, (291)
Κλαίοντες μάλα πολλὰ περισταδόν· ἡ δέ μιν ὄυτι
Ἀμφαδὸν ὡς ἄθρησε, βοήσατο, (292) τειρομένη περ,
Ἀλλὰ καλυψαμένη περὶ φάρεϊ καλὰ πρόσωπα,
Αἶψα πυρὶ (293) ἐνέπαλτο· γόον δ᾽ ἄρα πυλὺν ὄρινε,
Καίετο δ᾽ ἀμφὶ πόσει· Νύμφαι δέ μιν ἄλλοθεν ἄλλαι
Θάμβεον, εὖτ᾽ ἐσίδοντο μετ᾽ ἀνέρι πεπτηυῖαν.

CXV.

Τῶν (294) παρ᾽ Ἀιγυπτίοις ἀνθρώπων ποτὲ, γενομένων δὲ ἀνθρωπίνῃ δόξῃ θεῶν, Ἑρμῆς τε ὁ Θηβαῖος, καὶ Ἀσκληπιὸς ὁ Μεμφίτης· Τειρεσίας τε ἂυ, καὶ Μαντὼ ἐν Θήβαις, ὥς φησιν Ἐυριπίδης· (295) Ἕλενος ἤδη (296) καὶ Λαοκόων, καὶ Ὀινώνη καὶ Βρῆνος (297) ἐν Ἰλίῳ.

CXVI.

(287) Legeris forte rectius: ἢν ἐθέλῃ, *si modo vellet* opitulari, vel ἄλθῃ, quod interpretatione mea expressi. *Rhodomannus.*

Ἢν ἐθέλῃ legendum sine dubio: Nam ad *Oenonen* accedere non erat satis, ut rei eventus docuit: Nihil perspicuum magis. Ἢν ἄλθῃ non convenit. *Pauw.*

(288) *Quintus Calaber* l. c. v. 460.

(289) Τὸν δ᾽ ἔτι & ἀυτῷ. *Rhodomannus.*

Brodæus ἀυτοὶ, ego ἀυτῷ. *Dausquejus.*

Sine dubio ἀυτῷ scribendum. *Pauw.*

(290) ἦρα φέροντες, quod τιμὴν ei hic significat. *Rhodom.*

Recte *Rhodomannus* ἦρα φέροντες. Illud ὑστατίην hic vim habet adverbii, & positum est elliptice pro ὑστατίην ἡμέραν. Alias enim scribendum esset: ἦρα φέροντες ὕστατα δὴ καὶ πένθος. Vident, qui græce sciunt. *Pauw.*

(291) Ἑτάρῳ καὶ ἄνακτι. *Rhodom.*

Ita

Omnis generis remediis. Siquidem fatale ei erat,
Ut Oenones manibus exitiales Parcas evitaret,
Si medicaretur ipſum. Quocirca ut oraculis morem gereret,
Iter ſuſcepit invitus. Triſtis enim eum adduxit neceſſitas
In uxoris conſpectum &c.

CXIV.

Hunc autem *(Alexandrum)* rapidus jam ignis cinxerat, quia ipſi
Opiliones è diverſis Idæ partibus congregati
Incredibilem aggeſſerant lignorum ſtruem, ut officium luctus
Poſtremum, cum ſodali (olim) tum principi exhiberent.
Majoremque in modum circumſtantes plorabant: Illa vero nullam,
Ubi coram illum vidit, emiſit vocem, quamlibet afflicta,
Sed cum faciem decoram pallio involviſſet,
Subito in pyram ſe conjicit, magnumque excitavit luctum,
Et conflagravit juxta maritum. Nympharum autem alibi aliæ
Cum ſtupore demiratæ ſunt, quando cum viro mortem illam oppetere vi-
[derunt.

CXV.

Ex iis, qui aliquando fuere homines in Ægypto, opinione autem hominum Dii fuerunt, *Hermes* Thebanus & *Æſculapius* Memphitanus; & rurſus *Tireſias* & *Manto* Thebis, ut dicit *Euripides*. Jam *Helenus* & *Laocoon* & *Oenone* & *Brenus* in Ilio.

CXVI.

Ita *Rhodomannus* ὁμῶς cum his juncto, quod ſi jungeretur cum antecedentibus, legi etiam poſſet ἑτάρῳ ποτ', vel ἑτάρῳ πεἰν ἄνακ]ι. *Pauw.*

(292) Malim γοήσατο· μὶν γοήσατο. *Pauw.*

(293) πυρῇ *Rhodomannus*, quod non improbo, nec tamen neceſſe. *Pauw.*

(294) *Clemens Alexandr.* lib. I. Strom. cap. 21. pag. 334.

(295) Reſpicere videtur *Euripidis* Phoeniſſ. v. 841. &c. *Potterus.*

(296) Ἔτι legemus aptius. *Sylburg.*

(297) *Guilh. Canterus* notis ad Lycophronem legit Οἰνώνη Κεβρῆνος ſcil. θυγάτηρ, ut *Apollodorus* lib. III. Οἰνώνην τὴν Κεβρῆνος τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα. Non tamen male A. qui legendam cenſet Οἰνώνη καὶ Κρῆνος. cauſalis ſane particula, quæ ſequitur, ei lectioni quadantenus patrocinatur. *Potterus.*

CXVI.

Περὶ ΟΛΥΜΠΙΑΔΟΣ.

Ἐμφαίνει (298) αὐτῶν [τῶν μαγείρων] τὴν ἐμπειρίαν τῆς θυτικῆς καὶ ἡ πρὸς Ἀλέξανδρον Ὀλυμπιάδος ἐπιστολὴ, προτρεπομένη (299) μάγειρον αὐτῇ πρίασθαι θυσιῶν ἔμπειρον, ἡ μήτηρ φησί· Πέλιγναν τὸν μάγειρον λαβὲ παρὰ τῆς μητρὸς· οὗτος γὰρ οἶδε τὰ ἱερά σου τὰ πατρῷα πάντα, ὃν τρόπον θύεται, καὶ τὰ ἀργὰ, (300) δικαστικὰ, (301) καὶ τὰ Βακχικὰ, ὅσα τε Ὀλυμπιὰς προθύεται, οὗτος οἶδε. Μὴ οὖν ἀμελήσης, ἀλλὰ λαβὲ, καὶ ἀπόστειλον πρὸς ἐμὲ τὴν ταχίστην.

CXVII.

Περὶ (302) τῶν τοῖς φίλοις καὶ τοῖς σωματοφύλαξι νεμομένων πλούτων, ἡλίκον εἶχεν ὄγκον, ἐμφαίνει δι' ἐπιστολῆς Ὀλυμπιὰς, ἣν ἔγραψεν πρὸς αὐτόν. Ἄλλως, φησὶν, εὖ ποίει τοὺς φίλους καὶ ἐνδόξους ἄγε· νῦν δ' ἰσοβασιλέας πάντας ποιεῖς, καὶ πολυφιλίας παρασκευάζεις αὐτοῖς, σεαυτὸν δὲ ἐρημοῖς. Πολλάκις δὲ τοιαῦτα τῆς Ὀλυμπιάδος γραφούσης, ἐφύλαττεν ἀπόῤῥητα τὰ γράμματα, πλὴν ἅπαξ Ἡφαιστίωνος,

(298) *Athenæus* lib. XIV. pag. 659. F.

(299) Dicebat modo *Athenæus* veteres cocos rituum sacrificandi & πάσης τῆς θυτικῆς notitiam habuisse. Nunc ait posse id ipsum constare ex *Olympiadis* ad *Alexandrum* epistola, deinde ipsa *Olympiadis* verba profert, & quod instituerat, clare probat; quid dico probat? imo vero probabat olim: nunc perversa lectio hujus loci sententiam omnem pervertit. Nam ineptissimum est, quod vulgata scriptura continet. Initio petit mater à filio, ut coquum sibi sacrificandi peritum emat; deinde autem offert è vestigio eadem filio suo Pelignam coquum, plane qualem se desiderare dixerat. Enimvero si bonum θύτην habet, cur usque inde ex Asia aut India sibi petit mitti. Sed neque illud intelligo, quorsum *Olympias*, Macedoniam inhabitans, eum desidereret, qui Asiaticorum sacrorum ritus novit, Græcanicorum vel Macedonicorum ignoret; nisi putemus, quod absurdissimum est, more populorum Orientis sacra factitasse *Olympiadem*. Quid multa? interpretum, qui hæc absurda concoxerunt, stomachum nemo satis depradicarit. Legendum affirmo: προτρεπομένη γὰρ μάγειρον αὐτῷ πρίασθαι θυσιῶν ἔμπειρον, ἡ μήτηρ φησί· id est, *nam cum* Alexander *eam hortatus esset, ut ad se mitteret popam sacrificiorum peritum, ait mater: Accipe popam* Pelignam *à matre tua &c.* Cur é Macedonia victimarium accersierit *Alexander*, obscura causa non est; nam & pietatis intererat, & existimationis illius, ut more patrio sacra faceret; quod ostendit *Olympias* manifesto, cum subjicit: οὗτος γὰρ οἶδε τὰ ἱερά σου τὰ πατρῷα. Quænam autem sunt ἀργὰ sacra, quorum Olympias meminit? quæ item illa δικαστικά? Prorsus, nisi ineptire volumus, legendum: καὶ τὰ ὀργιαστικὰ, καὶ τὰ Βακχικά. *Olympiadem* valde fuisse deditam orgiasticis sacris & Orphicis, diserte *Plutarchus* scribit in Alexandri vita. Addit idem solitam *Olympiadem* mansuetorum serpentum genus quoddam ad ista sacra adhibere: qua de re multa etiam *Lucianus* scribit in Pseudomanti. Ex *Suida* in *Hesychio* conjicere est, ἀργόλας vel ἀργὰς istos angues fuisse appellatos. Quum horum meminissemus, putavimus aliquando posse hunc locum in eam sententiam accommodari non magna mutatione, ut

CXVI.

De OLYMPIADE.

Ritus ſacrificiorum & ceremonias coquis notas fuiſſe palam eſt ex *Olympiadis* ad Alexandrum epiſtola, qua mater illum hortatur, coquum ut emat in ſacris faciundis exercitatum, his verbis: Pelignam coquum miſſum à matre tu habe. Scit ille omnia ſacra patria tua quomodo peragantur, & pura, & dicaſtica, & Bacchica, & alia prorſus omnia, in quibus mater tua victimas immolat. Eum igitur ne contempſeris, ſed libenter excipe, & ad me remitte quamprimum.

CXVII.

In ditandis amicis & ſtipatoribus ſuis quam fuerit prolixus, declarat *Olympias* epiſtola, quam ad eum ſcripſit: Bene merere alias, inquit, de amicis, & ſplendore utere. Enimvero nunc omnes regi efficis pares, multosque amicos eis paras, temetipſum vero reddis ſolitarium. Ea quum identidem ad illum ſcriberet *Olympias*, ſervabat in abdito epiſtolas; niſi ſemel *Hephæſtioni*, (ut aſſueverat)

ut dicat *Olympias*, illa etiam ſacra Pelignæ eſſe nota, ad quæ ſerpentes argæ adhiberentur. Sed diſplicet nobis jure merito hæc ſententia, neque dubitavimus verum eſſe, quod prius diximus. Quærant etiam doctiores, quænam ſint illa ſacra, ὅσα Ὀλυμπιάς προθύεται, nos qui fruſtra quæſivimus. legemus interea, ὅσα Ὀλυμπίᾳ ea ſacra intelligit, quæ Olympiæ fiebant ab agoniſtis, priusquam certamen inirent. Sciendum autem olim extitiſſe in doctorum bibliothecis epiſtolas *Alexandri* & aliorum ad *Alexandrum*; multa harum mentio apud veteres ſcriptores, ut *Plutarchum*, *Athenagoram*, *Athenæum*, alios; ſed & Grammatici earum teſtimoniis aliquando utuntur. *Heſychius* in voce σκοῖδος, quæ Macedonum lingua prætorem judiciis præfectum ſignificabat, ἡ λέξις κεῖται, ait, ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Ἀλεξάνδρου meminit etiam in Ἀρόπανοι ejusdem verba ſunt, quæ ſubjiciam: Γητικὰ παρὰ Ἀλεξάνδρῳ, ἐπιστολαὶ ποτήρια οὕτω καλούμενα corrigendum, παρὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐν ἐπιστολαῖς Epiſtolarum *Olympiadis* ad filium meminit *A. Gellius* lib XIII. cap. 4. & *Pollux* lib. VII cap. 9. obſervans nominari *Olympiadi* ἱερουργεῖον, qui dicitur vulgo ἱστών, nam ita ſcribi debet is locus; & iterum mox legendum βέλτιον ἢ ὁ ἱστών, vel ἱστεών, ut in Gloſſario ſcribitur; peſſime libri *Pollucis*: ἱπστευών. Earum quas ad matrem ſcripſerat *Alexander*, mentionem fecere item multi. *Octavius Minutius Felix*: *Alexander ille Macedo inſigni volumine ad matrem ſuam ſcripſit metu ſuæ poteſtatis proditum ſibi de diis hominibus à ſacerdote ſecretum.* *Pollux* lib. VI. cap. 12. ἐν Ἀλεξάνδρου πρὸς τὴν μητέρα ἐπιστολῇ μέμνημαι ἐν ἄλλοις σκεύεσι καὶ τὸν μύστρον εὑρών. *Caſaubonus.*

(300) Otioſa, inertia, in quibus hoſtia non immolatur, ſed frugum primitiæ offeruntur. *Dalechamp.*

(301) Judicialia, fortaſſis quæ a rege fiebant, cum jus diceret. *Dalechamp.*

(302) *Plutarchus* in vita Alexandri Tom I. Opp. pag. 688. A.

στίωνος, ὥσπερ εἰώθει, λυθεῖσαν ἐπιστολὴν αὐτῷ συναναγινώσκοντος, οὐκ ἐκώλυσεν, ἀλλὰ τὸν δακτύλιον ἀφελόμενος τὸν αὐτοῦ προσέθηκεν τῷ ἐκείνου στόματι τὴν σφραγίδα. (303)

CXVIII.

Ὁ βασιλεὺς (304) Φίλιππος ἤρα Θεσσαλῆς γυναικὸς, αἰτίαν ἐχούσης καταφαρμακεύειν αὐτόν. Ἐσπούδασε οὖν ἡ Ὀλυμπιὰς λαβεῖν τὴν ἄνθρωπον ὑποχείριον. ὡς δὲ εἰς ὄψιν ἐλθοῦσα, τό, τε εἶδος εὐπρεπὴς ἐφάνη, καὶ διελέχθη πρὸς αὐτὴν οὐκ ἀγεννῶς οὐδὲ ἀσυνέτως· χαιρέτωσαν (εἶπεν ἡ Ὀλυμπιὰς) αἱ διαβολαί· σὺ γὰρ ἐν σεαυτῇ τὰ φάρμακα ἔχεις. Ἄμαχον οὖν τι γίνεται πρᾶγμα γαμετὴ γυνὴ καὶ νόμιμος, ἂν ἐν αὐτῇ πάντα θεμένη, καὶ προῖκα καὶ γένος καὶ φάρμακα καὶ τὸν κεστὸν αὐτὸν, ἤθει καὶ ἀρετῇ κατεργάζηται τὴν εὔνοιαν. Πάλιν ἡ Ὀλυμπιὰς, αὐλικοῦ τινος νεανίσκου γήμαντος εὐπρεπῆ γυναῖκα κακῶς ἀκούουσαν· οὗτος, εἶπεν, οὐκ ἔχει λογισμόν· οὐ γὰρ ἂν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔγημε, δεῖ δὲ μὴ τοῖς ὄμμασι γαμεῖν, μηδὲ τοῖς δακτύλοις· ὥσπερ ἔνιοι ψηφίσαντες, πόσα φέρουσαν λαμβάνουσιν, οὐ κρίναντες, πῶς συμβιωσομένην.

CXIX.

Ἐριουργία, (305) ἐριουργεῖν, ἐριουργεῖον ὁ ἱστὼν, (306) ἐν Ὀλυμπιάδος ἐπιστολῇ. Διὰ τοῦτο δὲ ἀνέχομαι τοῦ ὀνόματος, ὅτι τὸ πρᾶγμα τὸ ἀπ᾽ αὐτοῦ, καὶ τὸ ῥῆμα παρὰ τοῖς κεχρονισμένοις ἐστὶν εἰρημένον. Βέλτιον δὲ ὁ ἱστεών. (307) Πλάτων δὲ εἴρηκεν· ἐν ἐρέῳ ἱματίῳ. (308)

CXX.

(303) Hæc repetit *Plutarchus* in Apophthegmat. Regum Tom. II. Opp. pag. 180 D.

(304) *Plutarchus* in Conjug. præceptis Tom. II. Opp. pag. 141. B.

(305) *Julius Pollux* lib. VII. cap. 9. segm. 28.

(306) Antea leg. ὀιςῶν, sed & mox reponendum ὁ ἱςὼν vel ἱςεὼν. *Casaub.* in *Athen.* lib. XIV. cap. 22. *Seberus.*

(307) Bene emendasse & recte *Casaubonum* nostrum ut et mox ὁ ἱςεὼν, potest tibi indicio esse optimus MS. Pal. qui ut retuli, ibi ὁ ἱςῶν habet hic ὁ ἱςίων. ibi idem vir nunquam sine laude loquendus de *Olympiadis* epistolis ad filium. Erroris origo jam deprehensu facilis, quo ibi ὀϊςῶν ante scribatur, & adhuc altero loco ὀϊςέυων· quod nimirum illud primum ἱῶτα in MSto sæpius solet duplici puncto notari, sine alio accentu; unde deinde articulus cum voce ipsa confusus fuit. Sic mox in MS. est ἐρέων ἱματίων, pari scriptura. Si *Platonis* locus mihi in promptu modo, quem *Pollux* respexit, lectio vulgatorum ἐν ἐρέῳ ἱματίῳ verior fit. Est autem hic in *Cratylo* fere initio: ἐκεῖν ἐπειδὰν δέῃ λεπτῷ ἱματίῳ, ἢ παχεῖ, ἢ λί-

νῳ,

ſueverat) ſolutam epiſtolam ſecum legenti non vetuit, verum detracto digito annulo ſigillum ori illius admovit.

CXVIII.

Rex *Philippus* deperibat *Theſſalicam* quandam mulierem, quæ veneficio eum circumveniſſe dicebatur. Operam dedit *Olympias*, ut eam in ſuam redigeret poteſtatem. Cum in conſpectum ea reginæ veniſſet, neque forma tantum videretur egregia, ſed & collocuta eſſet neque abjecte neque imprudenter: Faceſſant, inquit *Olympias*, calumniæ: tibi tua in te ipſa ſunt repoſita veneficia. Itidem eam benevolentiam mariti nulla res poteſt obolere, quam uxor moribus & virtute ſibi paraverit, dotem, genus, medicamenta, ipſumque adeo Veneris ceſtum in ſeſe ipſa collocans. Rurſum *Olympias*, cum aulicus quidam adoleſcens formoſam, ſed male audientem duxiſſet uxorem: Hic, inquit, ſi ratione eſſet præditus, nunquam profecto oculis matrimonium coïviſſet. Enimvero non oculis, non digitis iſta res agenda eſt, quod faciunt nonnulli dotem ſupputantes ſponſæ, non explorantes, qualis in convictu ſit futura.

CXIX.

Lanificium, lanificare & opificium telarum in *Olympiadis* epiſtola, & ideo hoc nomen recipio, quod rei vocabulum ab hoc deductum, tum verbum quoque apud antiquiſſimos auctores licet invenire. Melius vero dicitur texens. Plato vero dixit: in indumento laneo.

CXX.

νῳ, ἢ ἐείῳ, ἢ ὁποιῳοῦν τινι κερκίδα ποιεῖν, ubi forte itaque ſcribendum λινῷ ἢ ἐρέῳ· ἐσθῆτα ἐρέαν etiam in Politico *Platonis* legiſſe memini non ſemel. *Jungermannus.*

Pro ἀϊστεύων ὁ ἱστῶν repoſui in textu, & correxerat ita quoque in ſuo codice Clar. *Kuhnius.* Hemſterhuis.

(308) MS. ἐρέων ἱματίων, nulla *Platonis* mentione. *Seberus.*

Pro ἐρέῳ *Falkenburgius* in ſuo Codice emendavit ἐείῳ ſine omni dubio reſpiciens ad locum *Platonis* in Cratylo pag. ed. Baſil. 49. ubi *Socrates* ait: ἐχῦν ἐπειδὰν δέῃ &c. (vid. not. 307.) Verum ἐρέῳ, uti *Pollux* habet, legitur in ejus Politico pag. 125. ἐρέω περιβλήματος ἐργαστικὴν &c. & paulo infra: ἐὰν ἄρ᾽ αὐτὴν τῶν ἐπιμελειῶν, ὁπόσαι περὶ τὴν ἐρέαν ἐσθῆτα, εἰς τὴν καλλίστην καὶ μεγίστην πασῶν τιθῶμεν. Conſiderent ergo Critici, an forte & in priori loco *Platonis* ἐρέῳ potius quam ἐείῳ ſit legendum. *Hemſterhuis.*

CXX.

Τὴν (309) τοιαύτην (τῶν κατ᾽ οἰκίαν χρησίμων) κατασκευὴν ἐνδομενίαν (310) οἱ πολλοὶ καλοῦσιν· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαινῶ (311) τοὔνομα· μηνύω δὲ, ὅστις εἰπὼν (312) αὐτῷ ἀπολογεῖσθαι βούλοιτο, ὡς ἔστιν ἔν τινι βιβλίῳ, ὅτι ἐν Ὀλυμπιάδος ἀπογραφῇ, τῇ κατ᾽ ὄνομα (313) περὶ τῶν φαμένων ἀφῃρεῖσθαι (314) τὰς δόσεις, οὕτως ἐγγέγραπται.

CXXI.

Ἀλέξανδρος, [315] ὅτι τῷ γένει πρὸς πατρὸς μὲν ἦν Ἡρακλείδης ἀπὸ Καράνου, πρὸς

(309) *Pollux* lib. X. cap. I. segm. 12.

(310) Quæ mox apud *Pollucem* παγκλησία· *Hesychius*: ἐνδομενία, κλῆσις. *Seberus.*

C. V. εὐδομενίαν, leg. ἐνδομενίαν. *Sosipater*: ἡ ἐνδομενεία supellex. *Cyrilli* Gl. ἐνδομενίαι, hæc supellex. *Philox.* Gl. ἐνδομένεια supellex. *Hesychius*: ἐνδομενία. *Phrynichus* in Eclogis: Ἐνδομενία ἀμαθῶς, δέον διττῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξι, σκεύη κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα. *Suidas*: Ἐνδυομενία· τὴν μὲν ἐνδυομενίαν ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξήρπασαν ἔπιπλα. *Æmilius Portus*: *totam quidem Endiomeniam vastarunt, & supellectilem ex ædibus eripuerunt*; aliam sine dubio dedisset versionem, si annotasset locum à *Suida* laudatum exstare apud *Polybium* lib. IV. cap. 72. ubi agitur de expugnatione *Psophidis* urbis Arcadicæ, & ἐνδυμενίαν exstat; in *Suida* vero in unum coaluisse videntur duæ lectiones ἐνδομενία & ἐνδυμενία, ita ut cum ille scripsisset ἐνδυμενία, alius nescio quis ο superscripserit, quod deinde, ut fieri amat, in textum venit, peperitque nobis ἐνδυομενία. Deinde in *Suida* interpungendum post ἐξήρπασαν, ut ἔπιπλα sit *Suidæ* interpretamentum vocabuli ἐνδυμενία. Omissa interpunctio non soli Porto fraudi fuit, verum etiam effecit, ut apud *Phavorinum* quoque καὶ ante ἔπιπλα insereretur. vid. *Fragmenta Polybiana à Celeb. Gronovio* collecta; recurrit ἐνδυμενία in *Polyb.* lib. V. cap. 81. ubi vestitus pro diversis nationibus diversus dicitur ποικίλη ἐνδυμενία. Innuit *Pollux* τῷ πολλοὶ, esse vocabulum vulgi Macedonibus inprimis usurpatum, non tantum de re vestiaria, sed etiam in genere de quovis domestico instrumento. vid. *Thomam* in Eclogis voce ἔπιπλα, *Balsamonem* & alios. *Kuhn.*

MS. ἐνδομενίαν, ut & mox: sic sane & *Hesychius*: Ἐνδομενία, κλίσις ἢ ἀποσκευή· ubi certe legendum κλῆσις· alterum ἀποσκευὴ minus antiquum in hac significatione dicebat *Pollux* segm. 11. Pariter reprehendit *Phrynichus* hoc vocabulum: ἐνδομενία, ait, ἀμαθῶς· δέον διττῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξι, σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα, ita enim profecto legendum, non ἐνδυμενία, ut edidit *Nunnesius*, quem locum nec recte in interpretatione cepisse videtur, nec legisse *Pollucis* nostri ista, quæ clara sunt, dum in notis suis de ἐνδυομενίᾳ, è *Suida*, è *Phavorino* & ἐνδυμενίᾳ è *Polybio* nescio quid nos doceat: nam & apud *Suidam* ἐνδομενία legendum puto, vel ipsum *Suidam* castigandum, qui scribit: Ἐνδομενία· τὴν μὲν ἐνδυομενίαν, ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξήρπασαν· τὰ ἔπιπλα. *Pollucis*, *Hesychii* & *Phrynichi* jam auctoritas apud me potior ἐνδομενίαν scribentium. *Jungermannus.*

Mutaverat accentum saltim in suo codice doctiss. *Kuhnius*; nos quibus animus est MSS. eorumque auctoritati, si qua valere potest, obsequi, ἐνδομενίαν in textu reposuimus, illa nimirum crebrior est atque receptior scriptura, quamvis re ipsa non intersit, utram potius habere exoptes; nam quidem de affinitate ε & ει ad superiorem librum rem multis exemplis perdocui. In *Benedicti Glossis* titulus est περὶ ἐνδομενίας, de *supellectile*; sic & in *Philoxeno*, qui aliter etiam explicuit: Ἐνδομενίαι, *hæc laucia*. Cum vero sic usam *Olympiadem* esse hoc vocabulo significet *Pollux*, originem ejus esse Macedonicam affirmare non vereor, unde tandem ad alios etiam dimanavit; observarunt è *Polybio* eruditi viri, quem è pluribus dialectis sublectas voces in sua transtulisse scripta constat; cum vero diutissime sorduisset id nomen, ævi recentioris

CXX.

Hujusmodi [domesticorum vasculorum] supellectilem ἐνδομένειαν multi vocitant: mihi vero nomen hoc non probatur, indico tamen, si quis forte utens defendere velit, erit in libello quodam, quod in *Olympiadis* actis de condemnatorum auferendis muneribus sic scriptum sit.

CXXI.

Alexander ex gente Herculis per *Caranum*, & genere materno *Æacidem* per *Neo-*

tioris scriptores illud arripuere, prout quævis apud antiquos insolita sine consilio sæpius atque ratione usurparunt; reperies inter alios in Typico *Irenes Augustæ* cap. 28. ubi tamen exstat exaratum vitiose ἐνδυμενία. Omne vero domesticum instrumentum, siquidem JCti supellectilem definiunt, ἐνδομενίαν appellatam arbitreris, quæ scilicet est ἐν δόμῳ,* quem Macedones δόμενον dixisse conjecto, ut itaque frigidum sit atque futile *Guieti* illud ἀπὸ τοῦ ἔνδον μένειν & vide, si quid momenti atque ponderis adferant hæc *Hesychiana*, quæ simul emendare conabimur: 'Ενδομαρία ἡ κλίσις, ἡ παροιμία. Ενδομενία primo loco scribo, & illam literarum mutationem accidere potuisse facillime, sit quidem in promtu docere, si sic res postularet: sed illius quidem operæ vacivum hoc temporis habeamus; altero loco κλῆσις emendandum, quod & eruditis observatum; denique vero παροικία legi debere pro παροιμία Illustr. *Scaligero* consentio, ubi habes igitur similitudinem παροικίας & ἐνδομενίας, ut δόμενος in ἐνδομενία fuerit idem, quod οἶκος in παροικία. Sed hinc discedere juvat, atque rem omnem docti lectoris arbitrio permittere. *Hemsterhuis.*

(311) MS. ἐπαινῶ μὲ &c. quæ certe sensum optimum habent, & in locum vulgatorum, quod forte nemo clare capit, restituenda judico, ait: *Ego vero ut non laudo id nomen, ita indico tamen, si quis dicens id defendere velit, esse illud in quodam libro. Jungermannus.*

(312) *Vulgati:* ὅτι πρεσβυγὼν, C. A. ὅσις εἰπὼν αὐτῷ, leg. ὅσις εἰπὼν αὐτὸ, *indico vero, si quis id dixerit, seque defendere voluerit,* ὡς ἐστιν ἔν τινι βιβλίῳ, *quod extet in libro aliquo:* ἔτι ἐν 'Ολυμπιάδος ἀπογραφῇ τῇ κατ' ὄνομα, ita in specimine lectum nobis est consentiente C. V. *quod in Olympiadis designatione nominetenus facta de iis, qui se donis dixerunt defraudatos, ita scriptum sit:* potest locus accipi de libello quodam, in quo citentur nomina eorum, qui donis ab *Alexandro* decretis in Macedonia per *Antipatrum* caruerunt, eumque editum esse *Olympiadis* opera, ut ægre faceret adversario suo *Antipatro*, vel de alia ludi alicujus Olympici descriptione, qua continentur nomina eorum, qui se iniquitate judicum victoriæ præmiis excidisse conquesti sunt. *Kuhn.*

Mireris, qui potuerint in talia scriptionis vitia incidere librarii, ut vulgatam dederint ineptissimam, pro elegantiori altera atque vera, quam, *Kuhnio* favente, textui redonavimus; non alii rei, quam mendis atque maculis progignundis hominum id genus natum existimes; fuit ante nos: μηνύω δὲ ὅτι πρεσβυγὼν αὐτὸν ἀπ. β. ἔσαι ἐν &c. τὴν κατ' ὄν. Istius autem libelli auctorem fuisse matrem *Alexandri Olympiadem*, in dubium non voco: ejus enim antiqui *Grammatici* præter epistolas & alia laudarunt scripta: qua tamen de re egerit, non mihi ex titulo satis liquidum est, ut audeam certi quid affirmare. *Hemsterhuis.*


(313) MS. ἀπογραφῇ τῇ κατὰ ὄνομα &c. & τῇ pro vulgato τὴν emendandum videtur. *Jungerm.*

(314) MS. ἀφῃρῆσθαι. *Idem.*

(315) *Plutarchus* in vita Alexandri M. Tom. I. Opp. pag. 665. B.

πρὸς δὲ μητρὸς, Ἀιακίδης ἀπὸ Νεοπτολέμε, τῶν πάνυ πεπιστευμένων ἐστίν. Λέγεται δὲ Φίλιππος, ἐν Σαμοθράκῃ τῇ Ὀλυμπιάδι συμμυηθεὶς, αὐτός τε μειράκιον ὢν ἔτι, κἀκείνης παιδὸς ὀρφανῆς γονέων ἐρασθῆναι, καὶ τὸν γάμον ὅυτως ἁρμόσαι, πείσας τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς Ἀρύμβαν.[316] Ἡ μὲν ὄυν νύμφη, πρὸ τῆς νυκτὸς, ᾗ συνείρχθησαν εἰς τὸν θάλαμον, ἔδοξε βροντῆς γενομένης ἐμπεσεῖν αὐτῆς τῇ γαστρὶ κεραυνόν· ἐκ δὲ τῆς πληγῆς, πολὺ πῦρ ἀναφθὲν, ἔιτα ῥηγνύμενον, εἰς φλόγας πάντη φερομένας, διαλυθῆναι. Ὁ δὲ Φίλιππος ὑστέρῳ χρόνῳ μετὰ τὸν γάμον, ἔιδεν ὄναρ αὐτὸν ἐπιβάλλοντα σφραγῖδα τῇ γαστρὶ τῆς γυναικός· ἡ δὲ γλυφὴ τῆς σφραγῖδος, ὡς ᾤετο, λέοντος ἔιχεν εἰκόνα. Τῶν δὲ ἄλλων μάντεων ὑφορωμένων τὴν ὄψιν, ὡς ἀκριβεστέρας φυλακῆς δεομένῳ τῷ Φιλίππῳ τῶν περὶ τὸν γάμον, Ἀρίστανδρος ὁ Τελμησεὺς[317] κύειν ἔφη τὴν ἄνθρωπον, (ὀυδὲν γὰρ ἀποσφραγίζεσθαι τῶν κενῶν,) καὶ


(316) *Xilander* vertit: à *patruo ejus Arybba*, & annotat Ἀρύββαν. *Arymbam* vocavit *Justinus* lib. VII. & *Diodorus Siculus* lib. XVI. Existimo autem pro ἀδελφὸν αὐτῆς legendum esse ἀδελφὸν τῆ πατρὸς αὐτῆς. Fuit enim frater *Neoptolemi Arybbas*, & tutor *Olympiadis* fratris filiæ. Quod ad genus *Alexandri M.* maternum attinet, id ex *Pyrrhi* à nobis proposita genealogia, qui & ipse *Achillis* fuit ἀπόγονος, intelligi facile potest. Quod ad paternum, *Caranus* rem obscuriorem aliquanto facit. Auctor noster non obscure innuit, eum *Heraclidam*, id est de posteritate Herculis fuisse, sed rationem stirpis non explicat. *Livius* lib. XLV. Vigesimum (inquit) à *Carano*, qui primus Macedonibus regnavit, Persea numerabant. *Solinus* cap. 15. sui Polyhistoris, *Macedoni Caranum* ducem Peloponnesiacæ multitudinis in tenenda Macedonia successisse, *Carani*que successorem *Perdiccam* primum regem Macedoniæ nominatum scribit. Prope idem est apud *Justinum* lib. VII. Quin & *Suidas*, quocunque id ex Scriptore annotavit, *Caranum* exercitum ex Graecia in Macedoniam, magni tum nominis regionem, adduxisse, in eaque regnum obtinuisse & successionem à se reliquisse usque ad *Philippum Alexandri* M. patrem. Apparet autem ad *Temenum* Heraclidam genus regum Macedoniae referendum esse, ex *Herodoto* maxime, qui etsi de *Carano* nihil refert, *Perdiccam* tamen hunc diserte *Temeni* stirpe prognatum ait, ubi quomodo is potitus sit Macedoniae regno, ostendit ad finem fere Vraniae. *Temenus* porro filius fuit *Aristomachi*, nepos *Cleodemi*, *Lycophronis* interpres *Cleodotum*, *Pindari* in 7. Odam Isthmiorum *Cleadam* vocat, (fortassis mendose,) qui patrem habuit *Hyllum*, *Herculis* F. Ex *Pausania* & *Tzetza* haec genealogia describi potest:



Jam successionem regum Macedoniæ hic proponere supersedeo, quæ extat apud *Herodotum*, *Solinum*, *Justinum* & *Diodorum Siculum* ac chronographos. Ultimam partem apposuisse sufficit, & in gratiam philologi Lectoris obiter explicare:

AMYN-

Neoptolemum fuiſſe pro certo creditur. Fama eſt in Samothrace initiatum cum *Olympiade Philippum*, quum eſſet ipſe tum adoleſcens, illam item puellam parentibus orbam amaſſe, atque inde parata fratris voluntate Arymbæ nuptias coiſſe. Sponſæ, ante noctem qua thoro geniali juncti fuere, viſus eſt Jove tonante venter ſuus de coelo tangi, atque ex ictu largum ignem ſuccenſum, qui mox erumpens in flammas paſſim diſperſas diſſiparetur. *Philippus* ſpatio aliquo poſt nuptias, vidit in ſomnis uxoris ſe ventrem conſignare. Habebat ſigilli ſculptura, (ut viſa ei eſt,) imaginem leonis. Eam viſionem vatibus interpretantibus ceteris, *Philippo* cuſtodiis acrioribus ſepiendam conjugem, *Ariſtander* Telmeſius uterum illam ait ferre, (nihil enim, quod inane ſit, ſignari,) ac



Juſtinus Ptolemæum inter filios *Amyntæ* non retulit, idemque etiam aliam ejus ex *Sygæa (Cygea* puto) prolem refert. Nos *Diodorum* ſequimur, qui lib. XV. ad annum 1. Olympiadis CIII. à *Ptolomæo* Alorita occiſum fratrem *Alexandrum* ſcribit, & meminit in Pelopida *Plutarchus*, filium quoque illius *Philoxenum* referens. Ptolemæum interfecit *Perdicca*, eique ſucceſſit. Vide porro initium libri XVI. *Cleopatra Alexandri M.* ſoror nupta eſt Alexandro avunculo ſuo, ut ſcribit eodem libro *Diodorus* & lib. IX. *Juſtinus*, meminitque *Livius* lib. VIII. Habuit autem *Philippus* præter *Olympiadem*, alias quoque multas uxores, quas referre non eſt operæ pretium. Legatur *Athenæi Δειπνοσοφ.* libri XIII. initium. Ex Lariſſæa quidem ſaltatrice nomine *Philinna Aridæum* filium, (duobus ρ Ἀῤῥιδαῖος ſcribitur apud *Diodorum* & *Plutarchum* in fine Alexandri,) ſuſtulit, qui cum Macedoniæ rex ſecundum Alexandri mortem per ſex annos fuiſſet, juſſu *Olympiadis* una cum uxore *Eurydica* eſt necatus à Macedonibus. *Juſtinus* lib. XIV. alii. Duxit etiam *Cleopatram*, Hippoſtrati filiam & ſororis *Attali*, ut ex *Athenæo* & *Diodoro* patet; quanquam ſoror *Attali* apud *Juſtinum* lib. IX. dicatur, codicum opinor mendo. His nuptiis maxime offenſam *Olympiadem* & filium ejus conſtat. *Alexander* quoque uxores habuit plures; ut *Barſinam Artabazi* filiam, ex qua natus *Hercules*, quem *Caſſander* necavit, annos natum XIV; ut *Statiram Darii* filiam, quam fraude *Roxanes* necatam *Plutarchus* oſtendit; ut *Roxanen Oxyartæ* Bactrianorum regis filiam, quæ poſt una cum filio eſt à *Caſſandro* necata ex *Curtio, Diodoro, Juſtino*. Xylander & Cruſerius.

Ed. Fl. Ἀρύββαν habet, *Juſtini* Codices optimi *Arymbam*, ut & *Diodorus Sic.* lib. XVI. notante *Xylandro*, qui etiam pro ἀδελφὸν αὐτῆς, ἀδελφὸν τῦ πατρὸς αὐτῆς legendum eſſe exiſtimat. *Bryanus.*

(317) Nominatur paſſim in hac vita; eo enim potiſſimum vate utebatur *Alexander*. Patria ſolo hoc in loco additur. Sed Τελμισσεὺς ſcribendum eſt, uti recte apud *Arrianum* legitur pag. 30, 72 & 76. Erat enim ex urbe Lyciæ oriundus, cujus nomen Τελμισσὸς ſcribi oportere multis argumentis probat *Cellarius*, apud quem *Herodoti* & *Ciceronis* loca habes, unde conſtat, *Haruſpicum diſciplinam* ibi maxime floruiſſe. In *Luciani* notho Philopatr. Τελμισσεὺς etiam appellatur *Ariſtander*. Bryanus.

V 3

καὶ κύειν παῖδα θυμοειδῆ καὶ λεοντώδη τὴν φύσιν. Ὤφθη δὲ ποτὲ καὶ δράκων, κοιμωμένης τῆς Ὀλυμπιάδος, παρεκτεταμένος τῷ σώματι. Καὶ τοῦτο μάλιστα τοῦ Φιλίππου τὸν ἔρωτα καὶ τὰς φιλοφροσύνας [318] ἀμαυρῶσαι λέγουσιν, ὡς μηδὲ φοιτᾶν ἔτι πολλάκις παρ' αὐτὴν ἀναπαυσόμενον· εἴτε δείσαντά τινας μαγείας ἐπ' αὐτῷ καὶ φάρμακα τῆς γυναικὸς, εἴτε τὴν ὁμιλίαν, ὡς κρείττονι συνούσῃ, ἀφοσιούμενον. Ἕτερος δὲ περὶ τούτων ἐστὶ λόγος, ὡς πᾶσαι μὲν αἱ τῇδε γυναῖκες [319] ἔνοχοι τοῖς Ὀρφικοῖς οὖσαι καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς ἐκ τοῦ πάνυ παλαιοῦ, Κλώδωνές τε καὶ Μιμαλλόνες ἐπωνυμίαν ἔχουσαι, πολλὰ ταῖς Ἠδωνίσιν καὶ ταῖς περὶ τὸν Αἷμον Θρήσσαις ὅμοια δρῶσιν· ἀφ' ὧν δοκεῖ καὶ τὸ θρησκεύειν ὄνομα ταῖς κατακόροις γενέσθαι καὶ περιέργοις ἱερουργίαις. Ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς μᾶλλον ἑτέρων ζηλώσασα τὰς κατοχὰς, καὶ τοὺς ἐνθουσιασμοὺς ἐξάγουσα βαρβαρικώτερον, ὄφεις μεγάλους χειροήθεις ἐφείλκετο τοῖς θιάσοις, οἱ πολλάκις ἐκ τοῦ κιττοῦ καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων παραναδυόμενοι καὶ περιελιττόμενοι τοῖς θύρσοις τῶν γυναικῶν καὶ τοῖς στεφάνοις ἐξέπληττον τοὺς ἄνδρας. Οὐ μὴν ἀλλὰ Φιλίππῳ μὲν μετὰ τὸ φάσμα πέμψαντι Χαίρωνα τὸν Μεγαλοπολίτην εἰς Δελφοὺς, χρησμὸν κομισθῆναι λέγουσιν παρὰ τοῦ Θεοῦ, κελεύοντος Ἄμμωνι θύειν, σέβεσθαι μάλιστα τοῦτον τὸν Θεόν· ἀποβαλεῖν δὲ τῶν ὄψεων αὐτὸν τὴν ἑτέραν, ἣν τῷ τῆς θύρας ἁρμῷ προσβαλὼν, κατώπτευσεν ἐν μορφῇ δράκοντος συνευναζόμενον τῇ γυναικὶ τὸν Θεόν. Ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς, ὡς Ἐρατοσθένης φησὶ, προπέμπουσα τὸν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν στρατείαν, καὶ φράσασα μόνῳ τὸ περὶ τὴν τέκνωσιν ἀπόρρητον, ἐκέλευεν ἄξια φρονεῖν τῆς γενέσεως. Ἕτεροι δέ φασιν αὐτὴν ἀφοσιοῦσθαι καὶ λέγειν· οὐ παύσεταί με διαβάλλων Ἀλέξανδρος πρὸς τὴν Ἥραν. [320]

CXXII.

(318) Legitur etiam τὴν φιλοφροσύνην. sed plurali utitur & alibi *Plutarchus* ut pag. 1226. ἀλλ' αἱ φιλοφροσύναι τὸ σφοδρὸν ἐκεῖνο καὶ στερκτικὸν οὐκ ἔχουσαι. *H. Stephanus.*

(319) Quæ? Molossiæne, unde fuit *Olympias*, an Macedoniæ? Posterius probo, ob vicinitatem etiam cum Thracia. Cæterum Κλώδωνας legendum hic esse, non, (ut in *Guarini* versione est, forte tamen librarii errore,) *Dodonas*, testantur Græci etiam lexicographi, *Hesychius* & *Varinus*; apparuitque dictas παρὰ τὸ κλώζειν, unde est etiam κλωγμὸς & similia. Edonides autem dicuntur Thressæ seu Thraciæ mulieres, ut Edoni Thraces apud Latinos poëtas præsertim & Græcos. Theocritus Θαλυσίοις, εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι. *Virgilius XII.* Æneid.

Ac velut Edoni Boreæ quum spiritus alto
Insonat Ægæo.

Vid. *Plinium* lib. IV. cap. 11. παραναδύεσθαι autem *prorepere*, non *illabi*, ut male *Guarinus* vertit, & sic in Græco lexico, (in quod multa sunt talia ex malis Graecorum auctorum interpretationibus consarcinata, ut opus nimirum cresceret, etiam invita Minerva)

ac concepiſſe eam infantem animoſum & natura leonina. Viſus eſt draco etiam ad dormientis Olympiadis corpus exporrectus: idque praecipue *Philippi* erga eam amorem & familiarem conſuetudinem ajunt extenuaſſe, ut raro cubitum ad illam commearet, quod vel timeret faſcinationes ejus & veneficia, vel conſuetudinem ejus, ut quae conſueſceret cum numine quopiam, devitaret. Alii aliter de his memorant, nempe omnes illius regionis foeminas Orphicis & Liberi patris ſacris antiquitus contactas, Clodonasque & Mimallonas cognomento dictas, multa Edonidibus ac Threſſis Æmum accolentibus agere conſimilia. Unde θρησκεύειν dictio tributa eſt immodicis & ſuperſtitioſis ſacrificiis· *Olympias* autem prae caeteris motum lymphaticum aemulans, & fanaticum peragens ritum horridiore ſpectaculo, ſerpentes manſuefactos trahebat thiaſis ingentes, qui ex hedera ſubinde & myſticis cunis obiter prorepentes, thyrſosque & coronas circumjecti pelliccbant viros. Verum *Philippo*, qui poſt eam ſpeciem Megalopolitanum *Chaeronem* Delphos miſit, ſortes referunt fuiſſe ab *Apolline* allatas, jubente, ut *Ammoni* ſacrificaret, atque hunc Deum coleret inprimis: amiſiſſe vero eum alterum oculum, quem rimae oſtii admovens, Deum conſpexit ſerpentis figura cum uxore ſua concubitantem. *Olympias* autem, (ut *Eratoſthenes* auctor eſt,) quum euntem ad bellum proſequeretur Alexandrum, arcanum ortum ejus ſoli detexit, hortata, ut pro natalibus gereret animos. Alii hoc illam ajunt abominatam dixiſſe: Non deſinet *Alexander* in crimen me apud *Junonem* vocare.

CXXII.

nerva.) exponitur, quod vel praepoſitio ἐκ cum genitivo addita eos monuiſſet. Jam λίκνον hoc ſaltem loco inepte ventilabrum vertitur. Quid enim Bacchis cum ventilabro? Cunas quidem hoc vocabulo ſignificari non Lexica modo indicant, ſed & *Homerus* ſic uſus eſt in hymno in Mercurium: :

Ὃς καὶ ἐπειδὴ μητρὸς ἀπ᾽ ἀθανάτων θορε γυίων
Οὐκέτι δηρὸν ἔκειτο μένων ἱερῷ ἐνὶ λίκνῳ.

Et neſcio ex quo ſcriptore *Tzetzes* in *Lycophronem* de *Tithono*: Γηράσαντα τοσοῦτον ὡς καὶ ἐν ταρτάλῳ καὶ λίκνῳ αὐτὸν περιστρεφόμενον δίκην βρεφυλλίων νεοσσῶν θεύδων. Et quia inde λικνίτης dicebatur *Bacchus*, ut teſtantur λεξικογράφοι Graeci, probabile eſt de cunis mentionem fieri. Id ſi cui minus probabitur, calathum vel ciſtam, in quibus res ad ſacrificia pertinentes geſtarentur, interpretetur. Nam & *Theocritus* in Bacchis ita:

Ἱερὰ δ᾽ ἐκ κίστας πεποναμένα χερσὶν ἑλοῖσαι

Infra etiam in Phocione μυστικαὶ κοῖται nominantur. *Xylander* & *Cruſerius*.

(320) Malim haec interrogative legere, ponendo inter-

CXXII.

Καὶ [321] μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὅμοια ἐλέγοντο, δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ καὶ βλέπεσθαι ἐν τῇ εὐνῇ· εἶτα οὕτω σε (Ἀλέξανδρον) τεχθῆναι· τὸν δὲ Φίλιππον ἐξαπατῆσθαι οἰόμενον πατέρα σου εἶναι.

CXXIII.

Ἐνταῦθα [322] (ἐν Πελλαίᾳ) ἰδόντες δράκοντας παμμεγέθεις ἡμέρους πάνυ καὶ τιθασσοὺς, ὡς καὶ ὑπὸ γυναικῶν τρέφεσθαι, καὶ παιδίοις συγκαθεύδειν, καὶ πατουμένους ἀνέχεσθαι, καὶ θλιβομένους μὴ ἀγανακτεῖν, καὶ γάλα πίνειν ἀπὸ θηλῆς κατὰ ταυτὰ τοῖς βρέφεσι· πολλοὶ δὲ γίνονται τοιοῦτοι παρ' αὐτοῖς, (ὅθεν καὶ τὸν περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος μῦθον διαφοιτῆσαι πάλαι εἰκὸς, ὁπότε ἐκύει τὸν Ἀλέξανδρον, δράκοντός τινος οἶμαι τοιούτου συγκαθεύδοντος αὐτῇ,) ὠνοῦνται τῶν ἑρπετῶν ἓν τὸ κάλλιστον, ὀλίγων ὀβολῶν.

CXXIV.

Αἱ [323] περὶ τὴν οἰκίαν (τοῦ Φιλίππου) ταραχαὶ διὰ τοὺς γάμους καὶ τοὺς ἔρωτας αὐτοῦ, τρόπον τινὰ τῆς βασιλείας τῇ γυναικωνίτιδι συννοσούσης, πολλὰς αἰτίας καὶ μεγάλας διαφορὰς παρεῖχον· ἃς ἡ τῆς Ὀλυμπιάδος χαλεπότης, δυσζήλου καὶ βαρυθύμου γυναικὸς, ἔτι μείζονας ἐποίει, παροξυνούσης τὸν Ἀλέξανδρον. Ἐκφανεστάτην δὲ Ἄτταλος παρέσχεν ἐν τοῖς Κλεοπάτρας γάμοις, ἣν ὁ Φίλιππος ἠγάγετο παρθένον, ἐρασθεὶς παρ' ἡλικίαν τῆς κόρης. Θεῖος γὰρ ὢν αὐτῆς ὁ Ἄτταλος, ἐν τῷ πότῳ μεθύων, παρεκάλει τοὺς Μακεδόνας, αἰτεῖσθαι παρὰ θεῶν γνήσιον ἐκ Φιλίππου καὶ Κλεοπάτρας γενέσθαι διάδοχον τῆς βασιλείας. Ἐπὶ τούτῳ παροξυνθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ εἰπὼν, ἡμεῖς δέ σοι, κακὴ κεφαλὴ, νόθοι δοκοῦμεν; ἔβαλε σκύφον ἐπ' αὐτόν· ὁ δὲ Φίλιππος ἐπ' ἐκεῖνον ἐξανέστη, σπασάμενος τὸ ξίφος· εὐτυχίᾳ δὲ ἑκατέρου, διὰ τὸν θυμὸν καὶ τὸν οἶνον ἔπεσεν σφαλείς· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐφυβρίζων, οὗτος μέντοι, εἶπεν, ἄνδρας εἰς Ἀσίαν ἐξ Εὐρώπης παρεσκευάζετο διαβαίνειν, ὃς ἐπὶ κλίνην ἀπὸ κλίνης διαβαίνων ἀνατέτραπται. Μετὰ ταύτην τὴν παροινίαν,

interrogationis notam post accusativum Ἥραν. Unus interpretum mihi assentitur, ita reddens hunc locum: *Nunquamne me Alexander Junoni invisam reddere desinet?* Alter vero citra interrogationem haec legit, ita vertens: *Non desinet Alexander in crimen me apud Junonem vocare.* Nisi forte interrogationis nota incuria typographica praetermissa fuit. *H. Stephanus.*

(321)

CXXII.

Atqui de *Olympiade* ſimilia quædam ferebantur, draconem cum ea conſuetudinem habuiſſe, & in lecto viſum fuiſſe, deinde te (*Alexandrum*) ex hoc concubitu editum in lucem veniſſe; porro deceptum *Philippum*, qui ſe tuum patrem eſſe exiſtimaret.

CXXIII.

Ibi (in urbe *Pellæa*) cum immani magnitudine dracones conſpicerent, cicures ac manſuetos, adeo ut à mulieribus alerentur, & cum pueris cubarent, & ſe conculcari ſuſtinerent, neque ſe premi indigne ferrent, denique infantum more lac è papilla ſugerent, quales apud illos ſunt permulti, (unde veroſimile eſt olim illam de *Olympiade* fabulam increbuiſſe, quando concumbente cum illa hujusmodi puto quopiam dracone, *Alexandrum* conceperat,) unum ex his ſerpentibus, qui eſſet pulcherrimus, paucis obolis emunt.

CXXIII.

At domeſtici ex nuptiis & amoribus ejus (Philippi) fluctus, contacto aliquatenus ſimul gynæcei ægritudine regno, multa jurgia inter eos magnasque invexere diſſenſiones, quas *Olympiadis* acerbitas, ſuſpicioſæ mulieris & triſtis, quod incenderet *Alexandrum*, exaggeravit. Exagitavit maxime eas *Attalus* in nuptiis *Cleopatræ*, quam *Philippus* virginem, amore præter ætatem captus, duxit. Nam quum in convivio Attalus, qui illius fuit avunculus, vino incaluiſſet, hortatus eſt Macedonas, ut expoſcerent à Diis juſtum ex *Philippo* & *Cleopatra* regni ſucceſſorem. Exarſit inde *Alexander*; ac quum dixiſſet, Quid nos tibi, ſcelus, num adulterini videmur? ſcypho eum petiit. In eum *Philippus* ſtricto enſe exſiliit, ſed bona utriuſque fortuna impacto per iram & vinum pede eſt prolapſus. Cui *Alexander* inſultans, Hic vero Macedones, inquit, in Aſiam parabat ex Europa tranſmittere, qui ex lecto in lectum tranſgrediens procidit. Poſt hanc

(321) *Lucianus* in Dialogo Diogenis & Alexandri Tom. I. Opp. pag. 290.

(322) *Lucianus* in Pſeudomanti Tom. I. Opp. pag. 751.

(323) *Plutarchus* in vita *Alexandri* M. Tom. I. Opp. pag. 669. A.

ρωνίαν, ἀναλαβὼν τὴν Ὀλυμπιάδα, καὶ καταστήσας εἰς Ἤπειρον, αὐτὸς ἐν Ἰλλυ- ροῖς [324] διέτριβεν.

CXXV.

Ἐπὶ [325] πάσαις ἔγημε Κλεοπάτραν ἐρασθεὶς, (ὁ Φίλιππος,) τὴν Ἱπποστράτου μὲν ἀδελφὴν, Ἀττάλου δὲ ἀδελφιδῆν, καὶ ταύτην ἐπεισάγων τῇ Ὀλυμπιάδι, ἅπαντα τὸν βίον τὸν ἑαυτοῦ συνέχεεν. Εὐθέως γὰρ ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις ὁ μὲν Ἄτταλος, νῦν μέντοι γνήσιοι ἔφη καὶ οὐ νόθοι βασιλεῖς γεννηθήσονται· καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἀκούσας ἔβαλεν ἣ μετὰ χεῖρας εἶχεν κύλικι τὸν Ἄτταλον· ἔπειτα κἀκεῖνος αὐτὸν τῷ ποτηρίῳ. Καὶ μετὰ ταῦτα Ὀλυμπιὰς μὲν εἰς Μολοττοὺς ἔφυγεν, Ἀλέξανδρος δ' εἰς Ἰλλυριούς· καὶ ἡ Κλεοπάτρα δὲ ἐγέννησε τῷ Φιλίππῳ θυγατέρα τὴν κληθεῖσαν Εὐρώπην.

CXXVI.

Ἐπεὶ [326] Παυσανίας Ἀττάλου γνώμῃ καὶ Κλεοπάτρας ὑβρισθεὶς, καὶ μὴ τυχὼν δίκης, ἀνεῖλε Φίλιππον, τὸ μὲν πλεῖστον εἰς Ὀλυμπιάδα τῆς αἰτίας περιῆλθεν, ὡς θυμουμένῳ τῷ νεανίσκῳ προσεγκελευσαμένην καὶ παροξύνασαν· ἥψατο δέ τις καὶ Ἀλεξάνδρου διαβολή· λέγεται γὰρ ἐντυχόντος αὐτῷ τοῦ Παυσανίου μετὰ τὴν ὕβριν ἐκείνην, καὶ ἀποδυρομένου, προσενέγκασθαι τὸ τῆς Μηδείας [327] ἰαμβεῖον·

Τὸν δόντα καὶ γήμαντα καὶ γαμουμένην.

CXXVII.

Λόγος [328] τις οὗτος [329] ἐφοίτα ἀφανὴς παρὰ τοῖς τὰ βασιλικὰ πράγματα, ὅσῳ ἐπικρύπτεται, τοσῷδε φιλοτιμότερον ἐξηγουμένοις, καὶ τὸ πιστὸν ἐς τὸ χεῖρον μᾶλλον (ᾗ τὸ εἰκός τε [330] καὶ ἡ αὐτῶν μοχθηρία ἄγει) ἢ πρὸς τὸ ἀλη-

(324) Scribe Ἰλλυριοῖς, ut & in ed. Fl. est, & paulo post in hac ipsa aliisque. Apud *Arrianum* ἐν Ἰλλυριοῖς & ita hic Fl. *Bryanus.*

(325) *Athenæus* lib. XIII. pag. 557. C.

[326] *Plutarchus* in vita Alexandri M. Tom. I. Opp p. 669. B.

[327] Versus ex Medea *Euripidis.* Verba ipsius sunt de *Jasone*, soceroque & uxore novis ejus, *Creonte* & *Glauca* necandis deliberantis. Per δόντα *dantem* ibi focer *Creon*, hic (opinor,) nuptiarum & stupri *Pausaniæ* illati auctor, *Attalus*, tum novus maritus *Philippus* & *Cleopatra* uxor recens *Olympiadi* superinducta intelliguntur. *Xylander* & *Cruserius.*

[328] *Arrianus* Nicom. de Exped. Alexandri lib. VII. cap. 12. pag. 289. sq. ed. Gronov.

[329] Pene necessum est, ut cum Opt. scribas: λόγος δέ τις καὶ οὗτος. *Gronovius.*

[330]

hanc infolentiam abduxit fecum *Olympiada*, quam in Epiro collocavit. Ipfe contulit fe in Illyricum.

CXXV.

E cunctis uxoribus fummopere dilexit *Cleopatram*, Hippoftrati fororem, *Attali* ex fratre neptem, quam poft *Olympiadem* duxerat, & cum ea tranfmifit reliquum ætatis. Quoniam in ipfis ftatim nuptiis *Attalus* dixiffet, tum demum Reges futuros legitimos, non fpurios: quod *Alexander*, quum audiviffet, calicem, qui tum in manibus fuit, impegit *Attalo*, & *Alexandro* poculum viciffim *Attalus*; poft autem ad Moloffos profugit *Olympias*, ad Illyrios *Alexander*. *Cleopatra* autem *Philippo* peperit filiam, quæ vocabatur *Europa*.

CXXVI.

Poftquam *Paufanias* ex *Attali* & *Cleopatræ* confilio ftuprum perpeffus, quod jus fuum exfequi non valuiffet, occidit *Philippum*; maxima pars criminis apud *Olympiada* hæfit, quod flagrantem ira adhortata effet, & ftimulaffet hunc adolefcentem. Neque extitit immunis a calumnia *Alexander*; quippe quum appellaffet eum poft ftuprum fibi illatum *Paufanias*, vicemque fuam doleret, dicitur protuliffe hunc Medeæ Iambum.

Dantemque ducentemque fponfam quoque neca.

CXXVII.

Obfcurus quidam rumor fpargebatur ab iis, qui regum negotia, quo magis occultantur, eo magis evulgare concupifcunt, & id quod verum in illis fidumque eft femper in deteriorem partem potius, quam in faniorem fcelerate inclinant;

[330] Uno verbo fequentia expreffit Interpres: ᾗ τὸ εἰκός τε καὶ ἡ αὐτῶν μοχθηρία ἄγει. In Codice *Gandenfi* videor mihi colligere, (cuncta enim heic obfcura funt,) fcriptum fuiffe, τὸ εἰκαῖόν τε. Quid enim aliud in his: ..I..ION. *Blancardus.*

Ergo debent accurate perfpexiffe codicem *Gandenfem*, quum illic viderentur fibi colligere literas. I.. ION, quæ nunquam illic fcriptae fuerunt, unde & ipfi colligunt εἰκαῖον. Quae vox mirificum hoc loco fenfum & plane fpurium pareret. Immò abundat hic aliquid. Nam fi illud, quo ifti inclinant, eft εἰκὸς, non culpari poteft aliorum μοχθηρία, quae fi locum hic habet, illa vero τὸ εἰκὸς obfcurabit, ut pejus quidquam fupponat. Plane ergo abundat copula καὶ, ut docet liber Optimus. Sed & videtur mihi abundare particula τε & fcripfiffe auctor ᾗ τὸ εἰκὸς ἡ αὐτῶν μοχθηρία ἄγει, *quo verofimile ab ipforum malitia detorquetur*, quum videlicet id ipfum in meliorem ac mitiorem partem accipi & intelligi poffet. *Gronovius.*

ἀληθὲς ἐκτρέπουσιν, ἐξηττώμενον Ἀλέξανδρον ἤδη τῆς μητρὸς τῶν διαβολῶν τῶν εἰς Ἀντίπατρον, ἀπαλλάξαι ἐθέλειν ἐκ Μακεδονίας Ἀντίπατρον· Καὶ τυχὸν οὐκ ἐς ἀτιμίαν τὴν Ἀντιπάτρου ἡ μετάπεμψις αὐτοῦ ἔφερεν, ἀλλ' ὡς μή τι ἐκ τῆς διαφορᾶς αὐτοῖς γένοιτο ἄχαρι ἐς ἀλλήλους, οὐδὲ αὐτῷ ἰάσιμον· [331] ἐπεὶ οὐδὲ ἐπαύοντο Ἀλεξάνδρῳ γράφοντες, ὁ μὲν, τὴν αὐθάδειάν τε τῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀξύτητα καὶ πολυπραγμοσύνην, ἥκιστα τῇ Ἀλεξάνδρου μητρὶ εὐσχήμονα, ὥστε καὶ λόγος τις τοιόσδε ἐφέρετο Ἀλεξάνδρου, ἐφ' οἷς ὑπὲρ τῆς μητρὸς αὐτῷ ἐξηγγέλλετο, βαρὺ δὲ τὸ ἐνοίκιον τῶν δέκα μηνῶν εἰσπράττεσθαι αὐτοῦ τὴν μητέρα· Ἡ δὲ, ὑπέρογκον εἶναι τῇ τε ἀξιώσει καὶ τῇ ἄλλῃ θεραπείᾳ Ἀντίπατρον, οὐδὲ μεμνῆσθαι τοῦ καταστήσαντος ἔτι· ἀλλ' αὐτὸν γὰρ ἀξιοῦντα πρῶτα [332] φέρεσθαι ἐν τοῖς ἄλλοις Μακεδόσι τε καὶ Ἕλλησι. Καὶ ταῦτα μᾶλλόν τι ἰσχύειν παρ' Ἀλέξανδρον ἐφαίνετο, ὅσα ἐς τοῦ Ἀντιπάτρου τὴν διαβολὴν φέροντα ἦν, οἷα δὴ καὶ φοβερώτερον [333] ἐν βασιλείᾳ ὄντα. Οὐ μέντοι καταφανές γέ τι, ἢ ἔργον ἢ λόγος ἐξηγγέλλετο Ἀλεξάνδρου, ἐφ' ὅτου ἄν τις συνέθηκεν οὐχ ὡσαύτως εἶναι αὐτῷ πρὸς θυμοῦ.

CXXVIII.

Τῇ [334] μητρὶ (ὁ Ἀλέξανδρος) πολλὰ μὲν ἐδωρεῖτο καὶ κατέπεμπεν, οὐκ εἴα δὲ πολυπραγμονεῖν, οὐδὲ παραστρατηγεῖν· ἐγκαλούσης δὲ, πρᾴως ἔφερεν τὴν χαλεπότητα. Πλὴν ἅπαξ ποτὲ μακρὰν Ἀντιπάτρου κατ' αὐτῆς γράψαντος ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, ἀγνοεῖν εἶπεν Ἀντίπατρον, ὅτι μυρίας ἐπιστολὰς ἓν δάκρυον ἀπαλείφει μητρός.

CXXIX.

Περὶ [335] Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τεθνηκότι καὶ ἀτάφῳ δυσχεραινούσης.

Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου πυθομένη, ὅτι πολὺν χρόνον [336] ὁ παῖς αὐτῆς ἄταφος μένει, βαρὺ ἀναστένουσα, καὶ θρηνοῦσα εὖ μάλα λιγέως· ὦ τέκνον, εἶπεν, ἀλλὰ

[331] Efficacius in libro Opt. καὶ οὐδὲ αὐτῷ ἰάσιμον. Deinde MSS. Florentini omnes: ἥκιστα δὴ τῇ Ἀλεξ. ubi male fecundam voculam omifit *Vulcanius*. Idem.

[332] *Vulcanius* ex Auguftano annotavit ἀξιοῦν τὰ πρῶτα. *Idem.*

[333] MSS. Flor. φοβερώτερα. Neque enim Antipater in regno erat magis timendus, fed ea, quae de ipfo vitia fignificabantur, fufpectiora erant, & in regno alterius parum tuta ac ferenda. *Idem.*

[334]

nant, *Alexandrum* jam tum matris suæ calumniis, quibus *Antipatrum* onerarat, victum, *Antipatrum* Macedonia amovere voluisse. Sed fortasse hæc *Antipatri* evocatio nequaquam ad ejus ignominiam spectabat, sed potius ne quid ex illorum dissensione mali oriretur, cui ne ipse quidem mederi posset. Frequentes enim literæ ad *Alexandrum* adferebantur, quibus hic *Olympiadis* arrogantiam, acerbitatem curiositatemque incusabat, quæ *Alexandri* matrem parum decerent; adeo ut hujusmodi, quid ab *Alexandro* dictum fuisse narrent, grave decem mensium habitationis pretium à matre exigi. *Olympias* vero *Antipatrum* ut insolentem ex imperio & popularium observantia, neque jam amplius meminisse ejus, à quo tantam potestatem accepisset: sed dignum se judicare, qui inter Macedones & Græcos primas obtineat. Atque *Alexandri* fides magis in eam partem inclinabat, quæ ad *Antipatri* calumniam pertinebat, utpote quod regno magis extimescendum erat. Nullum tamen *Alexander* vel dictum vel factum edidit, è quo quispiam suspicari posset, eum alieniore ab *Antipatro* animo esse.

CXXVIII.

Matri dona multa misit; cæterum interdixit ei rebus se ingerere, vel ducis munera vendicare. Expostulantis secum leniter tulit acerbitatem. Semel autem quum prolixas literas *Antipatri* illam criminantis perlegisset, latere dixit *Antipatrum*, sexcentas epistolas una deleri matris lacrymula.

CXXIX.

De Olympiade dolente propter Alexandrum mortuum & inhumatum.

Olympias, *Alexandri* mater, quum audivisset, longo tempore jam filium suum manere insepultum, graviter ingemiscens, atque ejulans prorsus argute: O

[334] *Plutarchus* in vita Alexandri Tom. I. Opp. pag. 688. B.

[335] *Ælianus* Var. Hist. lib. XIII. cap. 30.

[336] Vide *Æliani* lib. XII. cap. 64. ubi triginta dies jacuisse dicitur, antequam ullum de eo sepeliendo caperetur consilium. Post quod demum tempus alii cadaver in Macedoniam, alii in Ægyptum abducere voluerunt, quo etiam abductum tandem est à Ptolemaeo. *Perizonius.*

ἀλλὰ σὺ μὲν οὐρανοῦ μετασχεῖν βουλόμενος, καὶ τοῦτο σπεύδων, νῦν οὐδὲ τῶν κοινῶν [337] δήπου καὶ ἴσων πᾶσιν ἀνθρώποις, μετασχεῖν ἔχεις γῆς τε ἅμα, καὶ ταφῆς. Καὶ τὰς ἑαυτῆς τύχας οἰκτείρασα, καὶ τὸ τοῦ παιδὸς τετυφωμένον ἐλέγξασα.

CXXX.

Περὶ ΕΥΡΥΔΙΚΗΣ Φιλίππου θυγατρὸς τελευτῆς.

Ὀλυμπιὰς [338] τῇ Φιλίππου θυγατρὶ Εὐρυδίκῃ [339] (ἣν δὲ ἄρα [340] ἐξ Ἰλλυρίδος γυναικὸς τῷ Φιλίππῳ γενομένη,) προσέπεμψε κώνειον, καὶ βρόχον, καὶ ξίφος· ἡ δὲ αἱρεῖται τὸν βρόχον.

CXXXI.

Κατὰ [341] τὴν Μακεδονίαν Εὐρυδίκη τῆς βασιλείας προεστηκυῖα, καὶ πυνθανομένη

[337] Sic. IV. 7. sepultura vocatur *κοινὸς πάντων σωμάτων ὅρμος, communis omnium corporum portus.* Idem.

[338] *Ælianus* var. Hist. lib. XIII. cap. 36.

[339] Duris apud *Athenæum* lib. XIII. prodit, πρῶτον γενέσθαι πόλεμον δύο γυναικῶν, Ὀλυμπιάδος καὶ Εὐρυδίκης, ἐν ᾧ τὴν μὲν βακχικώτερον μετὰ τυμπάνων προελθεῖν· τὴν δ' Εὐρυδίκην Μακεδονικῶς καθωπλισμένην ἀσκηθεῖσαν τὰ πολεμικὰ καὶ παρὰ Κυννάνῃ τῇ Ἰλλυρίδι. *Dalecampius* vertit: *muliebre primum bellum extitisse duarum foeminarum*, Olympiadis & Eurydices, *ac in conflictu cum tympanis furiosius* Olympiadem *impressionem fecisse*, (malim ita: *ac* Olympiadem *Bacchantium more cum tympanis ad bellum profectam*, Eurydicen *autem Macedonum more armatam pugnasse*, (pugnasse abundat, ex præcedentibus enim τὸ προελθεῖν subintelligendum,) *ut quæ bellicis esset rebus exercitata, commissumque prælium fuisse ad Cynnanem Illyrici.* male hæc quidem; vertendum enim: *quæ in bellicis rebus exercitata dudum fuerat etiam apud* Cynnanen *Illyricam.* Erat autem Κύνα ut est lib. I. *Arriani* de R. G. Alex. vel *Cynnane*, aut ut alii per syncopen, Cynna, soror *Alexandri M.* quam Philippus susceperat ex *Audata* Illyrica, quæ & Eurydice dicta est. Hæc Cynna nupserat *Amyntæ*, ab *Alexandro* postea occiso, & filiam Adeam ex matrimonio illo habuit, quæ mutato nomine *Eurydice* salutata deinde & uxor *Aridæo* data est. Hanc ipsam *Eurydicen* mater Cynna in bellicis exercitiis educaverat, eaque cum exercitu occurrit ad Evia Macedoniæ *Olympiadi*, cum reditum in regnum armata manu pararet. Sed ad prælium res non devenit, ut quidem *Dalecampii* versio vult; siquidem *Eurydice* una cum marito à Macedonibus deserta & Olympiadi prodita est, cum jam castra castris opposita essent. *Olympias* hostibus in potestatem redactis *Philippum*, *Eurydices* maritum, è carcere protractum Thracum gladiis confodiendum objecit; in *Eurydicen* vero muliebrem iræ impotentiam plenius effusura misit ei gladium, laqueum & cicutam; data optione, ut ex his tribus muneribus unum pro lubitu in remedium miseriarum sibi sumeret; illa vero coram ministro, qui feralem optionem detulerat, Olympiadi similia dona obvenirent, precata, arrepto laqueo se suspendit. Hæc ex *Diodoro* lib. XIX. *Arriani* excerptis apud *Photium* Cod. 92. *Athenæo* lib. XIII. paulo prolixius, quia ad rem facere videbantur. Noster certe hic passus est humani aliquid, dum Eurydicen, de qua jam dictum est, Philippi filiam facit. *Audata* enim Illyrica, quam *Arrianus* l. c. *Eurydicen* quoque dictam innuit, uxor *Philippi*, (πολύγαμος enim erat,) non filia, peperit *Cynnam*, *Cynna Eurydicen*, adeoque confundit noster *Eurydicen Philippi* uxorem, cum alia hujus nominis, quæ *Philippi* neptis ex filia Cynna. Aut noster

O fili, inquit, Tu vero quum in coelum cooptari volueris, & in id ſummo ſtudio incubueris, nunc neque communium rerum, & quæ omnibus mortalibus æqualiter obtingere ſolent, particeps fieri potes, terræ ſimul ſepulturæque: ita & ſuas miſerata fortunas & filii faſtum arguens.

CXXX.

De morte EURYDICES, Philippi filiæ.

Olympias, *Philippi* filiæ *Eurydicæ*, (erat vero illa Philippo ex Illyrica quadam muliere nata,) miſit cicutam & laqueum, & enſem; illa vero laqueum delegit.

CXXXI.

In Macedonia *Eurydice* regno præſidens, ubi *Olympiadem* ad regnum ſe accin-

noſter neptem hoc loco θυγατέρα vocat. Cæterum *Philippus Alexandri M.* parens habuit quidem matrem *Eurydicen*, de qua *Strabo* pag. 226. τούτου (Ἀῤῥαβαίου) δ᾽ ἦν θυγατριδῆ ἡ Φιλίππου μήτηρ Ἀμύντου τοῦ Εὐρυδίκης legerim, ἡ Φ. τοῦ Ἀμύντου μήτηρ Εὐρυδίκη. Aliam cum *Xylandro* lectionem affert *Caſaubonus*, quam vide. Habuit & uxorem hujus nominis, quam noſter Ἰλλυρίδα γυναῖκα vocat. Filiam autem Eurydicen Philippo quidem dedit etiam interpres latinus *Pauſaniæ*, ſed invita ut aiunt Minerva. Nam I. *Eliac.* Εὐρυδίκη ἡ Φιλίππου, *uxor eſt Philippi*, cujus æque ac *Olympiadis* imaginem victor poſt Chæroneam pugnam ſacraverat Elide in Philippæo. vid. *Pauſan.* pag. 164, 68, Optime igitur *Polyænus* hanc Eurydicen, cujus noſter meminit, Κυννάνης θυγατέρα ἐξ Ἀμύντου ait lib. VIII. Stratag. ubi vide ſis & alia non vulgata. *Kuhn.*

Erudite prorſus errorem Auctoris eruit & confutavit *Kuhnius*, perperam dicentis, Eurydicen filiam *Philippi & Illyricæ mulieris*, quorum neptis fuit, filia *Amyntæ & Cynnæ*, *Philippo* & Illyrica illa muliere natæ. Erat autem uxor *Aridæi*, qui *Alexandro* ſucceſſor datus, *Philippi* quoque nomen accepit, & Macedoniam obtinuit, ſed victus tandem ab *Olympiade Alexandri* M. matre, & una cum uxore occiſus, quæ quia *Philippi* erat neptis, ſibi potius deberi regnum, quam *Olympiadi*, clamabat. Mater hujus *Eurydices*, ut dixi, erat *Cynna*, vel *Cynane*, uxor Amyntæ, cujus pater fuit Perdiccas, Philippi frater, mater *Cynnæ* vel *Cynanæ*. Illyrica illa erat, dicta *Audata*, ut patet ex *Athenæo* XIII. 1. qui tamen in extremo capitis etiam *Cynanen* dicit Ἰλλυρίδα, forte quia Illyricam habuit matrem. Sed *Audata* à *Philippo* in matrimonium ducta, cognominata eſt etiam *Eurydice*, matris Philippi nomine. Prius tamen nomen, *Audatæ* nimirum, videtur *Cynna* etiam filiæ ſuæ impoſuiſſe. Nam & hæc filia, *Audatæ* neptis ab *Arriano* apud *Photium* pag. 222. dicitur à Matre primum appellata *Adea*, quod ſine dubio ex *Audatæ* nomine corruptum eſt, vel certe alterum ex altero emendandum · poſtea tamen & ipſa μετονομασθῆναι Εὐρυδίκην, quo etiam nomine in hiſtoriis eſt notiſſima. *Cynna* ab *Aketa* fuit occiſa & à *Caſſandro* Ægis ſepulta cum filia Eurydice & hujus marito Aridaeo. Vide *Diodorum Sic.* lib. XIX. pag. 695. ubi peſſime vertitur, tanquam ſi Cinna eſſet & nomen viri. *Perizonius.*

[340] *Lugd.* ἦν δὲ ἀρχ. αὐτῇ, (voluit vel debuit αὐτὴ), quod habent etiam B. & C. Pariſienſes, ſed poſterior in margine, teſte *Scheffero & Boivinio*,) ἐξ Ἰλλ. γυν. τῷ φιλ. γεννωμένη. In extremo Capitis Sluisk. & Regius Par. C. à prima manu pro ᾑρεῖται legunt αἱρεῖτο. Voluiſſe videntur ᾑρεῖτο. *Idem.*

[341] *Diodorus Sic.* Bibliothecae Hiſtor. lib. XIX. pag. 676.

νομένη τὴν Ὀλυμπιάδα παρασκευάζεσθαι πρὸς τὴν κάθοδον, πρὸς μὲν Κάσσανδρον εἰς Πελοπόννησον ἀπέστειλε βιβλιαφόρον, ἀξιοῦσα βοηθεῖν τὴν ταχίστην. Τῶν δὲ Μακεδόνων τοὺς πρακτικωτάτους ἀνακαλουμένη δωρεαῖς καὶ μεγάλαις, ἰδίους ταῖς εὐνοίαις κατεσκεύαζε. Πολυσπέρχων δὲ δύναμιν ἤθροισε προσλαβόμενος Αἰακίδην τὸν Ἠπειρώτην, καὶ κατήγαγεν Ὀλυμπιάδα μετὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου παιδὸς ἐπὶ τὴν βασιλείαν. Ἀκούων οὖν Εὐρυδίκην ἐν Εὐίοις τῆς Μακεδονίας οὖσαν μετὰ τῆς δυνάμεως, ὥρμησεν ἐπ᾽ αὐτὴν, σπεύδων μιᾷ μάχῃ κρῖναι τὰ πράγματα. Ἀντιταχθέντων δ᾽ ἀλλήλοις τῶν στρατοπέδων, οἱ Μακεδόνες, ἐντραπέντες τὸ τῆς Ὀλυμπιάδος ἀξίωμα, καὶ τῶν εὐεργεσιῶν ἀναμιμνησκόμενοι τῶν Ἀλεξάνδρου, μεταβάλοντο. Φίλιππος μὲν οὖν βασιλεὺς εὐθὺς ἦλω μετὰ τῆς θεραπείας· Ἡ δ᾽ Εὐρυδίκη μετὰ Πολυκλέους ἑνὸς τῶν συμβούλων εἰς Ἀμφίπολιν ἀποχωροῦσα συνελήφθη. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον Ὀλυμπιὰς τῶν βασιλικῶν σωμάτων κυριεύσασα, καὶ χωρὶς κινδύνων τὴν βασιλείαν παραλαβοῦσα τὴν εὐτυχίαν οὐκ ἤνεγκεν ἀνθρωπίνως· ἀλλὰ τήν τ᾽ Εὐρυδίκην καὶ τὸν ἄνδρα Φίλιππον τὸ μὲν πρῶτον εἰς φυλακὴν καταθεμένη, κακουχεῖν ἐπεχείρησε. Περιοικοδομήσασα γὰρ αὐτῶν ἐν βραχεῖ τόπῳ τὰ σώματα, διὰ μιᾶς στενῆς ὑποδοχῆς ἐχορήγει τὰ ἀναγκαῖα· ἐπὶ πολλὰς δὲ ἡμέρας παρανομήσασα τοὺς [342] ἠτυχηκότας ἐπειδὴ παρὰ τοῖς Μακεδόσιν ἠδόξει, διὰ τὸν πρὸς τοὺς πάσχοντας ἔλεον, τὸν μὲν Φίλιππον προσέταξε Θρᾳξί τισιν ἐκκεντῆσαι, βασιλέα γεγενημένον ἓξ ἔτη καὶ μῆνας τέτταρας. Τὴν δ᾽ Εὐρυδίκην παῤῥησιαζομένην, καὶ βοῶσαν αὐτῇ μᾶλλον προσήκειν, ἤπερ Ὀλυμπιάδι, τὴν βασιλείαν, ἔκρινε μείζονος ἀξιῶσαι τιμωρίας. Εἰσέπεμψεν οὖν αὐτῇ ξίφος καὶ βρόχον καὶ κώνειον, καὶ συνέταξε τούτων ᾧ βούλοιτο καταχρήσασθαι πρὸς τὸν θάνατον, οὔτε τὸ προγεγενημένον ἀξίωμα τῆς παρανομουμένης ἐντραπεῖσα τὸ παράπαν, οὔτε τῆς κοινῆς τύχης εἰς οἶκτον ἐλθοῦσα. Τοιγαροῦν τῆς ὁμοίας παραβολῆς τυχοῦσα, τῆς ὠμότητος ἀξίαν ἔσχε τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. Εὐρυδίκη μὲν γὰρ κατευξαμένη, παρόντος τοῦ κομίσαντος, τῶν ὁμοίων δωρεῶν Ὀλυμπιάδα τυχεῖν, τὸν μὲν ἄνδρα περιέστειλεν, ἐπιμεληθεῖσα τῶν τραυμάτων, ὥς ποθ᾽ ὁ καιρὸς συνεχώρει· ἑαυτὴν δὲ ἀνακρεμάσασα τῇ ζώνῃ, κατέστρεψε τὸν βίον, οὔτε δακρύσασα τὴν ἑαυτῆς τύχην, οὔτε τῷ μεγέθει τῶν συμπτωμάτων ταπεινωθεῖσα. Ὀλυμπιὰς δὲ, τούτων διαφθαρέντων, ἀνεῖλε μὲν τὸν

Νικά-

[342] Malim παρανομήσασα εἰς τὺς. *H. Stephanus.*

cingere rescivit, tabellario ad *Cassandrum* misso in Peloponesum, rogat, ut quam celerrime opem ferat, & Macedonum grauissimos muneribus promissisque ingentibus evocatos ad favendum suis partibus inducit. Interea *Polysperchon* adjuncto sibi Æacida Epirota, Olympiadem cum *Alexandri* filio in regnum reducit. Audiensque Eurydicen ad Evia Macedoniæ cum exercitu versari, uno prælio totum absolvere negocium festinans, raptim in eam ducit. Jamque castra castris opposita erant, cum Olympiadis dignitatem reveriti Macedones, recordati *Alexandri* in se benefacta, mutarunt animos. *Philippus* ergo Rex cum suo famulitio statim capitur. *Eurydice* autem cum *Polycle*, ex consiliariis uno, Amphipolim regressa, postea comprehenditur. Hunc ad modum regiis potita corporibus *Olympias*, & citra periculum regnum adepta, fortunæ prosperitatem non humaniter tulit. Sed *Eurydicen* & virum ejus *Philippum* initio quidem in custodiam traditos male tractare instituit. Nam corpora illorum in loco perexiguo conclusit, ubi per unum tantum receptaculum, quod angustissimum erat, necessaria exhiberentur; & per multos ita dies præter jus & æquum in miseros desæviit. Cum vero apud Macedones ob misericordiam illorum erga afflictos male audiret; Philippum Thracibus quibusdam configendum tradidit, postquam sex annos & sex menses rex fuerat. *Eurydicen*, quod linguam non contineret, & sibi magis quam *Olympiadi* regnum convenire vociferaretur, majori afficiendam supplicio judicavit. Gladium igitur & laqueum cicutamque ei misit eum optione, ut quocunque istorum mallet, mortem sibi consciseeret, neque pristinam tam inique oppressæ dignitatem æstimans, neque ad communis fortunæ commiserationem se demittens. Idcirco eandem experta mutationem, dignum crudelitate sua exitum vitæ habuit. Nam *Eurydice* præsente adhuc illo, qui attulerat, Deos comprecata, ut dona *Olympiadi* similia obtingerent, maritum curatis vulneribus, prout tempus concedebat, obvelavit; & se ipsam de cingulo suspendens, vitam abrupit, ita ut nec fortunæ suæ illacrymaret, nec ob magnitudinem calamitatum animum deprimi pateretur. His ita sublatis *Nicanorem*, *Cassandri* fratrem necavit, & sepulcrum *Jollæ*

 ever-

Νικάνορα τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κασσάνδρου, κατέστρεψε δὲ τὸν Ἰόλλου τάφον, μετερχομένη, καθάπερ ἔφησε, τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον· ἐπέλεξε δὲ καὶ τῶν Κασσάνδρου φίλων τοὺς ἐπιφανεστάτους ἑκατὸν Μακεδόνας, οὓς ἅπαντας ἀπέσφαξεν. Ἐν τοιούτοις δὲ παρανομήμασι πληροῦσα τὸν ἑαυτῆς θυμὸν, ταχὺ πολλοὺς τῶν Μακεδόνων ἐποίησε μισῆσαι τὴν ὠμότητα. Πάντες γὰρ ἀνεμιμνήσκοντο τῶν Ἀντιπάτρου λόγων, ὃς, καθάπερ χρησμῳδῶν, ἐπὶ τῆς τελευτῆς παρεκελεύσατο μηδέποτε συγχωρῆσαι γυναικὶ τῆς βασιλείας προστατῆσαι.

CXXXII.

Ὕστερον [343] Ἀλεξάνδρου τοῦ Νεοπτολέμου τελευτήσαντος ἐν Λευκανοῖς, Ὀλυμπιάδος δὲ διὰ τὸν Ἀντιπάτρου φόβον ἐπανελθούσης ἐς Ἤπειρον, Αἰακίδης ὁ Ἀρύββου, [344] τά τε ἄλλα διετέλει κατήκοος ὢν Ὀλυμπιάδι, καὶ συνεστράτευσεν πολεμήσων Ἀριδαίῳ καὶ Μακεδόσιν, οὐκ ἐθελόντων ἕπεσθαι τῶν Ἠπειρωτῶν. Ὀλυμπιάδος δὲ, ὡς ἐπεκράτησεν, ἀνόσια μὲν ἐργασαμένης καὶ εἰς τὸν Ἀριδαίου θάνατον, πολλῷ δὲ ἔτι ἀνοσιώτερα ἐς ἄνδρας Μακεδόνας, καὶ διὰ ταῦτα οὐκ ἀνάξια ὕστερον ὑπὸ Κασσάνδρου παθεῖν νομισθείσης. Αἰακίδην οὖν κατ' ἀρχὰς μὲν οὐδ' αὐτοὶ διὰ τὸ Ὀλυμπιάδος ἔχθος ἐδέχοντο Ἠπειρῶται· εὑρομένου δὲ ἀνὰ χρόνον παρὰ τούτων συγγνώμην, δεύτερα ἠναντιοῦτο Κάσσανδρος, μὴ κατελθεῖν εἰς Ἤπειρον.

CXXXIII.

Προετρέψατο, [345] (ὁ Κάσσανδρος,) τοὺς οἰκείους τῶν ἀνῃρημένων ὑπ' Ὀλυμπιάδος ἐν κοινῇ τῶν Μακεδόνων ἐκκλησίᾳ κατηγορεῖν τῆς προειρημένης γυναικός· ὧν ποιησάντων τὸ προσταχθὲν, καὶ τῆς μὲν Ὀλυμπιάδος οὔτε παρούσης, οὔτε ἐχούσης τοὺς ἀπολογησομένους, οἱ μὲν Μακεδόνες κατεγίνωσκον αὐτῆς θάνατον· ὁ δὲ Κάσσανδρος πέμψας τινὰς τῶν φίλων πρὸς τὴν Ὀλυμπιάδα, συνεβούλευε λάθρα φυγεῖν, ἐπαγγελλόμενος αὐτῇ ναῦν παρασκευάσειν, καὶ διακομιεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας. Τοῦτο δ' ἔπραττεν, οὐ τῆς σωτηρίας προνοούμενος, ἀλλ' ἵνα καθ' αὑτῆς φυγὴν καταγνοῦσα, καὶ διαφθαρεῖσα κατὰ τὸν πλοῦν, δόξῃ δικαίᾳ περιπεπτωκέναι τιμωρίᾳ.

[343] *Pausanias* in Atticis lib. I. cap. 11. p. 27.

[344] Forte haec lectio melior est, quam quae habet: Ἀρύμβου, uti supra. Apud *Suidam* uno β sine μ legitur Ἀρύβας, itidemque apud *Plutarchum* p. 700. apud *Diogenem Laërtium* pag. 144. Sed apud *Justinum* quoque lib. VII. & *Diodorum* lib. XVI. Ἀρύμβαν legi testatur apud *Plutarchum Xylander*. Sylburgius.

Ἀρύμ-

evertit, ulciſcens, uti jactitabat, *Alexandri* mortem. Tum è Caſſandri amicis centum Macedones delegit, quos omnes mactavit. Id genus factis immanibus dum animam explet, complures Macedonum ad deteſtandam cum odio hanc crudelitatem irritavit. Cuncti enim memores erant verborum *Antipatri*, quibus tanquam oraculo ſub exitum vitæ præceperat, ne mulierem regno præeſſe ſinerent.

CXXXII.

Poſtea *Alexandro Neoptolemi* filio in Lucania extincto, *Antipatri* metu in Epirum reverſam *Olympiadem Æacides Arybbæ* filius cum aliis eſt officiis proſecutus, tum vero eam ſuis copiis juvit ad bellum cum *Aridæo* & Macedonibus gerendum, atque id invitis etiam ac ſequi recuſantibus Epirotis. *Olympias* victoriam adepta, multa in morte *Aridæo* inferenda, pluraque ac magis nefaria, dum Macedonas inſectatur, immanitatis exempla edidit; quo minus cuiquam mirum fuit, eam paulo poſt graves quidem, ſed meritas ſceleris & crudelitatis ſuæ *Caſſandro* poenas dediſſe. Ejus certe invidia *Æacidæ*, quo minus ſtatim ab initio in regnum ab *Epirotis* reciperetur, maxime obfuit; nam quum æquis jam & placatis uteretur; *Caſſander* illi iterum eſt adverſatus.

CXXXIII.

Conſanguineos ab *Olympiade* ſublatorum, *(Caſſander,)* inſtigavit, ut in omnium Macedonum conventu mulierem hanc accuſarent. Hi mandatis conficiendis operam navant ſedulam; ac licet neque adeſſet, neque qui cauſam pro ſe agerent, haberet, Macedones tamen capite multandam decernunt. Ibi miſſis ad *Olympiadem* quibusdam amicorum, ut clam ſe ſubducat, conſulit; ſe navi ad hoc parata Athenas deportaturum illam pollicitus. Id vero non ideo factum, ut ſaluti ejus conſuleret; ſed ut fuga ſe dignam profeſſa, ſi inter navigandum periiſſet, juſtam incurriſſe ultionem putaretur. Nam & dignitatem ejus

Ἀρύμβας & Ἀρύβας idem ſunt; notum enim figuram μ à litera β nihil abludere in MSto, & *Diodorus* Ἀρύμβας habet, *Plutarchus* vero Ἀρύβας, qui & Ταῤῥύτας vocat, quem noſter Θαρύπας laudat, quod Cod. Caſaub. annotavit. *Kuhn.*

[345] *Diodorus Sic.* Bibliothecae Hiſt. lib. XIX. pag 698.

ρία. Εὐλαβεῖτο γὰρ ἅμα καὶ τὸ περὶ αὐτὴν ἀξίωμα, καὶ τὸ τῶν Μακεδόνων εὐμετάβολον. Τῆς δὲ Ὀλυμπιάδος οὐ φαμένης φεύξεσθαι, τοὐναντίον δ' ἑτοίμης οὔσης ἐν πᾶσι Μακεδόσι κριθῆναι, ὁ Κάσσανδρος φοβηθεὶς, μήποτε τὸ πλῆθος ἀκοῦον τῆς βασιλίσσης ἀπολογουμένης, καὶ τῶν Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου πρὸς ἅπαν ἔθνος εὐεργεσιῶν ἀναμιμνησκόμενον μετανοήσῃ, διακοσίους τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἀπέστειλε πρὸς αὐτὴν, προστάξας ἀνελεῖν τὴν ταχίστην. Οὗτοι μὲν οὖν παρεισπεσόντες εἰς τὴν βασιλικὴν οἰκίαν, ὡς εἶδον τὴν Ὀλυμπιάδα, καταιδεσθέντες τὸ περὶ αὐτὴν ἀξίωμα, πάλιν ἀπεχώρησαν ἄπρακτοι. Οἱ δὲ τῶν ἀνῃρημένων συγγενεῖς, Κασσάνδρῳ τε χαρίζεσθαι βουλόμενοι καὶ τοῖς τετελευτηκόσιν ἀμῦναι, κατέσφαξαν τὴν βασίλισσαν, οὐδεμίαν ἀγεννῆ καὶ γυναικείαν προεμένην ἀξίωσιν. Ὀλυμπιὰς μὲν οὖν, μέγιστον τῶν καθ' αὐτὴν ἐσχηκυῖα ἀξίωμα, καὶ γεγενημένη θυγάτηρ μὲν Νεοπτολέμου τοῦ βασιλέως τῶν Ἠπειρωτῶν, ἀδελφὴ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλεύσαντος καὶ στρατεύσαντος εἰς Ἰταλίαν, ἔτι δὲ γυνὴ μὲν Φιλίππου τοῦ πλεῖστον ἰσχύσαντος τῶν πρὸ αὐτοῦ κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστευσάντων, μήτηρ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ πλεῖστα καὶ μέγιστα κατεργασαμένου, τοιαύτης καταστροφῆς ἔτυχε.

CXXXIV.

Δοκεῖ [346] μοι τὰς Θήβας οἰκίσαι ὁ Κάσσανδρος κατὰ ἔχθος Ἀλεξάνδρου μάλιστα. Ἐπεξῆλθε δὲ καὶ τὸν πάντα οἶκον Ἀλεξάνδρου φθείρων· ὃς Ὀλυμπιάδα γε παρέβαλε καταλεῦσαι τοῖς ἐπ' αὐτὴν Μακεδόνων παρωξυσμένοις, καὶ τοὺς παῖδας Ἀλεξάνδρου τόν τε ἐκ Βαρσίνης [347] Ἡρακλέα καὶ Ἀλέξανδρον τὸν ἐκ Ῥωξάνης ἀπέκτεινεν ὑπὸ φαρμάκων.

CXXXV.

Περὶ ΠΑΜΦΙΛΗΣ τῆς Ἐπιδαυρίας.

Ἀνεγνώσθησαν [348] Παμφίλης [349] συμμίκτων ἱστορικῶν ὑπομνημάτων λόγοι ὀκτώ· [350] αὕτη ἀνδρὶ [351] μὲν συνῴκει, ὡς καὶ αὐτὴ τῶν ὑπομνημάτων προ-

[346] *Pausanias* in Boeoticis lib. *IX.* cap. 7. pag. 725.

Editt. habent δοκεῖν, sed finite legendum vel δοκεῖ vel ᾤκισε. *Sylburgius.*

[347] *Hartungus* legit Ἀρσίνης ex *Justino.* Nostri scripturam sequitur *Arrianus* 148. *Idem.*

[348] *Photius* in Bibliotheca Cod. *CLXXV.* pag. 201 sq.

[349]

ejus & inconſtantiam Macedonum reformidabat. Olympias contra fugituram ſe negavit, & ad dicendam apud omnes Macedones cauſam eſſe paratam reſpondit. Metuens igitur *Caſſander*, ne ſi vulgus Reginæ defenſionem audiret, & *Alexandri Philippi*que in totam gentem merita recordaretur, animos mutaret: ducentos milites rei maxime accommodatos ad illam mittit, abſque mora necem mulieri afferre juſſos. Qui ſubito in regiam domum irruptione facta, ubi *Olympias* in conſpectum venit, majeſtatem ejus reveriti, negotio infecto pedem retulere. At occiſorum propinqui, ut & gratiam apud *Caſſandrum* inirent, & necem ſuorum ulciſcerentur, reginam jugularunt, quæ tamen nihil ignaviæ muliebrisque precis emiſit. Ad hunc ergo modum *Olympias*, quæ maximam inter ſuæ aetatis foeminas dignitatem obtinuerat, & *Neoptolemi* regis Epirotarum filia, *Alexandri*, qui expeditionem in Italiam ſuſcepit, ſoror, *Philippi*, qui potentia cunctos ante ſe Europae principes vicit, uxor, *Alexandri* denique, quo nemo plures majoresve res geſſit, mater fuerat, vitam ſuam finivit.

CXXXIV.

Reſtituiſſe Thebas *Caſſandrum* crediderim *Alexandri* maxime odio. Ejus enim domum totam funditus evertere contendit; nam & *Olympiadem Alexandri* matrem iis Macedonum, qui in eam acerrimis flagrabant odiis, lapidibus obruendam tradidit, & *Alexandri* filios *Herculem* ex *Barſine*, *Alexandrum* ex *Rhoxane* ſuſceptos, venenis peremit.

CXXXV.

De PAMPHILE *Epidauria.*

Lecti ſunt *Pamphilæ* miſtarum hiſtoriarum libri commentarii octo. Vixit haec viro nuptui data, ut ipſa operis initio praefatur; cum quo conjuge an-

nos

[349] *Pamphiles* hujus, (ſed eam Epidauriam dicens,) ſcripta refert *Suidas*, & *A. Gellius* lib. *XV*. cap. 17. commentarium *Pamphilæ* 29. laudat; ſupraque Cod. 161. pag. 175. Epitomarum ejus libri decem referuntur. *A. Schottus.*

[350] *Suidas XXXIII.* numerat. *Idem.*

[351] *Socratidæ*, ut teſtatur *Suidas* in *Pamphile*, ſive *Soteridæ*, ut idem in hac voce ſcripſit. *Idem.*

προοιμιαζομένη ἐπισημαίνεται· ᾧ καὶ τρισκαίδεκα ἔτη ἐκ παιδὸς συμβιοῦσα ἤδη, τῆς ὑπομνηματικῆς ταύτης συγγραφῆς λέγει ἀπάρξασθαι· συγγράψαι δὲ, ἅτε παρὰ τοῦ ἀνδρὸς μάθοι, τὰ τρισκαίδεκα ἔτη συνεχῶς αὐτῷ συνοῦσα, καὶ μηδ' ἡμέραν μηδ' ὥραν ἀπολειπομένη· καὶ ἃ παρ' ἄλλου τινὸς ἀκοῦσαι συνέβη, τῶν παρ' αὐτὸν ἀφικνουμένων, πολλῶν ὄντων, καὶ ὄνομα καὶ δόξαν ἐχόντων [352] ἐπὶ παιδείᾳ, καὶ δὴ καὶ ὅσα βιβλίων αὐτὴ ἀνελέξατο. Ταῦτα δὲ πάντα καὶ μνήμης [353] αὐτῇ ἄξια ἐδόκει, εἰς ὑπομνήματα συμμιγῆ, καὶ οὐ πρὸς τὰς ἰδίας ὑποθέσεις διακεκριμένα ἕκαστον διελεῖν, ἀλλ' οὕτως εἰκῆ καὶ ὡς ἕκαστον ἐπῆλθεν ἀναγράψαι· ὡς οὐχὶ χαλεπὸν ἔχουσά φησι τὸ κατ' εἶδος αὐτὰ διελεῖν, ἐπιτερπέστερον δὲ καὶ χαριέστερον τὸ ἀναμεμιγμένον, καὶ τὴν ποικιλίαν τοῦ μονοειδοῦς νομίζουσα χρήσιμον δὲ τὸ βιβλίον εἰς πολυμάθειαν. Εὕροι γὰρ ἄν τις καὶ τῶν ἱστορικῶν οὐκ ὀλίγα ἀναγκαῖα, καὶ δὴ καὶ ἀποφθεγμάτων, καὶ ῥητορικῆς διατριβῆς ἔνια, καὶ φιλοσόφου θεωρίας, καὶ ποιητικῆς ἰδέας καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἐμπέσοι. Αἰγυπτία δὲ τὸ γένος ἡ Παμφίλη· ἤκμασε δὲ, καθ' οὓς χρόνους ὁ Νέρων ὁ Ῥωμαίων ἤκμαζεν αὐτοκράτωρ. Ἡ δὲ φράσις, (ὥς ἐστιν ἐκ τῶν προοιμίων συλλαβεῖν, καὶ ἐν οἷς ἀλλοθί που ἴδιόν τι λέγει, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν διάνοιαν, οἷα δὴ γυναικὸς ἔκγονον οὖσα,) τῆς ἀφελοῦς ἐστιν ἰδέας οὐδὲ τῇ λέξει πρὸς τὴν ἰδέαν ἀλλοτριουμένη· ἐν οἷς δὲ τὰ τῶν ἀρχαιοτέρων ἀπομνημονεύουσα λέγει, ποικιλώτερον αὐτῇ, καὶ οὐ καθ' ἓν εἶδος συγκεῖται ὁ λόγος.

CXXXVI.

Παρὰ [354] Αἰγυπτίων [355] γεωμετρεῖν [356] μαθόντα, (τὸν Θάλητα,) φησὶ Παμφίλη, [357] πρῶτον καταγράψαι ἐπὶ ἡμικυκλίου τὸ τρίγωνον ὀρθογώνιον, καὶ θῦσαι βοῦν.

CXXXVII.

[352] Al. πολλοὺς δὲ φοιτᾶν ἔχοντα. C. B. & H. St. 2. πολλοὺς δὲ φοιτᾶν καὶ ὄνομα καὶ δόξαν ἔχοντας. *Hoeschelius.*

[353] Πάντα ὅσα λόγου καὶ μνήμης *H. Steph.*

[354] *Diogenes Laërt.* lib. I. segm. 24.

[355] Subdit idem *Laërtius*, Thalem magistrum nullum habuisse, sed in Ægyptum profectum cum sacerdotibus Ægyptiis congressum fuisse. *Clemens* quoque *Stromat.* lib. I. μόνος ἔτος δοκεῖ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων Προφήταις συμβεβληκέναι & postea: Θαλῆς δὲ, φοίνιξ ὢν τὸ γένος, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων Προφήταις συμβεβληκέναι εἴρηται. *Jamblichus* in tractatu, quem ad *Nicomachi* Geraseni Arithmeticam scripsit, qui extat MS. in Regis Christianissimi Bibliotheca: Θαλῆς μὲν μονάδων σύστημα ὡρίσατο, κατὰ τὸ Αἰγυπτιακὸν ἀρέσκον, ὅπερ καὶ ἐφιλομάθησε. Loquitur de numeri definitione. Adde & *Josephum* lib. I. contra Appionem, & *Eusebium* de præpar.

nos ipſos tredecim à pubertate conjuncta fuit, & hoc opus meditari coepit atque conſcribere. Scripſit autem, tum quæ ex viro didicit, cum quo tredecim ut diximus, annos conjunctiſſime vixit, nullo interim die aut hora otioſe transacta; tum ea, quæ ab aliis accepiſſet, qui mariti domum plurimi frequentarent, nomine & doctrinæ gloria claris; tum denique quidquid legendo ipſa obſervaſſet. Hæc omnia & quæcunque memoria digna viſa ſunt, in commentarium per futuram retulit, & non per proprios ſingula locos diſtribuit, ſed ut quodque viſum eſt, utque occurrebat, congeſſit; non quod difficile futurum ipſi eſſet in ſuas quæque claſſes dividere, ſed quod jucundius longeque gratius miſcellaneum hoc ſcriptum, varietatemque, quam generis unius opus exiſtimaret. Utilis ſane hic liber omnigenæ doctrinae. Reperias enim in eo hiſtorica non pauca bene neceſſaria, imò & ſcite dicta. Rhetorica etiam ac philoſophicae contemplationis quaedam & poëticae facultatis formas, & ſi quid hujusmodi forte ſe offerat. Ægyptia genere haec *Pamphila* fuit, floruitque ea tempeſtate, cum *Nero* Romanorum imperium Caeſar tenuit. Dictio vero, (quantum ex proëmio colligere licet, cumque proprium quid affert, & maxime in ſenſu, ut mulieris propria,) ſimplicis eſt formae, ac ne verbis quidem ipſis ab idea ſit alienior. At quoties veterum dicta commemoranda colligit, varia ejus oratio eſt, neque uni formae accommodata.

CXXXVI.

Ab Ægyptiis praecepta Geometriae eruditum, *(Thaletem,)* primum deſcripſiſſe in dimidio circulo triangulum recto angulo, & immolaſſe bovem, refert *Pamphila.*

CXXXVII.

præpar. Evang. I. 4. *Menagius.*

[356] *Apuleius* Florid. IV. *Thales Mileſius Geometriæ penes Grajos primus* repertor. *Proclus* cum *Thalete* jungit *Ameriſtum, Steſichori* poëtæ fratrem. Alii hanc gloriam tribuunt *Moeridi & Pythagoræ*, vid. *Laërtium* in Pythagora. *Idem.*

[357] Γεάφεται Πάμφιλ☉ pro Παμφίλη, ſed hæc Παμφίλη citatur & alibi. *H. Stephanus.*

Pamphila fuit genere Ægyptia, vel ut alii volunt, Epidauria; ac præcipue perutiles ſcripſit octo libros hiſtoriæ miſcellæ; quibus congeſſit, quæ vel ex marito, vel ex viris eruditis, qui mariti ædes frequentabant, audiiſſet, vel quæ ipſa obſervaſſet. Vide *Photium* ememate VIII. & *Suidam* in Παμφίλη & *Voſſium* de Hiſtoricis Græcis lib. II. cap. 7. Alia eſt *Pamphila*, *Latoi* filia, quæ primum bombycia in Co inſula texuiſſe dicitur, ut eſt apud *Ariſtotelem* de Hiſt. Animal. lib.

CXXXVII.

Γέγονε (358) ἔφορος, (ὁ Χείλων,) κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἕκτην (359) Ὀλυμπιάδα. Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν ἕκτην.

CXXXVIII.

Φέρεται (360) αὐτοῦ, (Κλεοβούλου,) ἐν τοῖς Παμφίλης ὑπομνήμασι καὶ αἴνιγμα τοιόνδε·

Εἷς ὁ πατήρ, (361) παῖδες δὲ δυώδεκα (362) τῶν δέ γ' ἑκάστῳ
Παῖδες ἔασι τριήκοντ' (363) ἄνδιχα εἶδος ἔχουσαι.
Αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν· αἱ δ' αὖτε μέλαιναι.
Ἀθάνατοι δέ τ' ἐοῦσαι ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.

Ἔστι δὲ ὁ ἐνιαυτός.

CXXXIX.

Παμφίλη (364) φησὶν ἐν δευτέρῳ τῶν ὑπομνημάτων, ὡς τὸν υἱὸν αὐτοῦ (Πιττάκου) Τυῤῥαῖον, (365) καθήμενον ἐπὶ κουρείου (366) ἐν Κύμῃ, χαλκεύς τις πέλεκυν

lib. V. cap. 19. & *Plinium* lib. IV. cap. 12. & lib. XI. cap. 22. ubi male *in Ceo* pro *in Co*, qui error est & in *Solino*. Vide tamen doctiss. *Salmasium* in Plinianis Exercitt. pag. 143 & sqq. Ceterum apud *Aristotelem* dicto loco, pro eo quod libri editi habent Παμφίλη, Λατώυ θυγάτηρ, manuscripti exhibent: Παμφίλη Πλάτεω θυγάτηρ. *Menagius.*

[358] *Diogenes Laertius* lib. I. segm. 68.

[359] Κατὰ τὴν πεντηκοστὴν πέμπτην legit *Casaubonus*, nulla addita ratione; sed puto, ut prius illud membrum cum sequenti quadret; in quo subaudiri velle videtur *Casaubonus* vocem πεντηκοστὴν, & sic quidem *Laërtii* verba cum ratione temporis satis congruere videntur; aliter in posteriori membro ducentorum annorum erit ἀναχρονισμός. Vertit Ambrosius: *fuit Ephorus circa* 55. *Olympiadem. Scaliger* ad *Eusebii* Chronicon, ubi hunc *Laërtii* locum profert, nihil in eo mutat, sed in sequentibus legit: Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν πέμπτην, non vero ἕκτην, ut hic editum est. Nihil quoque in priori membro mutabat *Jac. Palmerius Grentemenilius*, Vir Chronologiæ peritissimus, sed in posteriori legebat, κατὰ τὴν ἑξῆς, i. e. Olympiade proxime sequente. *Cyrillus* lib. I. contra *Julianum* ait, LVI Olympiade, Cyro Persarum regnum obtinente, vixisse *Aggæum* & *Zacbariam* Prophetas, & jam tum notos esse *Simonidem* & *Chilonem*, qui è numero VII. Sapientum fuerunt: πεντηκοστῇ ἕκτῃ Ὀλυμπιάδι, Κύρου διέποντος τὰ κράτη Περσῶν, προεφήτευον Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας· γνώριμοι δὲ ἦσαν ἤδη Σιμωνίδης καὶ Χίλων, τῶν ἑπτὰ Σοφῶν ὄντες. *Simonidem*, qui inter VII. Sapientes recenseret, præter *Cyrillum* neminem vidi. Certe hos inter à *Diogene* nostro non memoratur, qui fuse de numero & nominibus sapientum agit in Thalete. Quare hæc vox Σιμωνίδης suspecta videtur; immo omnino mendosa est; nam supra de Simonidis ætate jam retulerat *Cyrillus*, his verbis: Εἰκοστῇ ἐννάτῃ Ὀλυμπιάδι Ἱππώνακτα καὶ Σιμωνίδην φασὶ γενέσθαι, καὶ τὸν Μουσικὸν Ἀριστόξενον. Scripsisse *Cyrillum* nullus dubito: γνώριμοι δὲ ἦσαν ἤδη Ἐπιμενίδης καὶ Χίλων, τῶν ἑπτὰ Σοφῶν ὄντες. *Menagius.*

(360) *Diogenes Laërtius* lib. I. segm. 90 sq.

(361)

CXXXVII.

Fuit ephorus (Chilo) circa quinquagefimam & quintam Olympiadem; porro *Pamphila* circa fextam ait.

CXXXVIII.

Fertur in Commentariis *Pamphilæ* ipfius *(Cleobuli)* hujusmodi aenigma:

Eſt genitor, proles cui ſit biſſena, ſed horum
Cuivis ſunt triginta natæ, ſed diſpare forma.
Hac niveis penitus, fuſcis ſed vultibus illac:
Atque immortales cum ſint, moriuntur ad unam.

Eſt autem annus.

CXXXIX.

Pamphila in fecundo commentariorum *Tyrrhæum* refert ipfius (*Pittaci*) filium, cum federet in tonftrina Cumis, injecta fecuri ab aerario fuiffe necatum: à Cuma-

(361) *Pſeudo Didymus* ad Odyff. κ'. ftatim initio: τινὲς ϑ ἀλληγορῦντες, Ἄιολον μδ' λέγεσι τὸν ἐνιαυτὸν· δώδεκα ϑ παῖδας, τὰς μῆνας. *Menagius.*

(362) Γράφεται παῖδες δυοκαίδεκα. *H. Stephanus.*

(363) Ergo menfes illo ævo ex diebus conftabant decem & quinque? tot enim efficiunt hæ triginta filiae. Logi. corruptus enim hic locus eft, & legendum κῦραι ἑξήκοντα· itaque apud *Stobæum* legitur. At *Suidas*, qui hunc *Diogenis* locum defcripfit, habet ipfe quoque τριήκοντα, quod etfi ferri poffe videatur, propter illa: διάνδιχα ἶιδ☉ ἔχυσαι, tamen illam lectionem magis probo, imò vero folam probo. *Iſ. Caſaubonus.*

Ita quoque apud *Suidam* in Κλεοβυλίνη, nifi quod ibi τειάκοντα legitur. Sed apud *Stobæum* eft κῦραι ἑξήκοντα, quam lectionem amplectitur *Caſaubonus*; & certe ut taceam primam in τειήκοντα effe brevem, dici non poteft ex triginta diebus menfis, alios effe albos, alios effe nigros; funt enim omnes albi fimul & nigri, aut nigri fimul & albi. Sed ex fexaginta menfis filiabus, aliæ funt albæ, nempe dies triginta, aliæ nigræ, videlicet triginta noctes. Receptam lectionem agnovit tamen *Petavius*, Vir undecumque doctiffimus, qui hoc ænigma in libro de doctrina temporum ita eft interpretatus:

Biſſenos genitor gnatos habet unus; at horum
Ter ſunt inique decem natæ, variante figura.
Quippe aliis color eſt albus, niger inditus illis;
Immortale genus cum ſint, moriuntur utræque:

Legendum omnino apud *Laërtium*: παῖδες δὶς τειάκοντα, de qua veriffima emendatione me monuit *Marq. Gudius*, δὶς, pofterior fyllaba in παῖδες, adfcripfit vulgari librariorum compendio. *Menagius.*

(364) *Diogenes Laërtius* lib. I. fegm. 76.

(365) Ita omnes Codices manu exarati, nec non Bafileenfis editio. Male Πυῤῥαῖον editio *Stephani.* Menagius.

κυν ἐμβαλὼν ἀνέλοι· τῶν δὲ Κυμαίων πεμψάντων τὸν φονέα τῷ Πιττακῷ, μαθόντα καὶ ἀπολύσαντα εἰπεῖν· Συγγνώμη μετανοίας κρείσσων. (367)

CXL.

Σωτίων (368) καὶ Ἡρακλείδης καὶ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι, τὸν μὲν, τύραννον· τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμπρακιώτην. (369)

CXLI.

Ἀλκιβιάδης, [370] (καθά φησι Παμφίλη ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ὑπομνημάτων,) διδόντος αὐτῷ, (Σωκράτει,) χώραν μεγάλην, ἵνα οἰκοδομήσηται οἰκίαν, Φάναι· καὶ εἰ ὑποδημάτων ἔδει βύρσαν μοι ἐδίδους, ἵν᾽ ἐμαυτῷ ὑποδήματα ποιησαίμην; καὶ καταγέλαστος ἂν ἦν λαβών. [371]

CXLII.

Φησὶ [372] Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ τῶν ὑπομνημάτων, ὡς Ἀρκάδες καὶ Θηβαῖοι, μεγάλην πόλιν οἰκίζοντες, παρεκάλουν αὐτὸν, (Πλάτωνα,) νομοθέτην·

(366) Mos Græcorum hic fuit, ut garruli homines, quibus, ut Syracusanus poeta ait, αἰὲν ἑορτή, in tonsorum officinis sederent *Aristoph.*

Καί τοι λόγος γ᾽ ἦν, νὴ τὸν Ἡρακλέα, πολὺς
Ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων.

ad quem locum vide Interpretem. *Casaubonus.*

Sedere solebant otiosi in tonstrinis ad confabulandum, quas propterea *Theophrastus*, teste *Plutarcho* in Symposiacis, ἄοινα συμπόσια appellabat. *Menagius.*

(367) Vidit sapientissimus Vir, qui injurias ulciscuntur, eos sæpe ultionis poenitere: qui misericordia utuntur, raro aut nunquam. *Aldobrand.*

Julianus Imp. Orat II. τὸν Πιττακὸν ἐπαινῶν τοῦ λόγου, ὃς τὴν συγγνώμην τῆς τιμωρίας προυτίθει. *Stobæus* Serm. XVII Πιττακὸς ἀδικηθεὶς ὑπό τινος, καὶ ἔχων ἐξουσίαν αὐτὸν κολάσαι, ἀφῆκεν, εἰπών· συγγνώμη τιμωρίας ἀμείνων· τὸ μὲν γὰρ, ἡμέρου φύσεως ἐστι, τὸ δὲ, θηριώδους. Benignissimum quoque fuisse *Pittacum*, qui aliorum culpam libenter excusaret, scribit *Diodorus Siculus* in Excerptis. *Menagius.*

(368) *Diogenes Laërtius* lib. I. segm 98.

(369) Apud *Aristotelem* ego quoque duos *Periandros* reperio, sed utrumque tyrannum. De Corinthio quidem Cypseli filio in libris Politicorum ita multis in locis, ut eos afferre supervacaneum sit. De Ambraciota vero habes V. Politic. cap. 4. his verbis: ἐν Ἀμβρακίᾳ πάλιν ὡσαύτως Περίανδρον συνεκβαλὼν τοῖς ἐπιτιθεμένοις ὁ δῆμος τὸν τύραννον, εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν πολιτείαν. *Aldobrand.*

Etiam *Ælianus* Var. Hist. lib XII. cap. 35. duos fuisse *Periandros* ait, Philosophum alterum, alterum Tyrannum, *Periander* uterque Tyrannus fuit; unus, Corinthius, è numero VII. Sapientum; alter, Ampraciota, qui quidem sapiens nusquam appellatur. Quare hic rescribendum olim existimabamus: τὸν μὲν Κορίνθιον καὶ σοφὸν, τὸν δὲ Ἀμπρακιώτην. Sed fortasse alia fuit sententia *Sotionis*, *Heraclidis*, *Pamphilæ* &

Cumanis vero vinctum homicidam ad Pittacum missum, atque ab eo poena fuisse absolutum, dicente, cum rem cognovisset: *Indulgentiam poenitentiæ esse præferendam.*

CXL.

Sotion, atque *Heraclides* & *Pamphila* in quinto Commentariorum, duos ajunt fuisse *Periandros*, tyrannum alterum, alterum vero sapientem, eumque Ambraciotem.

CXLI.

Refert *Pamphila* in VII. Commentariorum, cum *Alcibiades* grandem quandam aream ad construendam domum ei, (*Socrati*,) largiretur, dixisse: An vero, si calceamentis mihi opus esset, corium dares, ut calceos mihi ipse conficerem; atqui ridiculus essem, si acciperem?

CXLII.

Refert *Pamphila* in vigesimo quinto Commentariorum, Arcadas ac Thebanos, condita civitate ingentis magnitudinis, rogasse illum, ut eam rempublicam legibus

& *Neanthis* Cyziceni, quos in hanc rem testes adducit *Laërtius*; quod ex sequentibus conjicere licet: Καὶ Ἀριστοτέλης μὲν τὸν Κορίνθιον φησὶν εἶναι τὸν σοφόν. Πλάτων δ' οὔ φησι. Periandri Ampraciotæ meminit *Aristoteles* Politic. lib. V. cap 10. ἐπεβούλευσαν δὲ καὶ Περιάνδρῳ τῷ ἐν Ἀμβρακίᾳ τυράννῳ, διὰ τὸ συμπίνοντα μετὰ τῶν παιδικῶν, ἐρωτῆσαι αὐτόν, εἰ ἤδη ἐξ αὐτοῦ κύει. & cap. 4. ubi de seditionibus, quæ ex parvis rebus nascuntur: Καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ πάλιν ὡσαύτως Περίανδρον συνεκβαλὼν τοῖς ἐπιτιθεμένοις ὁ δῆμος τὸν τύραννον, εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν πολιτείαν. Ampracia autem sive Ambracia est urbs in Epiro. Ambracia dicitur *Straboni*, *Plinio*, *Aristoteli*: Ampracia *Herodoto*, *Ptolomæo*, *Æliano*. Utramque lectionem agnoscit *Stephanus*: Ἀμβρακία, inquit, πόλις Θεσπρωτίας, ἀπὸ Ἄμβρακος, τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τοῦ Λαοκόωντος, ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αὐγέου θυγατρὸς etc. εὕρηται καὶ διὰ τοῦ π ἀντὶ τοῦ β, ὅθεν καὶ τὸ Ἀμπρακιώτης, ἀπὸ τοῦ Ἄμπρακος γενικῆς καὶ Ἀμπρακία. *Menagius.*

(370) *Diogenes Laërtius* lib. II. segm. 24.

(371) Lege cum *Casaubono*: μὴ καὶ καταγέλαστος ἂν ἦν λαβών: Etiam Socratem *Alcibiadi* munera remisisse scripsit *Ælianus* Var. Hist. IX. 29 Ὅτι ἐφιλοτιμήσατο Ἀλκιβιάδης δῶρα πολλὰ πέμψαι Σωκράτει· καὶ οὖν Ξανθίππης καταπλαγείσης τὰ πεμφθέντα, καὶ ἀξιούσης λαβεῖν αὐτά, ὁ δὲ ἔφη. Ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς τῇ φιλοτιμίᾳ τῇ τοῦ Ἀλκιβιάδου παραταξώμεθα, μὴ λαβεῖν τὰ πεμφθέντα, φιλοτιμησάμενοι. Sed & *Stobæus* serm. l. de prudentia: Σωκράτης ὁ φιλόσοφος πολλὰ τῶν φίλων αὐτῷ πεμπόντων, ἐπειδὴ μηδὲν δεχόμενος, ἐπὶ τούτῳ δὲ Ξανθίππης ἐλυπεῖτο, ἔφη· Ἂν τὰ διδόμενα πάντα ἑτοίμως λαμβάνωμεν, οὐδ' αἰτοῦντες τοὺς διδόντας ἕξομεν. Etiam *Alcibiades* ipse in Convivio *Socratem* ait difficilius pecuniis, quam Ajacem ferro domari posse. Invulnerabilem fuisse *Ajacem*, præterquam in cervice, fabulae narrant. *Menagius.*

(372) *Diogenes Laërtius* lib. III. segm. 23.

την· ὁ δὲ μαθὼν ἴσον ἔχειν οὐ θέλοντας, [373] οὐκ ἐπορεύθη.

CXLIII.

Ὁ Θεόφραστος [374] γέγονεν ἀνὴρ συνετώτατος [375] καὶ φιλοπονώτατος, καὶ καθά φησι Παμφίλη [376] ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ τῶν ὑπομνημάτων, διδάσκαλος Μενάνδρου [377] τοῦ Κωμικοῦ.

CXLIV.

Παμφίλη [378] Ἐπιδαυρία, σοφὴ, θυγάτηρ Σωτηρίδου, οὗ λέγεται εἶναι καὶ τὰ συντάγματα, [379] ὡς Διονύσιος ἐν τῇ λ' τῆς μουσικῆς ἱστορίας· ὡς δὲ ἕτεροι γεγράφασι, Σωκρατίδα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. Ἱστορικὰ ὑπομνήματα ἐν βιβλίοις λγ. [380] Ἐπιτομὴν τῶν Κτησίου, ἐν βιβλίοις γ'. Ἐπιτομὰς ἱστοριῶν [381] τε καὶ ἑτέρων βιβλίων παμπλείστας· περὶ ἀμφισβητήσεων· περὶ ἀφροδισίων, καὶ ἄλλων πολλῶν.

CXLV.

Περὶ ΠΑΝΥΠΕΡΣΕΒΑΣΤΗΣ.

Ὁ μέγας [382] Λογοθέτης, (Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης,) μεστὸς ἐννοιῶν ἐκ τῶν βασιλείων οἴκαδε ἐλθὼν, ἐκάθετο ἐπιπολὺ σιωπῶν, καὶ μηδ' ὅλως μηδὲν πρὸς οὐδένα φθεγγόμενος· ἀλλὰ στρέφων λογισμοὺς ἀεὶ περὶ τὸν νοῦν συχνοὺς, καὶ τῶν μελλόντων πλήρεις, κωφῷ τε καὶ μηδὲν αἰσθανομένῳ τῶν παρόντων ἀτεχνῶς ἐῴκει· καὶ ταῦτα τῆς συζύγου μετὰ τῆς θυγατρὸς Πανυπερσεβάστης καὶ τῶν υἱέων παρακαθημένων κατὰ τὸ εἰωθὼς, καὶ ἱλαράν

τινα

(373) Id ipsum testatur *Ælianus* Var. Hist. II. 42. Ἡ Πλάτωνος δόξα, καὶ ὁ τῆς κατ' αὐτὸν ἀρετῆς λόγος, καὶ εἰς Ἀρκάδας ἀφίκετο καὶ Θηβαίους, καὶ οὖν ἐδεήθησαν αὐτοῦ, πρέσβεις ἀποστείλαντες, σὺν τῇ ἀνωτάτω σπουδῇ ἀφικέσθαι σφίσι τὸν ἄνδρα (emendabat *Tan. Faber*: σὺν τῇ δεινοτάτῃ σπουδῇ) οὐκ ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν νέων προστασίᾳ, οὐδ' ἵνα αὐτοῖς συγγίνηται ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἔτι τούτων μεῖζον, νομοθέτην αὐτὸν ἐκάλουν· οὐκ οὖν ἔμελλον ἀτυχήσειν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ γὰρ ἥσθη ὁ τοῦ Ἀρίστωνος τῇ κλήσει καὶ δὴ καὶ ἔμελλεν ὑπακούεσθαι. Ἤρετο μέντοι τοὺς ἥκοντας, πῶς ἔχουσι πρὸς τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντες; ἐπεὶ δὲ ἔμαθε παρ' αὐτῶν, ὅτι καὶ πάνυ ἀλλοτρίως, οὐδὲ πείσειν αὐτοὺς τιμᾶν τὴν ἰσονομίαν, ἀπείπατο τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιδημίαν. De Cyrenæis, non de Arcadibus aut Thebanis, rem narrat, atque aliter, *Plutarchus* in libello ad Principem ineruditum, ipso initio: Πλάτωνα Κυρηναῖοι παρεκάλουν νόμους τε γραψάμενον αὐτοῖς ἀπολιπεῖν, καὶ διακοσμῆσαι τὴν πολιτείαν· ὁ δὲ παρῃτήσατο, φήσας χαλεπὸν εἶναι Κυρηναίοις νομοθετεῖν οὕτως εὐτυχοῦσιν· οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον καὶ τραχὺ, καὶ δυσάρκτον, ὡς ἔφυ ἀνὴρ εὐπραγίας δοκούσης ἐπιλαμβανόμενος. *Menagius.*

[374] *Diogenes Laërtius* lib. V. segm. 36.

[375] Eruditissimum quoque appellavit *M. Cicero* lib. V. Tuscul Quæst. his verbis: *Hic autem elegantissimus omnium philosophorum & eruditissimus.* Aldobrand.

[376]

bus instrueret, quos cum ille didicisset, æqualitatem sectari nolle, profectum non esse.

CXLIII.

Theophrastus fuit vir summæ prudentiæ studiique singularis, atque ut scribit *Pamphila* trigesimo secundo commentariorum libro, Menandrum ipsum comicum instituit.

CXLIV.

Pamphile, Epidauria, sapiens, filia *Soteridis*: cujus etiam esse dicuntur Commentarii historici, (qui sub *Pamphiles* nomine circumferuntur,) ut auctor est *Dionysius* libro XXX. Historiæ Musicæ: vel ut alii tradunt, *Socratidis* mariti ejus. Scripsit commentarios historicos libris XXXIII. Epitomen *Ctesiæ* libris tribus; Epitomas historiarum aliorumque librorum quamplurimas; de controversiis; de re venerea & aliis multis.

CXLV.

De PANYPERSEBASTA.

Magnus *Logotheta*, (Theodorus Metochita,) è palatio plenus cogitationum domum reversus, longo tempore tacitus sedit, nemini ullum verbum loquens; sed multiplices curas subinde animo volvens; in futuri meditatione totus; plane similis muto & surdo, nec quidquam sentienti eorum, quæ coram ipso gererentur; idque uxore cum filia Panypersebasta & filiis de more assidentibus, &

[376] Hic quoque exemplaria quædam habent Πάμφιλος pro Παμφίλη ut & supra. Sed in plerisque locis hujus libri Παμφίλη cum illorum omnium assensu legitur. *H. Stephanus.*

[377] Cui quidem rei temporum ratio non repugnat. Quo enim tempore, concedente Chalcidem *Aristotele*, *Theophrastus* scholæ præesse cœpit, eodem fere *Menander* primam fabulam Orgen dedit. *Eusebius* in Chronicis. *Aldobrand.*

[378] *Suidas* in Παμφίλη Tom. III. pag. 14. ed. Cantabr.

[379] Locus hic mihi mutilus esse videtur; quem sic scribendum & supplendum esse censeo: ἣ λέγεται εἶναι καὶ τὰ συντάγματα ἱστορικὰ, ἃ εἰς τὴν Παμφίλην ἀναφέρεται &c. Circumferebantur enim sub nomine *Pamphiles* commentarii historici, quorum auctorem patrem ejus esse nonnulli tradebant. v. *Suidam* in Σωτηρίδας. *Kusterus.*

[380] Hujus operis libros VIII. lectos sibi fuisse testatur *Photius*, quem vide. (num. CXXXIV.) *Idem.*

[381] Ex his librum secundum Excerptorum suorum consarcinaverat *Sopater*, teste *Photio* Cod. CLXI. *Idem.*

[382] *Nicephorus Gregoras* Historiæ Byzant. lib. VIII. cap. 5. segm. 4 sq. pag. 188 sq. ed. Paris.

τινα καὶ μειδιῶσαν ἐκδεχομένων γλῶσσαν ἀκηκοέναι· ὀψὲ δ' ἀναγκασθεῖσα ἡ σύζυγος, αὐτὴ μὲν ἀφελῶς ὑπὸ φύσεως ἔχουσα πρὸς τὸ λέγειν, διένευσε πρὸς τὴν θυγατέρα τὴν Πανυπερσεβάστην, φθέγξασθαί τι τῇ χρείᾳ καὶ τῷ καιρῷ πρόσφορον. Ἦν γὰρ αὕτη νεάζουσα [383] μὲν τὰ τῆς ἡλικίας, ἀλλ' οὖν ἐπὶ μέγα συνέσεως ἥκουσα, καὶ γλῶσσαν παρὰ τῆς φύσεως ἐντυχήσασα, οὐκ αὐτῇ μᾶλλον ἢ Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ τῶν σοφῶν τοῖς τοιούτοις μάλα προσήκουσαν. Ἡ δὴ καὶ διάρασα πρὸς τὸν πατέρα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔλεξε τοιάδε· Τολμηρὸν μὲν ἴσως καὶ προπετείας δόξειεν ἄν πως μεστὸν, ὦ πάτερ, θυγατέρα νεάζουσαν ἔτι πρὸς πατέρα παῤῥησιάζεσθαι, καὶ ἀμαθίᾳ συζῶσαν γλῶσσαν ἀτενίζειν πρὸς τὸν τῆς σοφίας Ὄλυμπον. Ἐπεὶ δ' ἥτε μήτηρ προτρέπει, καὶ μετὰ τοῦ πράγματος ὁ καιρὸς ἐπιτίθεται, φθέγξομαι τόγε εἰς δύναμιν ἧκον. Ἵνα τι γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον σιγῶν, σοφώτατε πάντων ἀνθρώπων, ἀνέχῃ μὲν γνωσιμαχεῖν ἐπὶ σαυτῷ, καὶ κατατήκειν σαυτὸν, κοινωνεῖν δ' ἡμῖν οὐκ ἐθέλεις τῆς γνώμης, ἵνα καὶ τῆς λύπης ἡμεῖς σοι γενόμενοι κοινωνοὶ, κουφότερον καταστήσωμέν σοι τὸ πάθος; πολλὴν γὰρ ἡμῖν ἡ τῶν ὄψεων σύγχυσις, καὶ ἡ τῆς γλώττης ἀσφάλεια μηνύει σαφῶς τὴν ἐν τῇ ψυχῇ σου τῆς λύπης ἀκμὴν, ἢ τῆς καρδίας χειρωσαμένη τὰ καίρια, καθάπερ ἀκρόπολιν, ἢ ῥίζαν τινὰ καὶ σύνδεσμον τῶν ζωτικῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, κάθηται ἀναπόσπαστα ἐπιβοσκομένη τὴν ὥραν τῶν λογισμῶν, καὶ συνθολοῦσα τὰς περιόδους αὐτῶν, καὶ ἐμβριθὲς ποιοῦσα τὸ ἡγεμονικόν· ὥσπερ δ' ἔλαιον καὶ κηρὸς καὶ καλάμη καὶ χόρτος πυρὸς ἐπεφύκει τροφὴ, οὕτω καὶ σιωπὴ περὶ τὴν ψυχὴν ἠθροισμένους εὑρίσκουσα τῆς λύπης τοὺς ἄνθρακας, καθάπερ ὕλην αὐτοῖς καὶ τροφὴν [384] ἑαυτὴν [385] χορηγεῖ, μηδαμὴ διὰ γλώττης ἐξιέναι παραχωροῦσα [386] τὸν ἐγγινομένον ἐκεῖθεν καπνὸν τῇ ψυχῇ. Σὺ γοῦν ἵνα μὴ τῷ χρόνῳ τὸ πάθος ἰσχὺν εἰληφὸς βλάβην ἀνέλπιστον ἀναφέρῃ, [387] διανάστηθι πρὸς Θεοῦ, καὶ γενοῦ σαυτοῦ· οὐ γὰρ σὸν, τὴν εὐγένειαν τῆς φιλοσοφίας εἰς τοιαύτην κατασπᾶν σμικροπρέπειαν, καὶ ἀωρίαν τοσαύτην τοῦ ταύτης κατασκεδάζειν σεμνώματος. Πέφυκε γὰρ πῶς τὸ τῆς λύπης δεινὸν ῥᾷστα τῇ παρατάσει τῆς σιωπῆς πολλαπλασιάζεσθαι· χωρεῖ γὰρ ἀνατρέχον ἐπὶ τὰ ἔνδον ἀεὶ δίκην ἕλκους, καὶ οὐ πρότερον ἀφίσταται τοῦ πάντα νέμεσθαι λάθρα τὰ πρόσω, πρὶν ἂν καὶ αὐτοὺς ὡς εἰπεῖν

[383] *Wolfius* νεάζουσαν hoc loco, & paulo infra, interpretatur *adolescentulam*. Sed adolescentula non erat, cujus filia quadriennio post nuptui collocata est. vid. cap. IV. sect. 2. infra. *Boivin.*

[384]

& hilarem ac jucundam aliquam vocem ab eo exſpectantibus. Tandem coacta uxor, ipſa quidem natura ſua parum eloquens filiæ Panyperſebaſtæ innuit, ut pro re ac tempore aliquid opportuni loqueretur. Nam erat illa quidem juvenis ætate, ſed peringenioſa; & eam dicendi vim à natura acceperat, quæ ipſam non magis quam *Platonem* aut *Pythagoram*, aut ejusmodi viros ſapientes deceret. Tum autem oculis hiſcentibus patrem intuens, ſic exorſa eſt: Audaciæ forſan & temeritatis ſummæ eſſe videatur, o pater, me filiam adoleſcentulam liberius apud te proloqui & eam, cujus lingua alumna ſit imperitiæ, oculos intendere audere adverſus altiſſimam ſapientiæ arcem. Sed cum & mater hortetur, & tempus resque ipſa poſtulet, dicam ut potero. Quianam, ſapientiſſime omnium mortalium, tamdiu tacitus ſedes, tuumque ipſius animum excrucias & moerore conficis: nec tuam nobis mentem communicas, ut iſtius triſtitiæ parte in nos recepta, doloris ſenſum levemus? Nam & perturbatio vultus tui & linguæ ſilentium ſatis declarant, quam vehemens ſit animi tui dolor, qui intimum cor veluti arcem quandam aut potius velut radicem & vinculum vitalium animæ facultatum invaſit, atque ibi penitus infixus ingenii florem depaſcitur, cogitationes confundit, & nobiliorem animi partem aggravat. Ut autem oleum & cera & ſtipula & fœnum flammam alunt, ita & ſilentium, collectos in animo doloris ignes nactum, materiam quaſi ipſis & nutrimenta ſuppeditat, nec ſinit offuſum inde animo ſumum per linguam exhalari. Quare tu, ne affectus iſte tempore confirmatus inexſpectatum damnum apportet, per Deum exſurge & animum recipe. Neque enim tuum eſt, philoſophiæ nobilitatem ad tantam humilitatem dejicere, illiusque majeſtatem intempeſtivis doloris maculis aſpergere; cujus ea natura eſt, ut continuatione ſilentii multiplicetur. Subinde enim ulceris inſtar interiora invadens, obvia quæque clam depaſcere non prius

[384] Τρυφὴν *Wolfius* in margine.

[385] Non ἑαυτῇ.

[386] Non συγχωρῦσα aut συγχωρῦσα.

[387] Ἐπιφέρῃ.

πεῖν διέλθῃ τοὺς μυελοὺς τῆς ψυχῆς, καὶ αὐτὰ τοῦ ζώου τὰ καιριώτερα κατατροπώσηται μόρια. Καὶ εἰ μέν τι τῶν ἀποῤῥήτων ἐστὶν, ἄλλοις χρεὼν εἶναι ἀπόῤῥητον· ἡμῖν δὲ τοῖς σοῖς καὶ μάλα ἥκιστα.

CXLVI.

Ἐδίδασκον [388] τόν τε υἱέα καὶ ἣν ἔφαμεν αὐτοῦ θυγατέρα, (Πανυπερσεβάστην,) τὰ τῶν θύραθεν καὶ ἡμετέρων βιβλίων αἰνιγματώδη καὶ γρῖφα διαλευκαίνων, καὶ τὴν ἐκείνων νύκτα πρὸς ἡμέραν μεθαρμαζόμενος· ἦν γὰρ ἡ γυνὴ μεγαλοφυὴς ὁμοῦ καὶ φιλομαθής· τὸ μὲν δῶρον τῆς φύσεως εἰληφυῖα, τὸ δὲ τῆς γνώμης.

CXLVII.

Ἐς (389) τοὐπιὸν ἔτος ἀπῄει συζευχθησομένη τῷ Κράλῃ Σερβίας ἡ θυγάτηρ τοῦ Πανυπερσεβάστου· μεταβραχὺ δ' ἀπῄει πρὸς αὐτὴν θεωρίας ἕνεκα καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς· μεταμικρὸν δὲ καὶ ὁ Πανυπερσέβαστος, οὐκ ἐθέλων ἔτι ὑπὸ βασιλεῖ εἶναι, ἀλλ' ἑαυτῷ περιποιήσασθαι βασιλείαν, ἅτε δηλαδὴ κλῆρον οὖσαν αὐτῷ πατρικόν. Ἀφεὶς τὴν τῆς Θεσσαλονίκης ἐπιτροπὴν καὶ διοίκησιν, ᾤχετο καὶ αὐτὸς ἀπιὼν ἐς Κράλην τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ, σύμμαχον αὐτὸν ληψόμενος τῷ σκοπῷ τοῦ τοιοῦδε βουλεύματος· ὑφ' οὗ προσδεχθεὶς ἐξῆλθεν ἅμα αὐτῷ, καὶ πᾶσαν τὴν ἄχρι Στρυμόνος τοῦ ποταμοῦ καὶ Σεῤῥῶν ἐληΐσατο χώραν. Ὅθεν ὁ γηραιὸς βασιλεὺς, διὰ δέος μειζόνων κακῶν, ἀπέστειλε πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν, καὶ ἅμα τῇ πρεσβείᾳ καὶ τὰ τοῦ Καισαρικοῦ ἀξιώματος σύμβολα· ἅπερ ἐν τῷ τῶν Σκοπίων πολιχνίῳ δεξάμενος ἐκεῖνος ἐφόρεσε καὶ εἰρηνεύειν ὑπέσχετο τοῦ λοιποῦ, καὶ μηδὲν ἔτι πλέον ζητεῖν. Ἔμελλε δὲ ἤδη καὶ ἐς Θεσσαλονίκην ἐπανελθεῖν· ἀλλὰ νόσῳ δεινοτάτῃ ληφθεὶς μετὰ βραχείας ἡμέρας ἐκεῖ τὸ πέρας τοῦ βίου ἐδέξατο. Καισάρισσα δὲ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ποθοῦσά τε συνεῖναι τῇ θυγατρὶ καὶ τῷ γαμβρῷ, καὶ πρός γε αἰδουμένη Ῥωμαίους διὰ τὰ συμπεσόντα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, οὐκ ἤθελεν ἐκεῖθεν ἐξελθεῖν. Ταῦτ' ἄρα ἀναγκασθεὶς ὁ πατὴρ αὐτῆς, κεκίνηκε τὸν βασιλέα, πρεσβείαν πρὸς τὸν Κράλην ποιήσασθαι περί τε καταστήσεως ἄλλης τῶν ῥωμαϊκῶν πραγμάτων καὶ περὶ τῆς Καισαρίσσης, ὅπως οἴκαδε ἀναγκάσῃ ταύτην ἐπανιέναι. Τότε τοίνυν ἀποστάλην κἀγὼ πρέσβυς ἐς Κράλην σύν τε ἄλλοις καὶ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς, δι' ἃς ἔφθημεν εἰρηκότες αἰτίας. (390)

CXLVIII.

[388] *Nicephorus Gregoras* Historiæ Byzantinæ lib. VIII. cap. 5. segm. 7. pag. 190.

(389) Idem l. c. lib. VIII. cap. 14. segm. 2 sq. pag. 230.

(390)

prius desinit, quam ad ipsas ut ita dicam animæ medullas penetrarit, & vitalia hominis absumpserit. Quod si arcani aliquid est, aliis arcanum esto: nobis vero tuis haudquaquam.

CXLVI.

Docebam & filium ejus & quam dixi filiam, (Panyperfebastam,) interpretabarque ipsis libros profanos pariter & sacros, ambigua & perplexa explicans, & obscuris lucem afferens. Erat enim mulier & magno prædita ingenio & discendi cupida; quorum alterum naturæ, alterum voluntatis donum est.

CXLVII.

θροῖς εὔνοιαν φέρει, φίλη, καὶ μόνης καλοκαγαθίας ἔργον ἐστιν ἡ τιμή. Ταύτῃ γὰρ καὶ δυνατὸν ἀνδρὸς ἐξουσίαν καθάπερ ἔχειν γυναικί· καὶ τιμᾶσθαι πλέον ἢ θεραπεύειν (ἢ παρατηρῆσθαι vid. supra initium hujus epistolæ) τὸν ὡς ἐχθρόν. Καὶ τιμώμενος οὖν ὑπό σου, μᾶλλον αἰσχύνεται, τάχιόν τε διαλλαγῆναι θελήσει, προσπαθέστερόν τε φιλοστοργήσει, συνεγνωκὼς τὴν ἀδικίαν τὴν εἰς σε, κατανοῶν τε τὴν προσοχὴν ἐπὶ τοῦ βίου, καὶ πεῖραν τῆς στοργῆς λαμβάνων τῆς πρὸς αὐτόν. Ὥσπερ δὲ αἱ κακοπάθειαι τοῦ σώματος ἡδείας τὰς ἀναπαύσεις ποιοῦσιν, οὕτως αἱ διαφοραὶ τῶν φίλων οἰκειοτέρας τὰς διαλλαγὰς φέρουσι. Σὺ δὲ καὶ τὰ βουλεύματα τοῦ πάθους ἀντίθες. Νοσοῦντος γάρ ἐκείνου καί σε παρακαλεῖ νοσεῖν ταῖς λύπαις· καὶ ἁμαρτάνοντος περὶ τὸ εὔσχημον, καί σε περὶ τὸν κόσμον ἁμαρτάνειν· καὶ καταβλάπτοντος τὸν βίον, καί σε καταβλάπτειν τὸ συμφέρον, ἀφ' ὧν ἐπ' αὐτὸν συντετάχθαι δόξεις, καὶ κολαζομένη ἐκεῖνον, καὶ σεαυτὴν κολάζειν. Εἰ γὰρ καὶ ἀφεμένη πορεύσῃ; ἑτέρου ἄρα πειραθήσῃ ἀνδρὸς τοῦ προτέρου ἀπαλλαγεῖσα· κἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ τὰ ὅμοια, πάλιν ἄλλου· οὐ φορητὴ γὰρ νέαις χηρεία· ἢ μόνη μενεῖς ἀπ' ἀνδρὸς οἱονπερ ἄζυξ. Ἀλλὰ ἀμελήσεις τοῦ οἴκου, καὶ καταφθερεῖς τὸν ἄνδρα; ἐπωδύνου ἄρα βίου συνδιαιρήσῃ τὴν βλάβην· Ἀλλ' ἀμυνῇ τὴν ἑταίραν; περιστήσεταί σε φυλαττομένη· κἂν ἀμύνῃ μάχιμός ἐστιν οὐκ ἐρυθριῶσα γυνή. Ἀλλὰ (ἀλλ' εἰ) καλὸν ὁσημέραι μάχεσθαι πρὸς τὸν ἄνδρα; καί τι πλέον· αἱ γὰρ μάχαι καὶ λοιδορίαι τὴν μὲν ἀκολασίαν οὐ παύουσι, τὴν δὲ διαφορὰν ταῖς προκοπαῖς αὔξουσι. Τί δέ; βουλεύσῃ τι κατ' ἐκείνου; μή, φίλη. Ζηλοτυπίας κρατεῖν ἡ τραγῳδία ἐδίδαξε, δραμάτων ἔχουσα σύνταξιν, ἐν οἷς παρηνόμησε Μήδεια. Ἀλλ' ὥσπερ τῆς νόσου τῶν ὀφθαλμῶν ἀπέχειν δεῖ τὰς χεῖρας, οὕτω καὶ σὺ τοῦ πάθους χώριζε τὴν προσποίησιν. Διακαρτεροῦσα γὰρ θᾶττον τὸ πάθος σβέσεις.

CLXV.

ΘΕΑΝΟΥΣ περὶ θεραπαινῶν προστασίας νουθετική.

Θεανὼ Καλλιστοῖ.

Ταῖς [419] νεωτέραις ὑμῖν ἡ μὲν ἐξουσία παρὰ τοῦ νόμου δίδοται τῶν οἰκετῶν ἄρ-

[419] Exstat apud Auctores not. 416 laudatos.

ſed te ipſam reconciliationi ſemper idoneam & aptam praebere. Nam honeſti mores animi etiam inimicorum ſibi benevolentiam conciliant, amica, & morum probitatis ſolius opus eſt exhibitio honoris. Hac enim fieri etiam poteſt, ut quaſi dominium in maritum uxor obtineat; & ſatius eſt ipſi honorari, quam velut inimicus obſervari. Sic honoratus à te, magis pudore ſuffunditur, & citius redire in gratiam volet. Vehementius etiam amabit, cum ſuam in te injuriam cognoverit, & vitæ ſanctimoniam præſtantiamque animo reputarit, periculumque tui in ſe amoris fecerit. Quemadmodum afflictionum corporis jucundus quidam eſt finis & exitus, ſic amicorum controverſiæ in placidiorem gratioremque reconciliationem deſinunt. Jam vero etiam conſilia affectionis tuæ hiſce noſtris oppone. Suadet illa, ut laborante illo morbo ſuo, tu quoque labores moerore; & agente illo contra decorum, tu quoque ſecus, quam te decet, agas; & diminuente illo rem familiarem, tu quoque diminuas id, quod par eſt, dum ſupra eum ordinata videberis, & reprehendens illum, te quoque ipſam reprehendas. Per divortium diſcedes? tum à priore marito ſejuncta ad alterum te applicabis; atque ſi ſimiliter ille deliquerit, rurſus ad alium; non enim eſt adoleſcentibus fœminis tolerabilis viduitas; aut ſola perſeverabis abſque marito quaſi cœlebs. Vis autem negligere domum, & virum perdere? miſeræ & acerbæ vitæ ſimul & una cum illo damnum feres. Verum ulciſceris ſcortum? obſervabit te nimirum cauta; & ſi ad verbera venias, pugnax hercle mulier eſt, quæ pudore vacat. At num pulchrum eſt, quotidianas cum marito diſcepationes habere? imo eſt aliquid amplius; diſceptationes enim & jurgia non finem imponunt intemperantiæ, ſed inimicitiis incrementum addunt. At aliquod contra ipſum conſilium inibis? ne faxis, amica. Non hoc ſed zelotypiam vincere tragœdia docet, dramatum in formam compoſita de enormibus Medeæ flagitiis. Quemadmodum ab oculorum morbo cohibendæ ſunt manus, ita tu quoque ægritudini tuæ noli addere aliquod facinus. Etenim patientia & perſeverantia citius damnum extingues.

CLXV.

THEANUS de famularum regimine adhortatoria.

Theano Calliſtoni.

Vobis quidem junioribus à lege datur poteſtas imperandi famulis, ſimulatque nubi-

ἄρχειν ἅμα τῷ γήμασθαι· ἡ δὲ διδασκαλία παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἀπαντᾶν ὀφείλει περὶ τῆς οἰκονομίας ἀεὶ παραινούντων. Καλῶς γὰρ ἔχει πρότερον μανθάνειν, ἃ μὴ γινώσκεται, καὶ τὴν συμβουλὴν οἰκειοτάτην τῶν πρεσβυτέρων ἡγεῖσθαι. Ἐν τούτοις γὰρ παρθενοτροφεῖσθαι δεῖ νέαν ψυχήν. Ἀρχὴ δέ ἐστιν οἴκου πρώτη γυναιξὶν, ἀρχὴ θεραπαινῶν. Ἔστι δὲ, ὦ φίλη, μέγιστον ἐπὶ δουλείᾳ εὔνοια. Αὕτη γὰρ οὐ συναγοράζεται τοῖς σώμασιν ἡ κτῆσις, ἀλλ᾽ ἐξ ὑστέρου γεννῶσιν αὐτὴν οἱ συνετοὶ δεσπόται. Δικαία δὲ χρῆσις αἰτία τούτου, ἵνα μήτε διὰ τὸν κόπον κάμνωσι, μήτε ἀδυνατῶσι διὰ τὴν ἔνδειαν· εἰσὶ γὰρ ἄνθρωποι τῇ φύσει. Ἔνιαι δὲ κέρδος τὸ ἀκερδέστατον ἡγοῦνται, τὴν τῶν θεραπαινῶν κακουχίαν· βαρύνουσαι μὲν τοῖς ἔργοις, ὑποστελλόμεναι δὲ τῶν ἐπιτηδείων. Εἶτα ὀβολιμαῖα κέρδη περιποιούμεναι, μεγάλοις ζημιοῦνται τιμήμασι, δυσνοίαις καὶ ἐπιβουλαῖς κακίσταις. Σοὶ δὲ πρόχειρον ἔστω τὸ μέτρημα τῶν σιτίων πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῆς ἐριουργίας τοῖς ἐφ᾽ ἡμέραν πόνοις. Καὶ πρὸς μὲν τὴν δίαιταν οὕτως. Πρὸς δὲ τὰς ἀταξίας, τό σοι πρέπον, οὐ τὸ ἐκείνοις συμφέρον, ἐξυπηρετητέον. (f. ἔστω ὑπερτερέον.) Τιμᾶν μὲν γὰρ δεῖ θεραπαίνας τὸ κατ᾽ ἀξίαν. Τὸ μὲν γὰρ ὠμὸν οὐκ οἴσει τῷ θυμῷ χάριν, τὸ δὲ μισοπόνηρον οὐχ ἧττον ὁ λογισμὸς βραβεύει. Ἐὰν δὲ ἡ ὑπερβολὴ τῆς κακίας τῶν θεραπαινῶν ἀνίκητος ᾖ, ἐξοριστέον μετὰ πράσεως. Τὸ γὰρ ἀλλότριον τῆς χρείας ἀλλοτριούσθω καὶ τῆς κυρίας. Ἔστω δέ σοι γνώμη τοῦδε πρόεδρος, καθ᾽ ἣν γνώσῃ τὸ μὲν ἀληθὲς τῆς ἁμαρτίας, πρὸς τὸ τῆς καταγνώσεως δίκαιον. Τὸ δὲ τῶν ἡμαρτημένων μέγεθος, πρὸς τὸ κατ᾽ ἀξίαν τῆς κολάσεως. Δεσποτικὴ δὲ καὶ ἡ γνώμη, χάρις ἐφ᾽ ἡμαρτημένοις ζημίας ἀπαλλάττουσα. Οὕτω δὲ τὸ πρέπον ἐπὶ τοῦ οἰκείου τρόπου διαφυλάξει. Ἔνιαι γὰρ, ὦ φίλη, ὑπ᾽ ὠμότητος καὶ μαστίζουσι τὰ τῶν θεραπαινῶν σώματα, θηριούμεναι διὰ ζῆλον ἢ θυμὸν, οἷον ὑπομνηματογραφούμεναι τὴν ὑπερβολὴν τῆς πικρίας· αἱ μὲν γὰρ ἀνηλώθησαν χρόνῳ διαπονούμεναι, αἱ δὲ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπορίσαντο, τινὲς δὲ ἐπαύσαντο τοῦ ζῆν αὐτόχειρι θανάτῳ μεταστᾶσαι. Καὶ λοιπὸν ἡ τῆς δεσποίνης μόνωσις ὀδυρομένης τὴν οἰκείαν ἀβουλίαν, ἔρημον μετάνοιαν ἔχει. Ἀλλ᾽, ὦ φίλη, ἴσθι μιμουμένη τὰ ὄργανα· ἀφωνεῖ μᾶλλον ἀνειμένα, ἐκρήττεται δὲ μᾶλλον ἐπι-

nubitis. Disciplina vero à senioribus proficisci debet, qui de recte gubernanda familia semper praecepta dent & adhortentur. Bonum est enim prius discere, quorum sis rudis & ignara, atque seniorum consilium prudentissimum optimumque judicare; in his enim instituí adolescentem virginis animum oportet. Primum autem in domo mulieribus imperium est imperium in famulas. At inprimis ex servientium parte est videndum, ut ex animo serviant. Haec enim possessio non una cum corporibus emitur, sed eam postea pariunt atque comparant prudentes domini; haec acquiritur justo usu, ut neque ob laborem defatigentur, neque ob imbecillitatem deficiant. Etenim humana sunt natura praeditae. Nonnullae vero herae in lucro quaestuosissimo putant famularum oppressionem, easque premunt oneribus, & necessariis ad vitam rebus privant. Sic dum oboli lucrum faciunt, maximis mulctis afficiuntur, odiis atque insidiis perniciosissimis. Tu vero in promtu habeas mensuram ciborum ad numerum lanificii, quam laboribus quotidianis tribuas. Et quod ad victum pertinet, hactenus. Quod autem ad delicta attinet ancillarum punienda, quod te deceat, non quod illis utile sit, praevaleto. Etenim taxare famulas debet decora gravitas. Crudelitas enim non adferet animositati gratiam; aversationem autem mali non minus ratio, quam crudelitas dispensat. Quodsi extrema famularum malitia prorsus corrigi non queat, exterminanda erit per venditionem. Nam quod alius est usus, alius etiam fiat domini. Ratio autem tibi in hac re dux sit, ut dignoscas tam peccati veritatem, ne condemnes praeter aequitatem, quam delictorum magnitudinem, ut pro merito animadvertas. Dominas etiam decet condonatio, ut delicto in se recepto futurum damnum evitent. Et haec via est ad decori conservationem tibi praecipue necessariam. Quaedam enim, o amica, dominae prae crudelitate verberibus corpora famularum afficiunt, vel aemulatione vel iracundia exasperatae ferarum instar & quasi monumentum posituræ acerbitatis nimia vehementia. Ancillae enim quaedam laboribus subinde consumtae sunt; aliae sibi fuga salutem quaesiverunt, nonnullae vero è vita discesserunt, manuque sibimet ipsis mortem attulerunt: Ita in posterum Dominae solitudo, lugentis domesticam imprudentiam ac temeritatem, ad desertam quandam atque desperatam poenitudinem recidit. Sed, o amica, fac, ut imiteris organa; nimium remissa non

 sonant;

ἐπιτεινόμενα. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν θεραπαινῶν ταυτόν. Ἡ μὲν ἄγαν ἄνεσις διαφωνίαν ἐμποιοῦσα τῆς πειθαρχίας, ἡ δὲ ἐπίτασις τῆς ἀνάγκης, διάλυσιν τῆς φύσεως. Καὶ ἐπὶ τούτῳ δεῖ νοεῖν, μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.

CLXVI.

Ἐπιστολαὶ [420] πρός τινας τῆς σοφωτάτης ΘΕΑΝΟΥΣ·

Εὐρυδίκῃ τῇ θαυμασίᾳ.

Τίς λύπη κατέχει τὴν ψυχήν; ἀθυμεῖ δὲ δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ ᾧ συνοικεῖς, ἐπὶ ἑταίραν ἥκει, καὶ ταύτῃ τὴν ἡδονὴν λαμβάνει τοῦ σώματος. Ἀλλ' οὐχ οὕτω σε δεῖ ἔχειν ὦ θαυμασία τῶν γυναικῶν, ἤδη θαῦμα μᾶλλον καὶ μάλα. Οὐχ ὁρᾷς γάρ, ὅτι καὶ ἀκοή, ὅτε πλησθῇ ἡδονῆς ὀργάνου καὶ μουσικῆς μελῳδίας πληροῦται, ὅτε δὲ κόρος γένηται ταύτῃ, αὐλοῦ ἐρᾷ, καὶ δόνακος ἀκροᾶται ἡδέως. Καί τοι ποία κοινωνία αὐλῷ καὶ χορδαῖς μουσικαῖς, καὶ ἠχοῖ θαυμασίᾳ τῆς ὀργάνου μελιχροτάτης ποιότητος; οὕτω δὲ κἀπὶ σοῦ οἴου κἀπὶ τῆς ἑταίρας, ᾗ συνοικεῖ ὁ σὸς ἀνήρ. Σοῦ μὲν γὰρ σχέσει καὶ φύσει καὶ λόγῳ φροντιεῖ ὁ ἀνήρ. Ὅτε δέ ποτε κόρον λήψεται, κατὰ πάροδον τῇ ἑταίρᾳ συνοικήσει· ὅτι καὶ οἷς χυμὸς φθοροποιὸς ἐναπόκειται, τῶν τροφῶν ἔρως ἐστί τις τῶν οὐκ ἀγαθῶν. Ἐῤῥωμένως διαβιῴης.

Τιμαιωνίδῃ.

Καὶ τίς ἐμοὶ κοινωνία καὶ σοί; διὰ τί δὲ ἡμᾶς διαβάλλεις ἀεί; ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι ἐπὶ πάντων ἡμεῖς ἐπαινοῦμέν σε, εἰ καὶ σὺ τοὐναντίον ποιεῖς; ἀλλὰ γίνωσκε πάλιν, ὅτι κἂν ἡμεῖς ἐπαινῶμεν, οὐδείς ἐστιν ὁ ἀκούων. [421] Καὶ χαίρω διὰ τοῦτο, ὅτι οὕτω Θεὸς ὁρᾷ, καὶ δικάζει μάλιστα ἡ ἀλήθεια.

Εὐκλείδῃ ἰατρῷ.

Τὸ σκέλος τις ἐπεπήρωτο χθές, καὶ ὁ καλέσων ἦλθε πρός σε. Παρῆν δὲ καὶ αὐτή, τῶν συνήθων γὰρ ἦν ὁ τρωθείς. Ἅμα δὲ τάχει ἀπήντησε λέγων, ὡς καὶ ὁ ἰατρὸς

[420] Exhibet has quatuor epistolas è MS. Vaticano *Lucas Holstenius* in notis ad *Porphyrium* de vita *Pythagoræ* segm. 19. pag. 22. ed. *Kust.*

[421] Similia habet *Libanius* in Epist. ad *Aristænetum*: Σὺ μὲν ἡμᾶς εἶπας κακῶς· ἡμεῖς δέ σε καλῶς· ἀλλ' οὔτε σοί τις οὔτ' ἐμοὶ πείσεται. Non igitur acumen hujus epigrammatii: Μάψ

sonant; intenta vero magis, quam par est, disrumpuntur. Nam eodem omnino modo res cum ancillis habet. Nimia remissio dissonantiam efficit imperantis & obedientis; intentio vero ultra necessitatem dissolutionem naturae. Et super hac re cogitandum est illud, modum omnibus in rebus adhibere optimum esse.

CLXVI.

Epistolæ ad quosdam sapientissimæ THEANUS.

Eurydicæ admirabili.

Quis dolor animum tuum invasit? non enim alio discruciatur, quam quod is, in cujus contubernio vivis, ad meretriculam accedit, atque ea corporis voluptatem explet. Sed nequaquam ita te affectam esse decet, o mulierum decus aut verius miraculum. Nonne enim vides, quod & auris, ubi musici instrumenti jucunditate impleta est, musico quoque concentu expletur; ubi autem satietas eam cepit, tibiam amat, & fistulam libenter audit. Et quid tibia commune habet cum fidibus musicis & admirando suavissimi instrumenti sono? Idem quoque de te existimes & de meretrice, qua maritus tuus fruitur. Nam te & officii maritalis & naturæ & rationis instinctu curabit vir tuus. Sed si quando satietas eum ceperit, tum ad meretricis contubernium divertet; nam queis ciborum gustus corruptus est, etiam pessima quædam appetere solent.

Timæonidi.

Et quid mihi tecum negotii est? quid me perpetuo calumniaris? an nescis nos ubique te laudare, etiam si tu contra facias? Sed & hoc scias, licet nos te laudemus, nemo tamen nobis credit; & licet tu calumnieris, nemo tamen tibi aurem præbet. Ideoque gaudeo, quod & Deus ita nos intuetur, & veritas potissimum dijudicat.

Euclidi medico.

Hesterno die cum quis crus fregisset, te accersitum aliquis accessit; aderam enim & ipsa, quod amicus mihi esset, qui vulnus acceperat. Sed ille mox reversus

Μήτ' ἐμὲ λοιδορέεις, μήτ', Ζώϊλε, καί σε ἐπαινῶ.
Οὐ γὰρ ἐμοῖς, οὐ σοῖς, πίστις ἔνεστι λόγοις.

Buchanano surripui, ut volunt quidam, sed à *Theano* & *Libanio* accepi. *Menagius* in Hist. mul. Philosoph. segm. 84.

ἰατρὸς πονήρως ἔχει, καὶ ἀλγεῖ τὸ σῶμα, καὶ τὴν λύπην ἐγὼ, (ὄμνυμες τοὺς θεοὺς) ἀφεῖσα τοῦ συνήθυς ἐκείνυ, τὸν ἰατρὸν κατὰ νοῦν εἶχον, καὶ ἠντιβόλυν τὴν Πανάκειαν, καὶ τὸν Κλυτότοξον Ἀπόλλωνα, μή τι συμβαίη τῷ ἰατρῷ ἀνιαρόν. Καὶ ὅμως ἀθυμοῦσα, τέμνω σοι συλλαβὰς, μαθεῖν ἐθέλυσα, ὅπως ἔχεις, εἰ μήτε κεχάλωται σοι τὸ στόμιον τῆς γαστρὸς, εἰ μή ποτε τὸ ἧπαρ τῆς θέρμης ἠλάττωται, εἰ μή ποτε ὀργανικὴ σοι γέγονε βλάβη. Ὡς ἐγὼ πολλῶν σκελῶν καταφρονήσασα τῶν συνήθων, ἀσπάσομαί σε τὴν φίλην ὑγιείαν, ὦ ἀγαθὲ ἰατρέ.

Ροδόπη Φιλοσόφῳ.

Ἀθυμεῖς σύ; ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἀθυμῶ. Δυσφορεῖς, ὅτι μήπω σοι τὸ Πλάτωνος βιβλίον, ὃ οὕτως ἐπιγέγραπται, Ἰδέαι, ἢ Παρμενίδυ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ μάλιστα ἀνιῶμαι, ὅτι μήπω τις ἀπήνησε περὶ Κέωτος ἡμῖν διαλεξόμενος. Ου πρόσθεν γὰρ ἂν ἀποστεῖλαί μοι τὸ βιβλίον, πρὶν ἂν ἀφίκηταί τις περὶ τῶν τοιοῦδε σαφηνίσων ἀνδρὸς, ὡς λίαν γὰρ ἐρῶ τῆς ἐκείνυ ψυχῆς, τοῦτο μὲν ὡς φιλοσόφυ, τοῦτο δὲ ὡς φοβούμενος τοὺς καταχθονίυς θεοὺς, καὶ μὴ ἄλλως λόγον οἰηθῇς τὸ λεγόμενον. Ἡμίθνητος γάρ εἰμι καὶ τὸ ἠεροφαὲς ἄστρον τοῦτο οὐ φέρω βλέπειν.

CLXVII.

Τὸ [422] κοινότατον [423] τυτὶ καὶ μᾶλλον τεθρυλλημένον τὸν οἰκοδεσπότην [424] καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν, οὐκ ἀποδέχομαι μὲν τοὔνομα· [425] ὡς δὲ ἔχεις εἰδέναι, μηνύω [426] σοι, ὅτι καὶ ταῦτα ἄμφω εὗρον [427] ἐν Θεανοῦς τῆς Πυθαγόρου

[422] *Julius Pollux* lib. X. cap. 3. segm. 21.

[423] Editt. καινότατον C. V. κοινότατον, communissimum; Interpres retinuisset vellem in versione. *Kuhn.*

Pro καινότατον MS. κοινότατον, quod rectius videtur, & magis cum sequenti verbo convenire, quod in MS. τεθρυλημένον unico λ scribitur. *Jungerm.*

Kuhnius in textu dedit κοινότατον, quod secuti sumus; & vere vulgatissima fuerunt illa; saepius aetatis junioris auctores usos esse reperias, nec eos quidem infimi subsellii: in *Glossis* utrumque οἰκοδεσπότης & οἰκοδέσποινα reperitur. *Theodoretus* autem, qui captare solet eleganter atticismos, dixit: οἰκίας δεσπότην περὶ προνοίας λογ. ζ'. ὁ μὲν γὰρ τῆς οἰκίας δεσπότης πολλαῖς πολιορκεῖται φροντίσι &c. *Hemsterhuis.*

[424] *Phrynichus* quoque: οἰκίας δεσπότης λεκτέον, ὐχ ὡς Ἄλεξις, οἰκοδεσπότης. Est tamen id nomen frequens in Novo Testamento. vid. Matth. X. 25. Marc. XIV. 14. Luc. XII. 39. & alibi. *Lucas* insuper XXII. 11 ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας. Apud *Plutarch.* & id, & una etiam foemininum legitur Quæst. Rom. XXX. ὅπου σὺ κύριος καὶ οἰκοδεσπότης, καὶ ἐγὼ κυρία καὶ οἰκοδέσποινα. Idem οἰκοδεσποτοῦντας ἀστέρας nominat de Plac. philos. cap. 18. D. *Paulus* vero juniores viduas jubet γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν &c. 1 Tim. V. 14. *Seberus.*

[425]

versus ipsum quoque medicum male habere, & corporis ægritudine infestari affirmavit. Ibi ego, Deos testor, amici illius dolore omisso, de medico sollicita esse coepi; & Panaceam pharetraque celebrem Apollinem obtestabar, ne quid sequius medico eveniret; & nunc animo afflicta has ad te scribo, certior fieri desiderans, ut valeas; numquid ventriculi orificium male affectum sit, numquid hepatis calor imminutus, an aliqua pars corporis ministerio inserviens sit læsa. Ita ego multa amicorum crura negligens, tuam, o optime medicorum, amicam sanitatem præferam.

Rodopæ Philosophæ.

Animo discruciaris? discrucior & ipsa. Ægre fers me nondum tibi misisse Platonis librum, qui de Ideis. sive Parmenides inscribitur; sed & ipsa ægerrime fero, neminem adhuc à Ceote venisse, uiq mecum colloqueretur. Non enim librum ante ad te mittere possum, quam venerit, qui de illo viro indicium mihi faciat. Amo enim efflictim ipsius animam, partim quidem ut viri sapientis, partim vero ut qui bene agere nunquam cessat, partim etiam, quod terrenos Deos metuam. Nec mera verba esse existimes id quod dico. Nam semimortua sum, nec diurni hujus sideris aspectum fero.

CLXVII.

Communissimum illud & usitatissimum, paterfamilias scilicet & materfamilias non approbo: ut autem intelligas, ostendam hæc ambo in Theanus *Pythagoræ* uxoris

[425] MS. τὸ ὄνομα. De his & *Nunnesius* ad *Phrynichum* Eclog. II. in οἰκίας δεσπότης, fere hinc. Improbat vero & οὐκ ἀποδέχεται hæc vocabula *Pollux* noster; nec recte quam *Polluci* ut proba allata accepisse videtur *Gul. Fornerius* I. Select. 11. ubi exponit, quo sensu uxores *Dominæ* dicerentur. *Iungerm.*

[426] MS. μηνύω σοι, δεῖτε καὶ τ. ἀ. ἔυρον ἐν Θ. τῆς Πυθαγόρου γυν. ἐπ. & placet hæc lectio, putoque vulgata rectiorem. *H. Stephanus* hic de *Theano* adnotat videndum esse, an sit ea, quæ est inter epistolas; quod quidem putavit *Nunnesius* ad *Phrynichum* in οἰκίας δεσπότης, qui *Suidam* videndum ait. *Iungermannus.*

C. V. μηνύω pro μηνύσω. *Kuhn.*

Parum illa mihi videbantur concinna; de MSS. itaque reposui μηνύω, & mox ἔυρον, sic enim fere loqui solet *Pollux*. In *Theanûs* autem *Pythagoreæ*, seu, ut è MSS. restitui, *Pythagoræ* uxoris epistolis, quas septem evolvi, vocem illam οἰκοδεσπότης non inveni; videndus autem de hac præstantissima muliere *Holstenius* ad *Porphyrii* vitam *Pythagoræ*, & quos ille adducit, unde sua pleraque subiegit *Menagius* de vitis Philosophorum. *Hemsterhuis.*

[427] C. V. ἔυρον pro ἐυρῆμεν. *Kuhn.*

γόρε [428] γυναικὸς ἐπιστολῇ πρὸς Τιμαρέταν [429] γραφεῖσῃ.

CLXVIII.

Ἦν [430] τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ γυνὴ, [431] Θεανὼ [432] ὄνομα, Βροντίνου τοῦ Κροτωνιάτου θυγάτηρ. Οἱ δὲ γυναῖκα μὲν εἶναι Βροντίνου, μαθήτριαν δὲ Πυθαγόρου. [433]

CLXIX.

Ἱππόβοτός [434] φησι λέγειν Ἐμπεδοκλέα Τηλαυγεῖ· [435] Κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε. Σύγγραμμα δὲ φέρεται τοῦ Τηλαυγοῦς οὐδέν· τῆς δὲ μητρὸς αὐτοῦ Θεανοῦς τινα. [436] Ἀλλὰ καί φασιν αὐτὴν ἐρωτηθεῖσαν, ποσταία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύει; φάναι· Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου παραχρῆμα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδέποτε. Τῇ δὲ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα μελλούσῃ πορεύεσθαι, παρῄνει, ἅμα τοῖς ἐνδύμασι καὶ τὴν αἰσχύνην ἀποτίθεσθαι, ἀνισταμένην τε πάλιν ἅμα αὐτοῖσιν ἀναλαμβάνειν. [437] Ἐρωτηθεῖσα, ποῖα; ἔφη, ταῦτα, δι' ἃ γυνὴ κέκλημαι.

CLXX.

[428] Editt. Πυθαγορείη γυναικὸς, *interpr.* Pythagoræ uxoris. Verum si Πυθαγόρειος γυνὴ significat uxorem Pythagoræ, multas habuit ille uxores; omnes enim, qui operam dederunt Philosophiae Pythagoricae, hoc veniunt nomine, & dicuntur Πυθαγορείδες & Πυθαγορικαί. *Philochorus* scripsit συναγωγὴν Ἡρωΐδων ἤτοι Πυθαγορείων γυναικῶν. Quapropter hoc loco non uxor *Pythagorae*, quae quidem etiam *Theano* dicta est nonnullis, sed φιλόσοφος Πυθαγορικὴ est, ut *Stobæus* hanc ipsam *Theano* salutat Serm. 1;3. Non igitur erat, quod doctiss. *Menagius* in observ. ad vitam *Pythagoræ* cap. 39. *Pollucem* laudaret inter eos, qui *Theano* conjugem *Pythagoræ* appellarunt. Interpretis hoc est παρόραμα, non *Polluc*is assertum. Ergo & *epistola* ad *Timaretam Theano Brontini* uxori tribuenda est secundum *Pollucem*: uxor *Pythagorae* dici solet Πυθαγόρε γυνὴ, non Πυθαγόρειος, quæ duæ lectiones non sunt confundendae in unam. Quae hactenus dicta sunt, pertinent ad lectionem vulgatam; at C. V. habet Πυθαγόρε γυνὴ, sic esset, *Pythagorae uxor*. Solet enim fieri, ut auctores alii huic, alii vero illi Theano adscribant vel dicta vel scripta nobilia in schola Pythagorica. *Kuhn.*

[429] MS. male Τημαρεταν. *Jungerm.*

[430] *Diogenes Laërtius* lib. VIII. segm. 42.

[431] *Pythagoram* uxorem habuisse vel ex eo constat, quod est apud *Hieronymum* lib. I. adv. Jovinianum, in quo ita scribit: *Sed & Timaeus scribit, Pythagorae filiam virginem choro virginum praefuisse, & castitatis eas instituisse doctrinis.* Quam ego sententiam totidem verbis apud *Malchum* scriptam invenio: Τίμαιος δὲ ἱστορεῖ τὴν Πυθαγόρε θυγατέρα καὶ παρθένον οὖσαν, ἡγεῖσθαι τῶν παρθένων ἐν Κρότωνι, καὶ γυναῖκα τῶν γυναικῶν, & adversus *Rufinum* apologia ultima: *Pythagoram* filium & filiam habuisse dicit. Uxori vero nomen fuisse *Theano*, id scriptum est apud *Malchum* in ejus vita his verbis· ἄλλοι δὲ ἐκ Θεανοῦς τῆς Πυθώνακτος γένος Κρήσσης υἱὸν Τηλαυγῆ Πυθαγόρε ἀναγράφουσι. *Aldobrand.*

[432] *Porphyrius, Jamblichus, Julius Pollux & Suidas Theano* conjugem *Pythagorae* appellant. Ex Crotone fuisse ac mulierum primam philosophatam & versus scripsisse scripsit *Didymus* teste *Clemente Alexandr.* lib. I. Strom. *Pythagora* defuncto, ejus scholam cum Telauge ac Mnesarcho filiis regendam suscepisse scribit *Theodoritus* Therapeut. II De ea plura *Rittershusius & Holstenius* ad vitam *Pythagorae* à

Por-

uxoris epiſtola ad Timaretam ſcripta inveniri.

CLXVIII.

Erat *Pythagorae* & uxor *Theano* nomine, *Brontini* Crotoniatae filia. Hanc alii *Brontini* uxorem *Pythagorae*que diſcipulam tradunt.

CLXIX.

Hippobotus *Empedoclem* dixiſſe ait de Telauge; *Clara Theanus proles Pythagoraeque.* *Telauges* autem ille nihil ſcripſiſſe fertur, at ipſius mater *Theano* nonnihil. Sed & interrogata, *quando mulier à viro munda ſit?* dixiſſe fertur: *A ſuo quidem continuo; ab alieno vero nunquam.* Eam vero, quae ad proprium virum ingrederetur, monebat, uti *cum veſtimentis & verecundiam poneret, exſurgensque denuo cum ipſis illam una reſumeret.* Interrogata, *quaenam iſta? Haec*, inquit, ob quae *mulier vocor.*

CLXX.

Porphyrio conſcriptam collegerunt. *Menagius.*

[433] In quorum numero videtur eſſe *Malchus.* (vid. num. CLXXXI.) *Aldobrand.*

Theanos duas commemorat *Jamblichus*, unam *Brontini*, alteram *Pythagorae* uxorem. Etiam capite ultimo *Theanus* meminit, ut *Brontini* Metàpontini uxoris. Sed *Pythagorae* uxorem vocat quoque *Theodoritus*. At filiam ejus fuiſſe, quod diligenter notandum, ſcribit apud *Photium* auctor Anonymus vitae *Pythagorae*, etſi id quoque alibi memini me legere. *Suidas*, quemadmodum *Jamblichus* etiam, duas *Theanos* facit.

[434] *Diogenes Laërtius* lib. VIII. ſegm. 43.

[435] Fuit *Telauges* magiſter *Empedoclis*, auctor *Suidas.* Citatur à *Laërtio* in epiſtola ad Philolaum, de qua videndus ipſe *Laërtius* in *Empedocle.* Scripſit eodem *Suida* teſte de Quaternione libros IV. Quid ſit quaternio ille, diſces ex *G. Wendelini* diſſ. de Pythagorica Tetracty. *Telauges* meminit & *M. Aur. Antoninus* Imp. lib. VII. ex emendatione noſtra, & auctor libelli περὶ ἑρμηνείας, qui falſo *Demetrio Phalareo* tribuitur. Dialogum cui titulus Τηλαύγης ſcripſiſſe *Aeſchinem Socraticum* diſcimus ex *Laërtio* in *Aeſchine Socratico* & *Athenaeo* lib. V. Vide nos quaeſo ad *Laërtium* dicto loco. *Menagius* in hiſtoria mul. philoſ. ſegm. 81.

[436] *Theanus* epiſtolam ad Timaretam memorat *Julius Pollux* (num. CLXVII.) Exſtant jam dudum tres epiſtolae ſub ejus nomine, (vid. num. CLXIII --- CLXV.) Quatuor aliae ſub ejusdem nomine in MS. quodam Vaticano non ita diu repertae ſunt, quas publici juris fecit *Holſtenius.* (num. CLXVI.) *Menagius.*

[437] Hoc dictum damnat *Plutarchus* in aureolo illo Praeceptorum Conjugalium libello, ubi illud *Herodoto* tribuit. *Non recte*, inquit, *ab* Herodoto *dictum eſt, ſimul cum tunica mulierem verecundiam exuere; quae enim caſta eſt, poſita veſte, verecundiam ejus loco induit.* Locus *Herodoti* eſt initio libri I. Verba ejus ſunt: ἅμα ἢ κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. Hoc dictum, ut obiter id moneam, *Pythagorae* nurui tribuit *Mich. Montanus* lib. I. Conatuum cap. 12. memoriae lapſu videlicet. *Menagius* in hiſt. Mul. Philoſ. ſegm. 82.

CLXX.

Ἡ [438] Θεανὼ παρέφηνε τὴν χεῖρα περιβαλλομένη τὸ ἱμάτιον· τινὸς δὲ εἰπόντος. καλὸς ὁ πῆχυς· ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἔφη.

CLXXI.

Θεανὼ [439] ἡ Πυθαγορικὴ γράφει· ἦν γὰρ τῷ ὄντι τοῖς κακοῖς εὐωχία ὁ βίος, πονηρευσαμένοις, ἔπειτα τελευτῶσιν, εἰ μὴ ἦν ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ἕρμαιον ὁ θάνατος. [440]

CLXXII.

Οὐχὶ [441] Θεανὼ [442] ἡ Πυθαγορικὴ ἐς τοσοῦτον ἧκεν φιλοσοφίας, ὡς πρὸς τὸν περιέργως ἀπιδόντα καὶ εἰπόντα, καλὸς ὁ πῆχυς, ἀλλ' οὐ δημόσιος, [443] ἀποκρίνασθαι; Τῆς αὐτῆς φέρεται σεμνότητος κἀκεῖνο τὸ ἀπόφθεγμα· ἐρωτηθεῖσα γὰρ, ποσταία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν; ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου καὶ παραχρῆμα, ἔφη· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδεπώποτε. [444]

CLXXIII.

Πρὸς [445] Δεινωνῶ [446] τὴν Βροντίνου γυναῖκα τῶν Πυθαγορείων ἑνὸς, οὖσαν σοφήν τε καὶ περιττὴν τὴν ψυχὴν, (ἧς ἐστι καὶ τὸ καλὸν καὶ περίβλεπτον ῥῆμα, τὸ τὴν γυναῖκα δεῖν θύειν αὐθημερὸν, [447] ἀνισταμένην ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ ἀνδρός· ὅ τινες εἰς Θεανὼ [448] ἀναφέρουσι,) πρὸς δὴ ταύτην παρελθούσας τὰς Κροτωνιατῶν γυναῖκας

[438] *Plutarchus* in Conjug. praeceptis Tom. II. Opp. pag. 142. C. cujus verba repetit *Jo. Stobaeus* Serm. LXXII. in nuptialibus praeceptis pag. 442, 32.

[439] *Clemens Alex.* Strom. lib. IV. cap. 7. pag. 492.

[440] Haec verba hoc quidem loco supervacanea sunt. *Theanus* enim sententia absque iis perfecta est. Mihi videntur ad sequentem *Platonis* sententiam referri debere, quam cum imperfecte recitasset Auctor, aliquis his verbis in libri sui margine scriptis eam complevit, quae deinceps alieno loco recepta in textum sunt. Porro *Platonis* verba in Phaedone sic se habent pag. 80. Εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος, τοῦ παντὸς ἀπαλλαγὴ, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι, τοῦ τε σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι καὶ τῆς αὐτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς. Jam ex his facile constat hanc sententiolam ἕρμαιον ὁ θάνατος ex *Platone* additam fuisse. *Justinus M.* eadem *Platonis* verba in animo habuisse videtur, haec scribens. Dial cum Tryph p. 223 ed. Paris. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ πάσας ψυχὰς ἐγώ. Ἕρμαιον γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς. Et haec in Apolog. I. pag. 33. ed Oxon. Ὅπερ, εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώρει, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶσιν. *Potterus.*

[441] *Clemens Alexandr.* Strom. lib. IV. cap. 19. pag 522.

[442] *Jamblichus* de vita *Pythagorae* cap. 27. *Theanos* duas commemorat; unam *Brontini*, qui ab aliis *Brotinus* dicitur, alteram *Pythagorae* uxorem; quarum utraque Philosophiae Pythagoricae operam dedit; unde non satis constat, utri earum haec dicta tri-

CLXX.

Theano tunica ſe amiciens cubitum exeruit; & dicenti cuidam, pulcher hic cubitus eſt, reſpondit: atqui non eſt publicus.

CLXXI.

Scribit *Theano* Pythagorica: *Eſſet enim revera malis vita epulum, qui poſtquam omnia commiſerunt ſcelera, deinde moriuntur, ſi non eſſet anima immortalis, mors eſſet lucrum.*

CLXXII.

Non *Theano* Pythagorica eo proceſſit philoſophiæ, ut ei, qui ipſam curioſe aſpexerat, & dixerat, *Pulcher cubitus*, reſponderit, *at non publicus?* Ejusdem gravitatis fertur illud quoque dictum: Rogata enim: *Quoto die mulier poſt congreſſum cum viro, in ſacrum Cereris venire* poſſit? *A proprio quidem vel ſtatim*, ſubjunxit, *nunquam vero ab alieno.*

CLXXIII.

Ad *Deinono Brontini* Pythagorei conjugem, ſapientia & animi dotibus præcellentem; (cujus eſt etiam egregium illud & illuſtre dictum: mulieri eo ipſo die fas eſſe ſacra facere, quo à marito ſuo ſurrexerit; quod quidam *Theanoni* acceptum ferunt;) veniſſe Crotoniatarum uxores, eamque rogaſſe, perſuaderet

tribuenda ſint. *Theodoretus* hunc *Clementis* locum tranſtulit in Serm. *XII.* *Potterus.*

[443] Hoc dictum retulit *Clemens Alexandrinus* Pædag. lib. II. cap. 10. pag. 204. ubi auctoris nomen non memorat.

[444] *Diogenes Laërtius*, (num. CLXIX.) *Stobæus*, (num. *CLXXVIII*) *Theo*, (num. *CLXXIV.*) & *Theodoretus* (num *CLXXV.*) hoc effatum referunt. *Jamblichus* lib. de vita *Pythagoræ* cap. 11. id *Pythagoræ* tribuit: Ἔτι δὲ τὸ περιβόητον γενόμενον ἀποφθέγξασθαι κατὰ τὴν σύνοδον, ὡς ἀπὸ μὲν τοῦ συνοικοῦντος ἀνδρὸς ὅσιόν ἐστιν αὐθημερὸν προσιέναι τοῖς ἱεροῖς· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ προσήκοντος οὐδέποτε. *Idem.*

[445] *Jamblichus* in vita *Pythagoræ* cap. 27. ſegm. 132. pag. 111. ed. *Kuſt.*

[446] *Arcerius* ſcribendum monuit πρὸς Θεανὼ, quod probo. Sic enim *Brontini* uxor appellatur infra cap. ult. ſub finem; itemque à *Suida* v. Θεανὼ & *Laërtio* lib. VIII. ſegm 42. Erat vero & altera *Theano*, *Pythagoræ* uxor, cujus etiam hoc ipſo loco ſit mentio. *Kuſterus.*

[447] Paulo aliter hoc apophthegma refert *Laertius* (num. *CLXIX.*) aliique Scriptores à *Menagio* ibi citati. Illis vero, (quod obiter moneo) addendus eſt *Theo* in Progymnaſmatis pag. 69. conf. etiam Noſtrum ſupra ſegm. 55. ubi dictum hoc ipſi *Pythagorae* tribuitur. *Idem.*

[448] Utique cum *Arcerio* addendum cenſeo, τὴν τοῦ Πυθαγόρου, i. e. *Pythagorae uxorem*: ut ſic diſtinguatur à *Theanone Brontini* uxore; cujus paulo ante facta eſt mentio. *Idem.*

ναῖκας παρακαλέσαι περὶ τοῦ συμπεῖσαι τὸν Πυθαγόραν διαλεχθῆναι περὶ τῆς πρὸς αὐτὰς σωφροσύνης τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν.

CLXXIV.

Θεανὼ (449) ἡ Πυθαγορικὴ φιλόσοφος ἐρωτηθεῖσα ὑπό τινος, ποία γυνὴ ὑπ' ἀνδρὸς καθαρὰ εἰς τὸ θεσμοφορεῖον κάτεισιν; εἶπεν· ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου παραχρῆμα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε.

CLXXV.

Θεανὼ (450) ἡ Πυθαγορικὴ, ἀποβλέψαντός τινος εἰς αὐτὴν καὶ εἰπόντος. καλὸς ὁ πῆχυς· ἀλλ' ου δημόσιος, ἀπεκρίνατο. Ἐρωτηθεῖσα δὲ πάλιν, ποςαία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν; ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, παραχρῆμα, ἔφη· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδέποτε.

CLXXVI.

Ἡ φιλόσοφος [451] Θεανὼ, τοῦ πήχεος αὐτῆς γυμνωθέντος, ἐπειδή τις παίζων εἰρήκει πρὸς ταύτην· καλὸς ὁ πῆχυς· ἀλλ' ου δημόσιος, εἶπεν ἐκείνη.

CLXXVII.

Θεανὼ (452) ἐρωτηθεῖσα ἡ Πυθαγόρειος, πῶς ἔνδοξος ἔσται; ἔφη·

Ἱστὸν ἐποιχομένη, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσα.

CLXXVIII.

Θεανὼ (453) ἐρωτηθεῖσα, ποςαία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύει; ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, εἶπε, παραχρῆμα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε.

CLXXIX.

Θεανὼ (454) ἡ Πυθαγορικὴ φιλόσοφος ἐρωτηθεῖσα, τί πρέπον εἴη γυναικί; τὸ τῷ ἰδίῳ, ἔφη, ἀρέσκειν ἀνδρί.

CLXXX.

(449) *Theon Sophista* in Progymnasm. cap. 5. de Chria pag. 69. ed. Elzev.

(450) *Theodoretus* in Therapeut. Serm. *XII.* de virtute activa Tom. IV. Opp. pag. 675. A.

(451) *Anna Comnena* Alexiados lib. VIII. ed. *Hoeschel.* pag. 162. & lib. *XII.* ed Paris. pag. 351.

(452)

ſuaderet *Pythagoræ*, ut ad maritos ſuos de continentia uxoribus debita verba faceret.

CLXXIV.

Theano ſtudioſa philoſophiæ Pythagoricæ, interrogata à quodam: Quænam mulier à viro pura ad Cereris ſacra veniret? A ſuo, inquit, quævis ſtatim, ab alieno nunquam.

CLXXV.

Theano Pythagorica, cum eam quidam intuitus diceret: *Pulchrum brachium*; reſpondiſſe fertur: At non publicum. Rogata vero rurſus: Quoto die à viri congreſſu mulier Theſmophoriis interſit? *A proprii*, inquit, *ſtatim*, *ab alieni nunquam.*

CLXXVI.

Theano ferunt, Philoſophiæ non modo cultricem, ſed etiam magiſtram feminam, cum olim forte ipſi nudato brachio arridens aliquis dixiſſet: *o pulchrum cubitum*! ſic ſtatim adjunxiſſe: at non exponi ſolitum oculis hominum.

CLXXVII.

Theano, Pythagoræ dogmatum ſtudioſa, interroganti, *quomodo celebris evaſura eſſet?* reſpondit:

Contexens telam, & meum curans conjugium.

CLXXVIII.

Theano Pythagoricæ profeſſionis mulier interrogata, *quot dies mulier poſt viri congreſſum pura fieret? A proprio quidem viro*, dixit, *confeſtim*; *ab alieno autem nunquam.*

CLXXIX.

Theano Pythagorica quærenti, *quod officium eſſet matronæ?* reſpondit: *viro ſuo placere.*

CLXXX.

(452) *Joannes Stobaeus* Serm. *LXXII.* in nuptialibus præceptis pag. 441, 11.

(453) *Idem* l. c. pag. 443, 13.

(454) *Idem* l. c. pag. 443, 20.

CLXXX.

Θεανώ, (455) Μεταποντίνη, ἢ Θουρία, Πυθαγορεία θυγάτηρ Λεώφρονος, γαμετὴ δὲ Καρύστου, ἢ Κρότωνος, ἢ Βροτίνου (456) τοῦ Πυθαγορείου. Ἄυτη ἔγραψε περὶ Πυθαγόρου· περὶ ἀρετῆς Ἱπποδάμῳ Θουρίῳ· παραινέσεις γυναικείας· καὶ ἀποφθέγματα Πυθαγορείων.

Θεανὼ, Κρῆσσα, φιλόσοφος, θυγάτηρ μὲν Πυθώνακτος, γαμετὴ δὲ τοῦ μεγάλου Πυθαγόρου, ἐξ ὃυ ἔσχε Τηλάυγην καὶ Μνήσαρχον καὶ Μυῖαν καὶ Ἀριγνώτην. Τινὲς δὲ Βροντίνου (457) γυναῖκα γενέσθαι. Γράφουσι δὲ καὶ τὸ γένος Κροτωνιᾶτιν. Ὑπομνήματα φιλόσοφα, καὶ Ἀποφθέγματα, καὶ ποίημά τι δι᾽ ἐπῶν.

Θεανὼ Λοκρὶς, Λυρική. Ἄσματα λυρικὰ καὶ μέλη.

CLXXXI.

Ἄλλοι (458) ἐκ Θεανοῦς τῆς Πυθάνακτος, τὸ γένος Κρήσσης, υἱὸν Τηλαυγῆ Πυθαγόρου ἀναγράφουσι καὶ θυγατέρα Μύιαν, ὁι δὲ καὶ Ἀριγνώτην· ὧν καὶ συγγράμματα πυθαγόρεια σώζεσθαι.

CLXXXII.

Γενομένων (459) τούτων μεγάλη περὶ αὐτὸν (Πυθαγόραν) ηὐξήθη δόξα, καὶ πολλοὺς μὲν ἔλαβεν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως ὁμιλητὰς, ὀυ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας· (460) ὧν μιᾶς γε Θεανοῦς καὶ διεβοήθη τοὔνομα· (461) πολλοὺς δ᾽ ἀπὸ τῆς σύνεγγυς βαρβάρου χώρας βασιλεῖς τε καὶ δυνάστας.

CLXXXIII.

(455) *Suidas* in Θεανὼ Tom. II. pag. 169. edit. *Kuſt.*

(456) Videtur legendum Βροντίνου, ut apud *Iamblichum* de vita *Pythagoræ* in fine. *Kuſterus.*

(457) Sic exaratum eſt in MSS. Pariſ. Priores vero Editt. habent Κεροτίνου. *Idem.*

(458) *Porphyrius* de vita *Pythagorae* ſegm. 4. pag. 7. ed. *Kuſt.*

(459) *Idem* l. c. ſegm. 19. pag. 21.

(460) Etiam foeminas doctrinarum ſtudiis excoli debere, & quidem id fieri poſſe ſine detrimento aut periculo pudicitiæ earum, demonſtrat cum rationibus tum exemplis *Jo. Ludov. Vives* de Inſtitutt. Chriſtianæ fœminæ lib. I. Item lib. *de officio mariti* cap. *de diſciplina fœminae.*

(461) Pro καὶ διεβοήθη, forte rectius legerimus περιβοήθη· *Theano* autem iſta etiam à *Iamblicho* recenſetur in catalogo illuſtrium fœminarum, quæ *Pythagorae* ſectam ſecutæ ſint. Et *Didymus* teſtatur apud *Clementem Alex.* (num. CLXXXIX.) primam fœminarum Theano & philoſophatam eſſe & poëmata ſcripſiſſe. Sic *Auſonius: Quas* (ſcil. virtutes) *Tanaquilla habuit, quas Pythagorea Theano.* Sed quænam illa fuerit, non ſatis conſtare inter auctores video. Alii enim *Brontini* Crotoniatæ filiam & *Pythagorae* uxorem faciunt; alii vero Brontini uxorem & *Pythagorae* diſcipulam. vid. *Diogenem Laërtium* (num. *CLXVIII.*) *Theodoretus* quoque Serm. II. de principio adverſus gentes ſcribit *Pythagorae* uxorem fuiſſe *Theano*

CLXXX.

Theano Metapontina, vel Thuria, Pythagorea, filia *Leophronis*, uxor vero *Caryſtii*, vel *Crotonis*, vel *Brotini* Pythagorei. Hæc ſcripſit de Pythagora, de Virtute ad Hippodamum Thurium; admonitiones muliebres & apophthegmata Pythagoreorum.

Theano, Cretenſis, Philoſopha, filia *Pythonactis*, & uxor magni *Pythagoræ*, ex quo ſuſcepit *Telaugem* & *Mneſarchum*, & *Myam* & *Arignoten*. Quidam vero dicunt eam fuiſſe uxorem Brotini & Crotone oriundam. Scripſit Commentarios philoſophicos, & apophthegmata, & poëma quoddam epicum.

Theano, Locrenſis, Lyrica. Scripſit cantica lyrica & carmina melica.

CLXXXI.

Alii ex *Theano Pythanactis* filia, genere Creſſa, *Telaugen* filium & Myiam filiam Pythagoram ſuſcepiſſe ſcribunt: quibus *Arignotam* nonnulli addunt, quorum ſcripta Pythagorica ſuperſunt.

CLXXXII.

Hoc facto magna de eo fama percrebuit, multosque nactus eſt auditores; partim ex ea civitate, non viros ſolum, ſed & foeminas; ex quibus unius *Theanus* nomen maxime illuſtre eſt, partim ex vicina barbarorum regione; quinimo reges ipſos atque magnates.

CLXXXIII.

Theano, quæ & defuncto marito regendas ſuſceperit ſcholas una cum filiis Telauge & Mneſarcho. (num. CLXXV.) Sed ex *Iamblicho* (num. *CLXXIII.*) diſcimus, duas diverſas fœminas nomen poſſediſſe, quarum una *Pythagorae*, altera *Brontini* uxor fuerit. Imo ſunt etiam, qui filiarum *Pythagorae* unam *Theano* faciant, in quibus eſt ille apud *Photium* (num. CXCII) innominatus βιόγραφος. Alterutra vero harum fertur celebre hoc & pulchrum protuliſſe apophthegma (num. *CLXXIII.*) Cæterum latina Interpretatio hujus dicti apud *Iamblichum* cap. 11. de vita Pythagoræ nullius eſt pretii, quæ ſic habet: *Ad haec vero illud fama percelebratum fuit in publico conventu libere dixiſſe, ab viro cohabitante eodem ſtatim die ad ſacra accedere, pium eſſe; ab eo vero, qui cognatus & affinis non ſit, accedere nequaquam.* Putabat enim Interpres, *Pythagoram* hoc in publico conventu protuliſſe de officio uxoris, quod *Iamblichus* vult uxorem ipſam, ex mente & ſententia *Theanus*, dicere vel cogitare in congreſſu maritali. Sic enim accipio τὴν σύνοδον, quae eodem capite paulo ante dicebatur ἡ πρὸς τὰς ἄνδρας ὁμιλία, & uſitatius vocatur συνουσία apud *Auſonium* in periochis Homericis eſt in *cœtum conventio.* Nec recte vertit Interpres particulam μηδέποτε, *nequaquam*, quaſi idem eſſet cum μηδαμῶς. Sed μηδέποτε eſt *nunquam*. Deinde ὁ μὴ προσήκων eſt vir *extraneus* ſive *alienus*. Nam & *Diogenes Laërtius* (num *CLXIX.*) ἀλλότριον vocat. In ſumma, hoc indicare voluit Theano, honorabile eſſe conjugium inter omnes & thorum immaculatum; ſcortatores autem & adulteros divino judicio condemnatum iri, quæ S. Pauli eſt ſententia in ep. ad Hebr. cap. ult. v. 4.

CLXXXIII.

Διάδοχος (462) πρὸς πάντων ὁμολογεῖται Πυθαγόρου γεγονέναι Ἀρισταῖος Δαμοφῶντος, Κροτωνιάτης, κατ' αὐτὸν τὸν Πυθαγόραν τοῖς χρόνοις γενόμενος, ἑπτὰ γενεαῖς ἔγγιστα πρὸ Πλάτωνος· καὶ οὐ μόνον τῆς σχολῆς ἀλλὰ καὶ τῆς παιδοτροφίας καὶ τοῦ Θεανοῦς γάμου κατηξιώθη, διά τε ἐξαιρέσεως (463) περικεκρατηκέναι τῶν δογμάτων.

CLXXXIV.

Τὸν (464) Πυθαγόραν διεδέξατο Θεανὼ ἡ γυνὴ, οἵ τε υἱοὶ αὐτοῦ, Τηλαυγὴς καὶ Μνήσαρχος.

CLXXXV.

Τὴν (465) Πυθαγόρου διατριβὴν ἡ γαμετὴ Θεανὼ διεδέξατο, καὶ Τηλαυγὴς καὶ Μνήσαρχος οἱ τούτου παῖδες.

CLXXXVI.

Θεανὼ, (466) ἡ Πυθαγορεία, ὑπὸ τυράννου συσχεθεῖσα ἐπὶ τῷ εἰπεῖν τὰ τῆς πατρίδος ἀπόῤῥητα, τὴν ἑαυτῆς γλῶτταν ἀποδάκνουσα, ἀπέτεμε, καὶ ἐνέπτυσε τῷ Τυράννῳ, μὴ θελήσασα ἐξειπεῖν, ἀναγκαζομένη δὲ καὶ οὕτως, ἀφαιρεθέντος τοῦ ὀργάνου, ἡ φωνὴ ἐκεκώλυτο. Ὅθεν καὶ τὸ βίαιον αὐτῇ τῆς ἐπινοίας προκατειργάσθη, μήπου τι τῶν τῆς πατρίδος καὶ ἄκουσα βιασθῇ προδοῦναι.

CLXXXVII.

Ὁ ἐπαινῶν (467) θανάτου περιφρόνησιν Θεανοῦς, (468) ἢ οὐκ οἶδ' οὗ τινος τῶν τὰ ἐκείνου τετελεσμένων ἢ φιλοσοφησάντων.

CLXXXIII.

Vide quæ dixi in notis ad *Isidori* epist. 129. lib. IV. Est & alterum *Theanus* memorabile scitum, apud *Diogenem Laërtium* (num. CLXIX.) Tertium quoque ejusdem apophthegma refert *Theodoretus* (num. CLXXV.) de brachio non vulgari, sicut vulgaris mulier dicitur *Ulpiano* in l. 13. *si uxor* § *sed & in ea* D. ad l. Iul. *de adult*. quæ vulgo se prostituit. *Ritterschusius.*

De *Theano* nihil habeo, quod post accuratam *Ritterschusii* diligentiam notem. Videndi tamen præter *Plutarchum* (num. CLXX.) *Clemens Alexandrin.* (num. CLXXI sq.) *Theon* (num. CLXXIV.) *Anna Commena* (num CLXXVI.) & *Suidas* (CLXXIX.) Apud *Stobæum* (num. CLXII.) extat locus in *Theanus* libro περὶ εὐσεβείας, de numeris Pythagorae dorice scriptus, ut cætera fere omnia veterum Pythagoreorum. Aliam fuisse duco Poetriam lyricam Locrensem, cujus *Suidas* (num. CLXXIX.) & *Eustathius* meminerunt. Subjungam IV. epistolas, quæ sub *Theanus* nomine in MS. quodam Vaticano reperi. (num CLXXVI.) Antiquissimæ illi Pythagoreæ tribui non posse ultima manifeste ostendit. Nisi potius Sophistæ cujusdam μελέται sint, ut plæraque græcanicæ epistolae, quae veterum Philosophorum nomen præferunt. *Holstenius.*

(462) *Jamblichus* de vita *Pythagoræ* cap. ult. segm. 265. pag. 213.

(463) Scribe: διὰ τὸ ἐξαιρέτως κεκρατηκέναι. *Kusterus.*

(464)

CLXXXIII.

Succeſſor *Pythagoræ* ab omnibus communiter agnoſcitur *Ariſtæus Damophontis* filius, Crotoniates, qui *Pythagorae* coævus, ſeptem ætatibus *Platonem* anteceſſit. Neque ſcholæ tantum ſucceſſione, verum etiam liberorum educatione *Theanus*que nuptiis dignatus eſt; qui dogmatum cognitione inter paucos eminebat.

CLXXXIV.

Pythagoræ Theano uxor ejusque filii *Telauges* & *Mneſarchus* ſucceſſerunt.

CLXXXV.

Pythagoræ ſcholam, eo defuncto, uxor *Theano* cum *Telauge* ac *Mneſarcho* filiis regendam ſuſcepit.

CLXXXVI.

Theano, Pythagorea, conſtricta a Tyranno in vinculis, ut ei patriæ ſecreta revelaret; morſu linguam abſcidit, eamque in tyrannum exſpuit; nolens quidem fateri, ſed coacta; ſicque vocis organo ſublato, voce impedita, arcana patriæ non poſſet prodere.

CLXXXVII.

Qui laudas *Theanus* aut neſcio cujus alius ex iis, qui Pythagoricis myſteriis initiati erant, ejusque dogmata ſequebantur, mortis contemptionem.

CLXXXIII.

(461) *Euſebius* Præpar. Evang. lib. X. cap. 14. pag. 504. C.

(465) *Theodoretus* Therapeut. Serm. 2. Tom. IV. Opp. pag. 489. C.

(466) Codex quidam MS. Bibliothecæ Regiæ Pariſ. ſignatus 3280. fol. 14. & ex illo *Menagius* in Hiſtoria Mul. Philoſ. ſegm. 98.

(467) *Gregorius Nazianz.* Orat. III. quae eſt invectiva prior adv. Julianum Imp. Tom. I. Opp. pag. 77. C.

(468) Pythagorica *Theano*, cum à tyranno quondam comprehenſa, patriae arcana enuntiare cogeretur, ne flagrorum & cruciatuum acerbitate ad id faciendum adigeretur, commorsam linguam ac dentibus exciſam & evulſam in tyrannum exſpuit, mortem prorſus contemnens. Quoniam autem non de *Theano* ſed altero quodam hoc memoriae proditum eſt, idcirco per ea, quae ſequuntur, orationem confirmat. *Elias Cretenſis* not. 65.

Theano Pythagorae uxor philoſophiae ſtudiis excelluiſſe librumque de mortis contemptu conſcripſiſſe apud *Laërtium* dicitur. *Clemens Alexandrinus* (num. CLXXXIX.) illam primam omnium mulierum philoſophari cœpiſſe narrat. *Billius* not. 36.

CLXXXVIII.

Κατίλος (469) τέτλιξ ὄυκ ἔςι θήλεια, ἀλλ' ὅια τις Θεανὼ σιωπῶσα τὰ ἄῤῥητα· Πλυτάρχυ.

CLXXXIX.

Δίδυμος (470) ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῆς Φιλοσοφίας Θεανὼ τὴν Κρωτονιάτιν πρώτην γυναικῶν φιλοσοφῆσαι καὶ ποιήματα γράψαι ἱςορεῖ.

CXC.

Ὄιη (471) μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανοῦς
Πυθαγόρην.

CXCI.

Τοὺς (472) μὲν τῆς δὲ τῆς πλουσίας μαργαρίτας καὶ τὰ τῆς δὲ τῆς ξένης σηρικὰ λαβεῖν ὄυκ ἔςιν ὀυδὲ περιθέσθαι, μὴ πολλοῦ πριαμένην· τὰ δὲ Θεανοῦς κόσμια καὶ Κλεοβουλίνης καὶ Γοργοῦς τῆς Λεωνίδου γυναικὸς, καὶ Τιμοκλείας τῆς Θεογένους ἀδελφῆς καὶ Κλαυδίας τῆς παλαιᾶς, καὶ Κορνηλίας τῆς Σκιπίωνος καὶ ὅσαι ἐγένοντο θαυμασταὶ καὶ περιβόητοι, ταῦτα δ' ἔξεστι περικειμένην προῖκα καὶ κοσμουμένην αὐτοῖς, ἐνδόξως ἅμα βιοῦν καὶ μακαρίως.

CXCII.

Ἡ Θεανὼ (473) λέγεται ὀυ μαθήτρια μόνον, ἀλλὰ καὶ μία τῶν θυγατέρων αὐτοῦ (Πυθαγόρου) ἔιναι.

CXCIII.

Περὶ ΘΕΜΙΣΤΗΣ.

Ἐν ἐπιστολῇ (474) πρὸς Θεμίσταν τὴν Λέοντος (475) γυναῖκα· ὅιός τε, φησὶν, ('Επι-

(469) *Theophylactus Simocata* in ἀποςίαις φυσικαῖς pag. 21. ed. *Vulcan.* & *Mich. Apostolius* Proverb. Cent. XVIII. num. 39.

(470) *Clemens Alexandr.* Stromatum lib. I. c. 17. pag. 309.

(471) *Hermesianax* apud *Athenæum* lib. XIII. p. 599. A.

(472) *Plutarchus* in Conjugial. Praeceptis Tom. II. Opp pag 145. E.

(473) *Anonymus* de vita Pythagorae segm. 2. pag. 56. ed. *Kust.* & apud *Photium* Cod. CCXLIX. pag. 712, 20. ed. Hoeschel.

(474) *Diogenes Laërtius* lib. X. segm. 5.

(475)

CLXXXVIII.

Cicada fœmina loquax non eſt, ſed tanquam *Theano* quæpiam, quæ dicenda non ſunt, tacens. *Plutarchi.*

CLXXXIX.

Didymus in libro de philoſophia Pythagorica refert, *Theano* Crotoniatidem primam ex mulieribus eſſe philoſophatam, & ſcripſiſſe poëmata.

CXC.

Hac quidem inſania *Pythagoram* Samium obſtrinxit
Theano.

CXCI.

Divitis alicujus mulieris uniones, aut alicujus peregrinæ ſericas veſtes adipiſci, iisque te ornare non poſſis, niſi magna emas pecunia ; ſed *Theanus* ornamenta & *Cleobulinæ*, & *Gorgus*, quæ *Leonidae* fuit uxor, & *Timocleae*, quae *Theagenis* ſoror, & *Claudiae* illius priſcae, & *Corneliae Scipionis* ſororis, aliarumque illuſtris famae mulierum gratis licet tibi ſumere iisque te condecorare, vitamque vivere glorioſam & felicem.

CXCII.

Theano non diſcipula modo ejus (*Pythagorae*) ſed & filiarum una fuiſſe memoratur.

CXCIII.

De THEMISTA.

In epiſtola ad *Themiſtam* Leontis uxorem, paratus, inquit, (*Epicurus*,) ego ſum

(475) Legendum Λεοντέως, quemadmodnm Gaſſendus edidit. vid. *Clement Alex.* [num. CXCIV.] & ipſe *Laërtius* infra. Etiam Λεοντεὺς dicitur *Plutarcho* in *II.* contra Colotem. *Themiſtæ* meminit honorifice *Cicero* in L. Piſonem, item *Lactantius* Divin. Inſtitt. *III.* 25. *Denique nullas unquam mulieres philoſophari docuerunt, præter unam ex omni memoria* Themiſten. At *Didymus* in libro de philoſophia Pythagorica apud *Clementem Alexandrinum* ſolam *Theano* ex mulieribus philoſophatam ait ; uterque falſo. Ipſe in libris veterum mulieres philoſophas *LXV.* reperi ; quarum plurimae ante *Lactantium* & *Didymum* vixerunt. Vide Hiſtoriam noſtram mulierum Philoſopharum. *Menagius.*

('Επίκουρος,) εἰμὶ, ἐὰν μὴ ὑμεῖς πρός με ἀφίκησθε, αὐτὸς τρικύλιστος, ὅπου ἂν ὑμεῖς καὶ Θεμίστα παρακαλῆτε, ὠθεῖσθαι.

Πάλιν [476] πρὸς Θεμίσαν γράφων, νομίζει αὐτῇ παραινεῖν, καθά φησι Θεόδοτος [477] ὡς ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν πρὸς Ἐπίκουρον.

Λεοντεὺς [478] Λαμψακηνὸς, [μαθητὴς ἦν τοῦ Ἐπικούρου,] καὶ ἡ τούτου γυνὴ Θεμίστα, πρὸς ἣν καὶ γέγραφεν ὁ Ἐπίκουρος.

Ἦσαν καὶ ἄλλοι Ἐπίκουροι τρεῖς, ὅτε Λεοντέως υἱὸς καὶ Θεμίστας· ἕτερος, Μάγνης· τέταρτος, ὁπλομάχος.

CXCIV.

Θεμιστὼ [479] ἡ Ζωίλου, ἡ Λαμψακηνὴ, ἡ Λεοντέως γυνὴ τοῦ Λαμψακηνοῦ, τὰ Ἐπικούρεια ἐφιλοσόφει.

CXCV.

Περὶ ΘΕΟΔΩΡΑΣ.

Γράφειν [480] τὸν Ἰσιδώρου βίον προθέμενος, [ὁ Δαμάσκιος Δαμασκηνὸς,] Θεοδώρᾳ τινὶ τὸ σύνταγμα προσπεφώνηκεν, ἕλληνα μὲν καὶ αὐτῇ θρησκείαν τιμώσῃ, μαθημάτων δὲ τῶν τε κατὰ φιλοσοφίαν, καὶ ὅσα περὶ ποιητάς τε καὶ γραμματικὴν στρέφεται ἐμπειρίαν, οὐκ ἀπείρως ἐχούσῃ· ἀλλά γε καὶ πρὸς γεωμετρικήν τε καὶ ἀριθμητικὴν ἀνηγμένῃ θεωρίαν· αὐτοῦ τε Ἰσιδώρου καὶ Δαμασκίου τὴν διδασκαλίαν αὐτῇ τε καὶ ταῖς νεωτέραις ἀδελφαῖς κατὰ διαφόρους χρόνους πεποιημένων. Αὕτη θυγάτηρ ἐγεγόνει Κυρίνας καὶ Διογένους, τοῦ Εὐσεβίου, τοῦ Φλαβιανοῦ, ὃς εἷλκε τὸ γένος ἀπὸ Σαμψιγεράμου τε καὶ Μονίμου, εἰς οὓς ἀνάγεται καὶ Ἰάμβλιχος, ἄνδρας τὰ πρῶτα τῆς εἰδωλολατρούσης ἀσεβείας ἀπενεγκαμένους· Τὴν μὲν οὖν βιογραφίαν Ἰσιδώρου Δαμάσκιος ταύτῃ προσφωνεῖ, ἧς καὶ ἡ ἀξίωσις καὶ ἄλλων τινῶν συναιτίων γεγενημένων, τῆς προτροπῆς αἰτία κατέστη τῷ συγγραφεῖ, καθάπερ αὐτὸς ἐπιμαρτύρεται.

CXCVI.

[476] *Diogenes Laërtius* lib. X. segm. 5. in fine.

[477] Ita habent Editiones. Sed Θεόδωρος germana est lectio. Noster supra in *Aristippo*: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Θεόδωρος ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων ἐχέκισεν αὐτόν. *Menagius.*

[478]

ſum, niſi vos ad me proficiſcamini, ipſe quocunque vos ac *Themiſta* me accerſatis, irrumpere.

Rurſum ad *Themiſtam* ſcribens, monere ipſam arbitratur, ut *Theodotus* in quarto adverſus *Epicurum* libro ait.

Leonteus Lampſacenus (diſcipulus erat *Epicuri*) ejusque conjux *Themiſta*, ad quam etiam ſcripſit *Epicurus*.

Erant alii *Epicuri* tres: unus *Leontei* filius, & *Themiſtae*; alter Magneſius; quartus, pugil.

CXCIV.

Themiſto, Zoili filia, Lampſacena, uxor *Leontei* Lampſaceni dabat operam philoſophiæ Epicureæ.

CXCV.

De THEODORA.

Iſidori vitam ſcribere inſtituens, (*Damaſcius Damaſcenus*,) *Theodoræ* cuidam feminæ opus inſcripſit, ethnicorum æque cultum ſectanti, & philoſophicæ doctrinæ, omniumque ſive ad poëticam ſive ad Grammaticam facultatem ſpectantium non imperitæ, immo & ad Geometricam atque Arithmeticam ſpeculationem evectæ; quam una cum junioribus ſororibus *Iſidorus* ipſe atque *Damaſcius* variis docuerant temporibus. Filia hæc fuit *Cyrinæ* atque *Diogenis*, *Euſebii F. Flaviani* nepotis, qui genus duxit à Sampſigeramo & Monimo, à quibus & *Iamblichus* originem repetit, viris, qui primas in idololatrica ſuperſtitione tulerunt. Igitur *Damaſcius Iſidori* vitam huic dedicat, cujus etiam petitio, accedentibus etiam aliis quibusdam cauſis, auctorem ad ſcribendum impulit, ut teſtatum ipſe reliquit.

CXCVI.

[478] *Diogenes Laërtius* lib. X. ſegm. 25.

[479] *Clemens Alexandr.* Strom. lib. IV. cap. 19. pag. 522.

[480] *Photius* in Bibliotheca Cod. CLXXXI. pag. 211, 27. ed. Hoeſchel.

CXCVI.

Περὶ ΘΕΩΡΙΔΟΣ.

Θεωρὶς, [481] Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, [482] εἰ γνήσιος· μάλιςα ἦν Θεωρὶς, καὶ ἀσεβείας κριθεῖσα ἀπέθανεν, ὡς καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῃ γράφει·

CXCVII.

Περὶ ΤΙΜΥΧΗΣ.

Πυθαγορίδες 483] γυναῖκες αἱ ἐπιφανέσταται, Τιμύχα γυνὴ Μυλλίου [484] τοῦ Κροτωνιάτου· Φίλτις κ. τ. λ.

CXCVIII.

Ἀπήντησε [485] Μυλλίας Κροτωνιάτης, καὶ Τιμύχα Λακεδαιμονία, γυνὴ αὐτοῦ, ἀπολελειμμένοι τοῦ πλήθους, ὅτι ἔγκυος οὖσα ἡ Τιμύχα, τὸν δέκατον ἤδη μῆνα εἶχε, καὶ σχολαίως διὰ τοῦτο ἐβάδιζε. Τούτους δὲ ζωγρήσαντες ἄσμενοι πρὸς τὸν Τύραννον ἤγαγον, μετὰ πάσης κομιδῆς καὶ ἐπιμελείας διασώσαντες. Ὁ δὲ περὶ τῶν γεγονότων διαπυθόμενος, καὶ σφόδρα ἀθυμήσας ἔφαινεν. [486] Ἀλλ' ὑμεῖς γε, εἶπεν, ὑπὲρ πάντων τῆς ἀξίας τεύξεσθε παρ' ἐμοῦ τιμῆς, εἴ μοι συμβασιλεῦσαι θελήσετε· τοῦ δὲ Μυλλίου καὶ τῆς Τιμύχας πρὸς πάντα, ἃ ἐπηγγέλλετο, ἀνανευόντων· ἀλλὰ ἕν γέ με, ἔφη, διδάξαντες, μετὰ τῆς ἐπιβαλλούσης προπομπῆς διασώζεσθε. Πυθομένου δὲ τοῦ Μυλλίου, καὶ τί ποτ' ἐστὶν, ὃ μαθεῖν προθυμεῖται· ἐκεῖνο εἶπεν ὁ Διονύσιος, τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν οἱ ἑταῖροί σου ἀποθανεῖν μᾶλλον εἵλοντο, ἢ κυάμους πατῆσαι; καὶ ὁ Μυλλίας εὐθὺς, ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, εἶπεν, ὑπέμειναν, ἵνα μὴ κυάμους πατήσωσιν, ἀποθανεῖν· ἐγὼ δὲ αἱροῦμαι, ἵνα τούτου σοι τὴν αἰτίαν μὴ ἐξείπω, κυάμους μᾶλλον πατῆσαι. Καταπλαγέντος δὲ τοῦ Διονυσίου, καὶ μεταστῆσαι κελεύσαντος αὐτὸν σὺν βίᾳ, βασάνους δὲ ἐπιφέρειν τῇ Τιμύχᾳ προστάττοντος· ἐνόμιζε γὰρ, ἅτε γυναικά τε οὖσαν, καὶ ἔπογκον, ἐρήμην δὲ τοῦ ἀνδρὸς, ῥᾳδίως τοῦτο ἐκλαλήσειν, φόβῳ τῶν

[481] *Harpocration* in Dictionario in X Rhetores, v. Θεωρὶς, cujus verba repetit *Suidas* in Θεωρίς.

[482] In prima sub finem: Ἀλλ' ἐφ' οἷς ὑμεῖς τὴν μιαρὰν Θεωρίδα τὴν Λημνίαν, τὴν φαρμακίδα, καὶ αὐτὴν καὶ τὸ γένος ἅπαν ἀπεκτείνατε· ταῦτα λαβὼν τὰ φάρμακα (supple *Aristogitonis* frater) καὶ τὰς ἐπῳδὰς παρὰ τῆς θεραπαίνης αὐτῆς, ἣ κατ' ἐκείνης (Θεωρίδος) τότ' ἐμήνυσεν, ἐξ ἧσπερ ὁ βάσκανος οὑτοσὶ πεπαιδοποίηται (in praemium enim delationis civitate donata erat, ut puto.) μαγγανεύει καὶ φενακίζει, καὶ τοὺς ἐπιλήπτους φησὶν ἰᾶσθαι, αὐ-

CXCVI.

De THEORIDE.

Theoris. *Demosthenes* in oratione contra Aristogitonem, si modo nomen non mentiatur; hæc *Theoris* erat fatidica, & ob impietatis crimen morte mulctata est, quemadmodum etiam *Philochorus* libro sexto scribit.

CXCVII.

De TIMYCHA.

Clarissimæ mulieres Pythagoreæ fuerunt *Timycha* *Mylliæ* Crotoniatae uxor, *Philtis* &c.

CXCVIII.

Obvii facti sunt *Myllias* Crotoniates & *Timycha* Lacaena, uxor ejus, quos reliqua multitudo à tergo reliquerat; quia *Timycha*, jam decem mensibus gravida tardius incederet. Hos igitur vivos in potestatem redactos ad tyrannum laeti deduxerunt, nullo studio curaque omissa, quo illos incolumes conservarent. *Dionysius* autem, cognito quod acciderat, gravem mœrorem prae se tulit: Vos vero, ait ad *Myllium* & *Timycham*, prae omnibus dignos à me honores consequemini, si in regni consortium mecum venire volueritis; quae promissa cum illi respuissent, at unum saltem si me docueritis, inquit Dionysius, incolumes, dato sufficienti praesidio, dimittam: interroganteque *Myllia*, quid tandem esset, quod tantopere discere averet; hoc, subjecit tyrannus, cur socii tui mori maluerint, quam fabas calcare? illi quidem, regessit è vestigio *Myllia*, ne fabas conculcarent, mortem oppetierunt; ego vero malim fabas calcare, quam caufam hujus rei prodere. Quo responso perculsus *Dionysius*; *Mylliam* è conspectu abripi, *Tymychæ* vero tormenta admoveri jussit; ratus eam, utpote mulierem, & gravidam, & à marito destitutam facilius illud metu tormentorum indicaturam esse; sed vira-

αὐτὸς ὢν ἐπίληπτος πάσῃ πονηρίᾳ.

[483] *Iamblichus* in vita *Pythagoræ* cap. & segm. ultimo.

[484] *Arcerius* edidit γυνὴ Ἐυμυλλία, scribe Μυλλίε, à recto Μυλλίας. Sic enim maritus *Timychæ* non solum appellatur à *Porphyrio* segm. 61. sed etiam ab ipso *Iamblicho* supra num. 192, 193. *Kusterus.*

[485] *Iamblichus* in vita *Pythagoræ* cap. 31. segm. 192 sqq pag 160 sq.

[486] Lego ἀθυμήσας, ὡς ἐφαίνετο. *Kusterus.*

τῶν βασάνων· ἡ γενναία δὲ συμβρύξασα [487] ἐπὶ τῆς γλώσσης τοὺς ὀδόντας, καὶ ἀποκόψασα αὐτὴν, προσέπτυσε τῷ Τυράννῳ, ἐμφαίνουσα, ὅτι εἰ καὶ ὑπὸ τῶν βασάνων τὸ θῆλυ αὐτῆς νικηθὲν συναναγκασθείη τῶν ἐχεμυθουμένων τι ἀνακαλύψαι, τὸ μὴν ὑπηρετῆσον ἐκποδὼν ὑπ' αὐτῆς περικέκοπται.

CXCIX.

Περὶ [488] ἀνδρείας πολλὰ μὲν ἤδη καὶ τῶν εἰρημένων οἰκείως καὶ πρὸς αὐτὴν ἔχει· οἷον τὰ περὶ Τιμύχαν θαυμαστὰ ἔργα, καὶ τὰ τῶν ἑλομένων ἀποθανεῖν, πρὸ τοῦ τι παραβῆναι τῶν ὁρισθέντων ὑπὸ Πυθαγόρου περὶ κυάμων, καὶ ἄλλα τῶν τοιούτων ἐπιτηδευμάτων ἐχόμενα.

CC.

Δεῖ [489] λύειν καὶ τὸν βίον διὰ Τύραννον, ἀναγκάζοντα εἰπεῖν τὰ ἀπόῤῥητα, ὃ καὶ Πυθαγορεία τις γυνὴ πεποίηκεν, ἀναγκαζομένη εἰπεῖν, διατί οὐκ ἐσθίει κυάμους; ἔφη γάρ· Φάγοιμι ἂν, εἰ εἴποιμι ἄν. Ἔιτα ἀναγκαζομένη φαγεῖν, ἔφη, εἴποιμι ἂν, εἰ φάγοιμι ἄν· καὶ τέλος ἀπέτεμε τὴν γλῶτταν ὡς καὶ διαλεκτικὸν καὶ γευστικὸν ὄργανον.

CCI.

ΖΩΗΣ Διάταξις

περὶ τοῦ ἀπρiάτην τὰς ἀρχὰς γίνεσθαι.

Πάλιν [490] δὲ τῆς ἀρχῆς εἰς τὴν Ζώην μεταχυλισθείσης, συμβασιλεύουσαν ἔχουσαν [ὡς εἴπομεν] οὐχ ἑκοῦσαν, καὶ τὴν ἀδελφὴν Θεοδώραν, τιμῶν μὲν ἡ σύγκλητος προβιβασμοῖς ἐγεραίρετο καὶ δωρεῶν διανομαῖς τὸ κοινόν. καὶ τὰ πράγματα προμηθείας ἐνδεχομένης ἐτύγχανε, γραμμάτων ἁπανταχοῦ καὶ διαταγμάτων ἐκπεμπομένων, ἀπριάτην τε τὰς ἀρχὰς γίνεσθαι, καὶ μὴ ὠνίους ὡς πρότερον ὑπισχνουμένων, καὶ πᾶσαν ἀδικίαν ἐκ μέσου διοριζομένων ἐλαύνεσθαι

[487] Historiam hanc respexit S. *Ambrosius* lib. II. de virginitate cap. 4. Caeterum pro συμβρύξασα, quod ex Cod. MS. revocavimus, prior edit. male habet συμβύξασα, quod *Arcerius* infeliciter in συμπτύξασα mutandum censebat. *Idem.*

[488] *Iamblichus* de vita *Pythagorae* cap. 32. segm. 214. pag. 174.

[489]

virago illa dentibus linguam mordicus correptam abſcidit, & in Tyrannum exſpuit; eoque illi demonſtravit, quod licet ſexus ejus muliebris tormentis ſuccumbens, tacendum aliquid evulgare adigeretur; miniſtra tamen loquendi à ſe è medio ſublata praeciſaque eſſet.

CXCIX.

Quod fortitudinem attinet, multa jam ex ante dictis propius ad eam pertinent; ut puta admiranda illa facinora, quae à Timycha perpetrata ſunt, itemque ab iis, qui mortem obire maluerunt, quam *Pythagorae* placita de fabis, aliisque, quae huic ſtudiorum generi conſentanea ſunt, transgredi.

CC.

Finire etiam vitam decet propter tyrannum, ſi arcana dicere coëgerit, quod Pythagorea quaedam mulier fecit, cum dicere cogeretur, cur fabas non comederet? Dixit enim: Comederem ſane, ſi dicere vellem. Deinde illas comedere coacta, dixit: Dicerem ſane, ſi comedere vellem. Denique linguam loquendi & guſtandi inſtrumentum praecidit.

CCI.

ZOES Conſtitutio,

de Magiſtratibus non vendendis.

Imperio *Zoæ* reſtituto, quae ſororem *Theodoram*, quantumvis invita conſortem habebat, ſtatim & honorum gradibus ſenatorio ordini & largitionibus multitudini gratiæ ſunt actæ, ac reipublicæ quanta omnino poterat cura geſta. Nam in omnes imperii partes literæ & edicta dimittebantur, quae & magiſtratus vendi, (quod erat ante factitatum) prohiberent; & omnia injuſtitiae genera de medio tolli juberent.

[492] *Olympiodorus* in Scholiis MSS. in *Platonis* Phaedonem p. 7. Codicis, qui aſſervatur in Biblioth. publ. Hamburgenſi.

[490] *Georgius Cedrenus* in hiſtoriarum compendio pag. 752. ed. Pariſ. & ex illo *Enim. Bonefidius* Iuris Orient. lib. I. pag. 35. & ad calcem Novell. p. 283.

CATA-

CATALOGVS FOEMINARVM,

Sapientia, artibus, ſcriptisve, apud Græcos, Romanos aliasque gentes olim celebrium.

A.

ABROTELIA, *Abrotelis* Tarentini filia, à quo etiam nomen accepit, quod Græcis non minus quam Romanis uſu receptum fuiſſe ex multis exemplis liquet. Nota eſt ſolo teſtimonio *Jamblichi* in vita *Pythagoræ* ſub finem: Ἀβροτέλεια, Ἀβροτέλους θυγάτηρ τοῦ Ταραντίνου. In *Arcerii* editione omiſſum eſt Ἀβροτέλεια, unde eam cum *Laſthenia Arcadiſſa* confundit *Tho. Stanlejus* in Hiſtoria Philoſophiæ Part. VIII. cap. 24. & apud *Jamblichum* legiſſe videtur: Λασθένεια Ἀρκάδισσα, Ἀβροτέλους θυγάτηρ τοῦ Ταραντίνου. Sed *Jamblicho* ex Codice regio & *Obrechti* verſione *Ludolphus Kuſterus*, atque *Stanlejo Gottfr. Olearius* in editione latina Operis *Stanlejani Abroteliam* reſtituerunt. vid. *Menagii* Hiſt. Mulierum Philoſ. ſegm. 105. & *Fabricii* Bibl. Gr. lib. II. cap. 13. §. 21.

ACCA, quæ aliis dicitur ARCA, in *Jo. Caſp. Eberti* Muſeo aperto foeminarum doctarum pag. 2. è Græcia oriunda & celebris traditur, quia artis medicæ bene perita fuit, & inprimis remediis ſingularibus contra venenum teſte *Macrobio* apud *Jo. Frauenlob* in laudabili ſocietate doctarum mulierum pag. 1.

multorum saluti subvenit. In *Andr. Tiraquelli* Parte XI. glossae I. in XI. legem Connubialium Tom. II. Opp. pag. 185. agmen eruditarum mulierum ducit *Acca, à Macrobio lib. III. Saturnal. cap.* 10. *citata ex lib. de Supplicatione. Macrobius* autem non l. c. sed Saturn. II. 14. scribit: *Atta vero in supplicatione, nucem græcam, ait, favumque adde quantum libet*; & intelligit *T. Quinctium Attam* Togatarum Scriptorem, de quo conf. Celeb. *Fabricii* Biblioth. Lat. Vol. III. pag. 265. *Acca* igitur mulier græca erudita est nomen commentitium & fictum, atque *Ebertus* l. c. illam cum *Agameda* confundere videtur.

ACESO vid. *Aesculapii filiæ.*

ACHROMOS, nomen fictum mulieris medicæ, de qua *Tiraquellus* c. 31. de Nobilitate num. 343. & ex illo *Fabricius* Bibliothecæ Gr. Vol. XIII. pag. 31. *Achromos quaepiam meretrix, quae dysentericis quandam potionem dare solebat, ut scribit* Hippocrates lib. VII. Epidemiorum in fine. Hujus verba sunt : Πορνείη ἄχρωμος-δυσεντερίης ἄκος. i. e. *Scortatio turpis dysenteriae medela est.* Ἄχρωμον exponunt *Suidas* & *Varinus* ἀναιδὲς, αἰσχρόν.

AECATERINA vid. CATHARINA.

AEDESIA Alexandrina, *Hermiae* vel *Hermeae* Platonici uxor, & *Syriani* cognata, Sec. V. post C. N. celebris, cujus laudem ex *Damascio* descriptam profert *Suidas* (vid. num. I.) Ex eodem *Damascio* in vita *Isidori Photius* Cod. CCXLII. pag. 555. ed. *Hoesch.* historiam de filiolo *Ædesiae* natu maximo narrat. (vid. num. II.)

AESARA Lucana, *Pythagorae* filia, ex cujus libro de natura hominum fragmentum emendatum à *Salmasio* in *Epictetum* & *Simplicium* pag. 169. reperitur in *Stobaei* Eclogis physicis lib. I. pag. 105. ed. *Plantin.* (vid. num. III.) ubi in margine legitur : Αἰσάρας Πυθαγόρου Λευκάνας ἐκ τοῦ περὶ ἀνθρώπων φύσεως· *Æsarae Pythagorae F. Lucanae ex libro de hominum natura.* Vir doctissimus, *Guilh. Canterus* id interpretatus est: *Aresae Pythag. de hominis natura*, & intellexit sine dubio *Aresam* Lucanum, qui scholæ Pythagoricæ regimen post Tydam suscepit. Idem statuunt *Salmasius* l. c. & celeb. *Facricius* in catalogo Pythagoricorum lib. II. cap. 13. p. 496. Biblioth. Græcæ, atque in hujus Operis Vol. VIII. pag. 695. in Indice Scriptorum à *Stobæo* allegatorum legitur : Æsaras,

ras, Ἀισάρας (interpreti Aresas,) Lucanus, Pythagoreus ἐκ τοῦ περὶ ἀνθρώπων φύσεως. *Jamblichus* quidem, *Porphyrius*, *Laërtius* & *Clemens Alexandrinus* inter *Pythagoræ* filias *Æsaræ* haud meminerunt; sed apud *Anonymum* de vita *Pythagoræ* in *Photii* Biblioth. Cod. CCLIX. sub init. & in ed. *Kusteri* pag. 56. exstant hæc verba: Ὁ μὲν Μνήσαρχος εἷς τῶν υἱῶν αὐτοῦ (Πυθαγόρου) λέγεται νεώτερος τελευτῆσαι. Τηλαυγὴς δὲ ὁ ἕτερος διεδέξατο· καὶ Σάρα καὶ Μυία αἱ θυγατέρες. ubi ante Σάρα excidisse Ἀι ob præcedens καὶ & legendum esse καὶ Ἀισάρα, conjicit vir doctissimus *Richard Bentlejus* in differt. anglice edita de Epistolis Phalaridis contra *Car. Boylium* pag. 382. ed. 2. cujus sententiam approbat, illumque acute admodum id collegisse statuit *Henr. Dodwellus* Exerc. II. de ætate *Pythagoræ* pag. 124. Addit vir præstantissimus, *Arignoten*, quam Pythagoræ filiam fuisse testantur *Clemens Alex. Harpocration* & *Suidas*, potuisse à Crotonis fluvio Æsaro cognomen etiam *Æsaræ* trahere. conf. celeb. *Fabricii* Biblioth. Gr. lib. II. c. 13. §. 2. pag. 525.

AEGLE, filia natu minima *Æsculapii*. Scholia *Aristophanis* ad Pluti v. 701. Ἕρμιππος (Atheniensis, veteris Comoediæ poëta,) ἐν τῷ πρώτῳ τῶν τριμέτρων Ἀσκληπιοῦ καὶ Λαμπετίας τῆς Ἡλίου λέγει Μαχάονα καὶ Ποδαλείριον καὶ Πανάκειαν καὶ Αἴγλην νεωτάτην· ἄλλοι δὲ προστιθέασιν Ἰανίσκον καὶ Ἀλεξήνορα. Fuit artis medicæ bene perita, nomenque accepit ἀπὸ τῆς αἴγλης, à *splendore*, cujusmodi facies est ejus, qui bene valet, & bonam habitudinem corporis ex sanitate profectam notat. *Theod. Zuingerus* in tabulis in ὅρκον, *Æglen* refert ad gloriam & existimationem, quæ medicum insequitur & comitatur. Ab hac distinguendæ sunt (1.) *Ægle* una Hesperidum, de quibus vid. *Hesiodum* Theogon. v. 215. *Diodorum Sic.* IV. pag. 162 sq. & Mythologos. (2.) *Ægle*, quæ *Virgilio* Ecl. VI. v. 21. dicitur Naïadum pulcherrima. *Hesychius:* Αἴγλης Χάριτες, πιθανῶς ἐγενεαλόγησαν τὰς Χάριτας Αἴγλης καὶ Ἡλίου, ἐπεὶ τὰς Χάριτας λαμπρὰς εἶναι δεῖ, ex quo supplendus est *Suidas* in Αἴγλη, qui etiam observat, lunam & *Æsculapium* vocari Αἴγλην. 3.) *Ægle* fellatrix, quam perstringit *Martialis* lib. I. epigr. 95.

AESCULAPII filiæ memorantur sex: *Hygia*, *Panacea*, *Iaso*, *Aceso*, *Rome*

& *Ægle*, quæ omnes artem medicam pulchre calluisse feruntur, unde illarum patrem *Aristophanes* in Pluto v. 639. appellat τὸν εὔπαιδα καὶ μέγα βροτοῖσι φάνος Ἀσκληπιὸν, *fortunatum in pulchris liberis suscipiendis*, nisi *Comicus* per εὔπαιδα, τὸν καλὸν παῖδα, pulchrum filium Apollinis, vel καλοῦ πατρὸς παῖδα, pulchri patris filium designaverit. vid. Scholia ad h. l. *Meibomius* in Comment. in jusjur. *Hippocratis* pag. 54. ex *Aristophanis Scholiaste* in Plutum observat, Æsculapium filiabus omnibus nomen ab artis officiis vel emolumentis indidisse. *Hygeia* enim *Salus* est Latinis, sive *Sanitas*; *Aceso* & *Iaso* dixeris *sanatrices*; illa enim ab ἀκέσαι, hæc ab ἰᾶσθαι dicta est; *Ægle splendorem* notat *corporis*, bonamque habitudinem ex sanitate profectam; *Panaceia* omnium morborum sanationem promittit. *Rome* ipsa sive *Valentia membrorum robur & artuum* validasque vires designat. *Theodorus* tamen *Zuingerus* tabulis in ὅρκον *Æglen* non ad habitudinem corporis bonam refert, sed ad gloriam & existimationem, quæ medicum insequitur & concomitatur. *Dan. Clericus* in Historia Medicinæ gallice edita Part. I. lib I. cap. 19. hæc nomina de aëre, cujus symbolum est *Æsculapius*, interpretatur. *Hygia* enim denotat sanitatem hominis ex aëre, quem spiramus, inprimis pendere; *Ægle* s. splendor, aërem à sole illuminatum & purgatum esse optimum; *Iaso Aceso* & *Panacea* s. curatio & medicina universalis, omnes morbos per aërem temperatum optime curari; *Rome* seu valentia, corporis vires debilitatas per purum aërem cito recuperari. *Suidas* in Ἠπιόνη commemorat quinque filias Æsculapii: Ἠπιόνη, γυνὴ Ἀσκληπίου καὶ θυγάτηρ αὐτῆς Ὑγεία, Αἴγλη, Ἰασὼ, Ἀκεσὼ, Πανάκεια. *Plinius* lib. XXXV. cap. 11. segm. 40. Hist. nat. quatuor, quarum imagines pinxit *Socrates* pictor. Sunt illæ: *Hygia*, *Ægle*, *Panacea* & *Iaso*. *Aristides* in Orat. in *Asclepiadas* Tom. I. Opp. pag. 82. Εὐδαίμονες τῶν ἀφ' ὑμῶν φύλων· ἔτι δὲ ὑμῶν τε αὐτῶν καὶ ἀδελφῶν· οἷς Ἰασώ τε καὶ Πανάκεια, καὶ Αἴγλη σύνεστι καὶ Ὑγίεια, ἡ πάντων ἀντίῤῥοπος ἠπίων· ἧς δὴ παῖδες ἐπώνυμοι. Trium tantum mentionem facit *Pausanias* lib. I. in Atticis cap. 34. pag. 84. nempe Πανακείας, Ἰασοῦς καὶ Ὑγιείας· nec non *Scholiastes Aristophanis* ad l. c. Πολλοὶ παῖδες τοῦ Ἀσκληπιοῦ, Ποδαλείριος, Μαχάων, Ἰασὼ, Πανάκεια, Ὑγεία· ἀναπέπλασται τε τὰ ὀνόματα παρὰ τὸ ἰᾶσθαι, καὶ πάντα ἀκεῖσθαι

σθαι, καὶ παρὰ τὸ ὑγείαν παρέχειν· qui tamen ad Pluti v. 701. *Ægles* etiam meminit, ubi ab ipso *Aristophane* nominantur *Iaso* & *Panacea*. Jurisjurandi *Hippocratis* prima verba sunt: Ὄμνυμι Ἀπόλλωνα ἰητρὸν, καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Ὑγείαν καὶ Πανάκειαν· quæ *Jo. Henr. Meibomius* cap. 6. commentarii pag. 65. sic illustrat: *Quærat aliquis, cur divinus senex duarum hic tantum filiarum faciat mentionem, perque eas solas discipulos adjuret? An quia illae reliquis natu majores? an quia per istas, duas praecipuas artis medicae partes ex fine desumptas indicare voluit, per Hygeiam nempe sanitatis integrae conservationem, per Panaceiam amissae restitutionem? Per reliquas enim emolumenta maxime atque utilitates, quas ex medicina percipimus, intelligi videntur. Cur vero filiabus maluit eam tribuere auctoritatem, quam filiis? An quod prolem masculam suis sibi uirtutibus gloriam parare ac coelum meritis aperire par esse putaret, illas vero in parentis gratiam, gratique animi testandi, ac posteros ad similem bene merendi gratitudinem praestandam invitandi causa mactare isto honore voluerit? ut* Petro Memmio *visum Comm. ad h. l. An vero, quod* Theod. Zuingero *in tabulis ad Jusjur.* Hippocrat. *placuit, & qui illum sequitur,* Heurnio *notis ad ὅρκον, quod per filias* Æsculapii *ipsosmet artifices medicos ingeniosa exprimere voluit antiquitas: per filias vero ea, quae in ipsis requirebantur officia, quaeque consequebantur ornamenta: quorum & adeptio & possessio Deorum benignitate obtineretur & confirmaretur.* De singulis Æsculapii filiabus vid. plura suo loco.

G. AFRANIA, *Licinii Buccionis* Senatoris uxor, quae C. Julii Cæsaris tempore vixit, recensetur inter mulieres doctas ab *Andr. Tiraquello* in Leg. XI. Connub. T. II. Opp. pag. 185. a. quia *Valerius Maximus* de illa haec refert: G. Afrania Licinii Buccionis Senatoris *uxor prompta ad lites contrahendas pro se semper apud praetorem verba fecit: non quod advocatis deficiebatur, sed quod impudentia abundabat. Itaque insufitatis foro latratibus assidue tribunalia exercendo muliebris calumniae notissimum evasit exemplum: adeo ut pro crimine improbis feminarum moribus* G. Afraniae *nomen objiciatur. Prorogavit autem spiritum suum ad* C. Caesarem *iterum &* P. Servilium *Coss.* (A. U. DCCV.) *Tale enim monstrum magis, quo tempore extinctum, quam quo sit ortum, memoriae tradendum est.* Pro *Ca-*

frania, quæ describitur ab *Ulpiano* improbissima foemina, quae inverecunde postulans & Magistratum inquietans edicto caussam præbuit, *quo mulieres probibentur de aliis postulare* L. 1. §. 5. ff. h. t. *Alciatus* legit *C. Afrania*, contra sentiente *Cujacio*, sed *Alciati* sententiam defendit *Corn. van Bynkershoek* lib. IV. obs. 12.

AFRICANA *quæpiam sive ex nomine sive ex regione ita nuncupata & citata à Marcello Burdegalensi in lib. de Medicam. cap.* 29. Hæc leguntur in *Andr. Tiraquelli* lib. de Nobilit. cap. 31. num 351. Sed ex *Marcelli* verbis apparet, illam non appellatam esse Africanam, verum ex Africa Romam venisse. En ista: *Hoc medicamento primum muliercula quædam ex Aphrica veniens multos Romæ remediavit: postea nos per magnam curam compositione ejus accepta (id est pretio dato ei, quod desideraverat, qui venditabat,) aliquot non humiles neque ignotos sanavimus, quorum nomina supervacuum est referre.*

AGACLE, Poëtria, nomen fictum. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis num. I.

AGALLIS vel ANAGALLIS, quæ scriptura videtur verior esse *Vossio* lib. II. de Philologia cap. 2. §. 3. partem, quia in *Suida* mendi suspicionem tollit series literarum, partem, quod ἀναγαλλὶς etiam herbæ sit nomen & non sit inusitatum nomina à plantis imponi. Eam fuisse Corcyream Grammaticam testantur *Athenæus* lib. I. pag. 14. D. Ὀρχήσεις εἰσὶ παρ' Ὁμήρῳ αἱ μέν τινες τῶν κυβιστητήρων· αἱ δὲ διὰ τῆς σφαίρας, ἧς τὴν εὕρεσιν Ἀγαλλὶς ἡ Κερκυραία Γραμματικὴ Ναυσικάᾳ ἀνατίθησι, ὡς πολίτιδι χαριζομένη. Δικαίαρχος δὲ Σικυωνίοις, Ἵππασος δὲ Λακεδαιμονίοις, ταύτην τε καὶ τὰ γυμνάσια πρώτοις· ταύτην δὲ μόνην τῶν Ἡρωίδων Ὅμηρος παράγει σφαιρίζουσαν· & *Suidas* in Ἀναγαλλίς· ἡ Κερκυραία Γραμματικὴ, ἥτις τὴν τῆς σφαίρας εὕρεσιν Ναυσικάᾳ τῇ Ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατίθησιν· quæ repetit in ὄρχησις & in σφαῖρα.

AGAMEDA, filia natu maxima *Augeae* Epeorum Regis, uxor *Mulii*, de qua *Homerus* Ιλ. λ'. v. 739 sq.

Πρεσβυτάτην δὲ θυγατρ' εἶχε ξανθὴν Ἀγαμήδην,
Ἣ τόσα φάρμακα ᾔδη, ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.

Scholiastes Theocriti ad Idyll. II. quod inscribitur Φαρμακεύτρια, in cujus v. 16.

ξαν-

ξανθᾶς Περιμήδας meminit: ἄυτη ἐστὶν ἡ παρ' Ὁμήρῳ Ἀγαμήδη λεγομένη, ἣ τόσα φάρμακα ἤιδειν, ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών· De eadem *Propertius* lib. II. eleg. 1. v. 73 sq.

Non hic herba valet: non hic nocturna Cytæis:
Non Perimedea gramina secta manu.

Tiraquellus lib. de Nobil. cap. 31. num. 339. scribit: *Et de ea Agameda loquitur, nisi fallor, idem* Homerus Ιλ. ξ'. v. 6 *sq. dum scribit, illam aquis calidis saniem cruentam Machaonis vulnerati abluisse, tametsi eam ibi nominet Hecamedam, nisi & alia sit, quod nos credimus, & ea quoque medica. Versus* Homeri *sunt:*

Εἰσόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη
Θερμήνῃ καὶ λούσῃ ἄπο βρότον αἱματόεντα.

& Ιλ. λ'. v. 623.

Τοῖσι δὲ τεῦχε κυκειῷ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη.

AGANICE vel **AGLAONICE**, filia *Hegetoris* aut *Hegemonis* Thessali, astronomiae peritissima, quæ eclipses lunæ prævidens jactitavit, se lunam è cœlo in terram detracturam esse, & ob id postea in tantas calamitates incidit, ut proverbio originem dederit: τὴν σελήνην κατασπᾷ, quod usurpatur de illis, qui jactantiæ suæ poenas luunt. *Plutarchus* in præceptis Conjug. T. II. Opp. pag. 145. C. Ἂν δέ τις ἐπαγγέλληται καθαιρεῖν τὴν σελήνην, γελάσεται τὴν ἀμαθίαν καὶ τὴν ἀβελτηρίαν τῶν ταῦτα πειθομένων γυναικῶν, ἀστρολογίας μὴ ἀνηκόως ἔχουσα, καὶ περὶ Ἀγανίκης ἀκηκουῖα τῆς Ἡγήτορος τοῦ Θεσσαλοῦ θυγατρὸς, ὅτι τῶν ἐκλειπτικῶν ἔμπειρος οὖσα πανσελήνων, καὶ προειδυῖα τὸν χρόνον, ἐν ᾧ συμβαίνει τὴν σελήνην ὑπὸ τῆς σκιᾶς ἁλίσκεσθαι, παρεκρούετο καὶ συνέπειθε τὰς γυναῖκας, ὡς αὐτὴ καθαιροῦσα τὴν σελήνην. *Idem* in lib. de Oracul. defectu Tom. II. Opp. pag. 417. *A.* Ἀλλ' ἐκείνων μὲν ἐν γυναιξὶ τὸ πανοῦργον ἔσχε πίστιν, Ἀγλαονίκης τῆς Ἡγήτορος, ὥς φασιν, ἀστρολογικῆς γυναικὸς ἐν ἐκλείψει σελήνης ἀεὶ προσποιουμένης γοητεύειν καὶ καθαιρεῖν αὐτήν. Scholiastes *Apollonii Rhodii* ad lib. IV. Argonaut. v.

57.

57. Μεμύθευται ὡς ἄρα ἀι Φαρμακίδες τὴν σελήνην ταῖς ἐπῳδαῖς κατασπῶσι· τοῦτο δὲ ποιεῖν δοκοῦσιν ἀι Θεσσαλαὶ, σφαλεῖσαι τῆς ὑπολήψεως· καθὸ Ἀγλαονίκη Ἡγεμόνος θυγάτηρ, ἔμπειρος ὀυσα τῆς ἀστρολογίας, καὶ ἐιδυῖα τὰς ἐκλείψεις τῆς σελήνης, ὁπότε μέλλοιεν γενήσεσθαι, ἔφασκε τὴν Θεὸν κατασπᾷν, καὶ παραχρῆμα περιέπιπτε συμφοραῖς, τῶν οἰκείων τινὰ ἀποβάλλυσα, καὶ δίκην διδοῦσα τοῦ ἁμαρτήματος· ὅθεν κατὰ τὸν βίον λέγεται παροιμία ἐπὶ τῶν συμφοραῖς κεχρημένων, ὅτι τὴν σελήνην κατασπᾷ. vid. *Menagii* Hiſt. Mul. Philoſ. ſegm. 23. & *Eraſmi* Adagia in *Lunam detrahere.*

AGAPE, mulier hæretica in Hiſpania Sec. IV. de qua S. *Hieronymus* ad *Cteſiphontem* adverſus Pelagianos Tom. IV. Opp. Part II. pag. 477. *In Hiſpania* Agape Elpidium, *mulier virum, coecum coeca duxit in foveam, ſucceſſoremque ſui* Priſcillianum *habuit,* Zoroaſtris *magi ſtudioſiſſimum, & ex mago epiſcopum.* & *Sulpicius Severus* Hiſtoriae S. lib. II. cap. 60. *Primus eam* (Gnoſticorum haereſin) *intra Hiſpanias* Marcus *intulit, Ægypto profectus, Memphis ortus. Hujus auditores fuere* Agape *quaedam non ignobilis mulier, & Rhetor* Helpidius. *Ab his* Priſcillianus *eſt inſtitutus.* conf. de illa *Jo. Andr. Schmidii* diſſ. de muliere heterodoxa §. 20.

AGNODICE, perperam vocata *Agdonice* in *Gayoti de Pitaval* Bibliotheque des gens de cour Tom. IV. pag. 161 & 162. obſtetrix prima Athenis, de qua *Hyginus* fab. CCLXXIV. pag. 328. ed. *Munckeri. Antiqui obſtetrices non habuerunt, unde mulieres verecundia ductæ interierant. Nam Athenienſes caverant, ne quis ſervus aut femina artem medicam diſceret. Agnodice quaedam puella virgo concupivit medicinam diſcere, quae cum concupiſſet, demptis capillis, habitu virili, ſe Hierophilo cuidam tradidit in diſciplinam; quae cum artem didiciſſet, & feminam laborantem audiſſet ab inferiore parte, veniebat ad eam: quae cum credere ſe ei noluiſſet, aeſtimans virum eſſe, illa tunica ſublata oſtendebat, ſe feminam eſſe; & ita eas curabat. Quod cum vidiſſent medici, ſe ad feminas non admitti, Agnodicen accuſare coeperunt, quod dicerent eum glabrum eſſe & corruptorem earum, & illas ſimulare imbecillitatem. Quo cum Areopagitae conſediſſent, Agnodicen damnare cœperunt; quibus Agnodice tunicam allevavit, & ſe oſtendit feminam eſſe. Et validius* me-

medici accusare coeperunt. Quare tum foeminae princip s ad judicium convenerunt & dixerunt: Vos conjuges non estis, sed hostes: quia quae salutem nobis invenit, eam damnatis. Tunc Athenienses legem emendarunt, ut ingenuae artem medicam discerent.

AGRIPPINA (*Julia*) *Germanici* & *Agrippinae* senioris filia & *Augusti* proneptis primum *Passieno Crispo* desponsata fuit, deinde *Cn. Domitio* Ænobarbo nupsit, cui *Neronem* peperit, denique cum *Claudio Caesare* patruo suo secundas nuptias contraxit, quem, ut *Neroni* filio imperium assereret, venenato boleto sustulit. Foemina regnandi avidissima, & libidinibus infamis, jussu *Neronis* multis vulneribus à percussoribus confossa est. Conf. omnino *Taciti* Annales lib. IV. XII. & XIV. atque *Suetonii* Claudium cap. 26. Meminerunt Commentariorum ejus de vita sua & casibus suorum *Tacitus* Annal lib. IV. cap. 53. & *Plinius* Hist. nat. lib. VII. cap. 8. segm. 6.

ALBUNEA vel *Albuna*, Sibylla. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis num. II.

ALEXANDRA vel *Cassandra*, Priami filia. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis num. XV.

AMÆSIA apud *Tiraquellum* in Leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 185. a. in catalogo foeminarum doctarum memoratur, quia *Valerius Maximus* lib. *VIII.* cap. 3. num. 2. de illa refert haec: Amaesia Sentia (f. *sententia* vel *Sentii*, scil. uxor) *rea caussam suam* L. Titio *praetore* (A. U. DCLXXVI.) *judicium cogente, maximo populi concursu egit: partesque omnes ac numeros defensionis non solum diligenter, sed etiam fortiter executa, & prima actione & pene cunctis sententiis liberata est. Quam, quia sub specie foeminae virilem animum gerebat,* Androgynem *appellabant.*

AMALASUNTHA, sive *Amalasuentha*, sive *Amalasuinda*, *Theodorici* Gothorum Regis filia, Eutharici uxor, *Athalarici* mater, Gothorum Regina Sec. VI. de qua *M. Aur. Cassiodorus* Variarum lib. XI. epist. I. *Hoc miraculum utriusque moribus demus; nam tantus est genius maternus,* (Amalasunthae,) *cui etiam jure Princeps servire debuisset extraneus. Hanc enim dignissime omnia regna venerantur, quam videre reverentia est, loquentem audire, miraculum. Qua enim lingua non*

 pro-

probatur esse doctissima? Atticae facundiae claritate diserta est: Romani eloquii pompa resplendet: nativi sermonis ubertate gloriatur, excellit cunctos in propriis, cum sit aequaliter ubique mirabilis. Nam si vernaculam linguam bene nosse prudentis est; quid de tali sapientia poterit aestimari, quae tot genera eloquii inoffensa exercitatione custodit? Hinc venit diversis nationibus necessarium, magnumque praesidium, quod apud aures prudentissimae dominae nullus eget interprete. Non enim aut Legatus moram, aut interpellans aliquam sustinet de mediatoris tarditate jacturam; quando uterque & genuinis verbis auditur, & patriotica responsione componitur. Jungitur his rebus quasi diadema eximium, impretiabilis notitia literarum, per quam dum veterum prudentia discitur, Regalis dignitas semper augetur. Sed cum tanta gaudeat perfectione linguarum, in actu publico sic tacita est, ut credatur otiosa. Paucis litigia nodosa dissolvit: bella ferventia sub quiete disponit: silentiose geritur publicum bonum. Non audis praedici, quod palam videtur assumi, & temperamento mirabili dissimulando peragit, quod accelerandum esse cognoscit. Exstat ejus nomine Epistola ad *Justinianum* Imp. & alia ad Senatum urbis Romae in *Cassiodori* Variarum lib. X. num. 1. & 3. qui etiam de ejus vita fatisque varia refert l. c. lib. X. epist. 2. & 4. vid. etiam *Procopium* de B. Goth. lib. I. cap. 2. & 4. *Agathiam*, *Jornandem*, aliosque.

AMALTHEA, *Cumana*, Sibylla. vid. *Olearium* l. c. num. IV.

AMMIA Philadelphiensis, Prophetissa Novi Testamenti, de qua *Eusebius* Historiae Eccles. lib. V. cap. 17. pag. 183. ed. Par. Ὑποκαταβὰς (ὁ Μιλτιάδης) ἐν ταυτῷ συγγράμματι τοὺς κατὰ τὴν καινὴν διαθήκην προπεφητευκότας καταλέγει· ἐν οἷς καταριθμεῖ Ἀμμίαν τινὰ καὶ Κοδράτον, λέγων οὕτως· ἀλλ᾽ ὅγε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει· ᾧ ἕπεται ἄδεια καὶ ἀφοβία· ἀρχόμενος μὲν ἐξ ἑκουσίου ἀμαθίας, καταστρέφων δὲ εἰς ἀκούσιον μανίαν ψυχῆς, ὡς προείρηται. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον οὔ τέ τινα τῶν κατὰ τὴν παλαιὰν, οὔ τε τῶν κατὰ τὴν καινὴν πνευματοφορηθέντα Προφήτην δεῖξαι δυνήσονται· οὔτε Ἄγαβον· οὔτε Ἰούδαν· οὔτε Σίλαν· οὔτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας· οὔτε τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν· οὔτε Κοδράτον· οὔτε τινὰς ἄλλους μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχήσονται. Αὖθις δὲ μετὰ βραχέα ταῦτά φησιν· εἰ γὰρ μετὰ Κοδράτον καὶ τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, ὡς φασιν,

ων, αἱ περὶ Μοντανὸν διεδέξαντο γυναῖκες τὸ προφητικὸν χάρισμα, τοὺς ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν τίνες παρ' αὐτοῖς διεδέξαντο, δειξάτωσαν.

AMPHICLEA, seu *Amphiclia* Platonica, quae perperam in *Menagii* historia mul. philosoph. segm. 48. *Amphichia* & in *Eberti* Museo Gynaecei docti pag. 13. *Amphilochia* appellatur, fuit uxor *Aristonis*, qui *Jamblichi* filius erat, teste *Porphyrio* in vita *Plotini* cap. 9. Ἔσχε (Πλωτῖνος) γυναῖκας σφόδρα προσκειμένας· Γεμίναν τε, ἧς καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ κατῴκει, καὶ τὴν ταύτης θυγατέρα, Γεμίναν ὁμοίως τῇ μητρὶ καλουμένην· Ἀμφίκλειαν τε τὴν Ἀρίστωνος, τοῦ Ἰαμβλίχου υἱοῦ γεγονυῖαν γυναῖκα, σφόδρα φιλοσοφίᾳ προσκειμένας. *Marf. Ficino* interprete*: Audiebant* Plotinum *etiam mulieres nonnullae, admodum suae sapientiae deditae, quarum in numero erat* Gemina, *in cujus etiam laribus habitabat*, *item* Geminae *hujus filia, nomine similiter* Gemina, Amphiclia *quoque* Aristonis *filia & filii* Jamblichi *uxor.* Ultima reddi debebant*:* Amphiclea *quoque* Aristonis, *qui* Jamblichi *filius erat, uxor.* Fallitur doctissimus *Menagius*, qui l. c. *Ficini* versionem secutus est, & *Jamblichum* hunc discipulum *Porphyrii*, qui discipulus erat *Plotini* & *Longini*, fuisse tradit. *Jamblichus* enim iste antiquior fuit & diversus à celebri philosopho *Jamblicho*, *Porphyrii* discipulo.

ANAGALLIS vid. *Agallis*.

ANAGORA Milesia, Poëtria. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis num. V.

S. ANASTASIA, nobilissima Romana foemina, viri cujusdam praetextati sed gentilis, & *Flaviae* vel *Faustae*, foeminae Christianae, filia, atque Publii, infensissimi religionis Christianae hostis, uxor sub *Diocletiano* pro confessione Christi An. *CCCIII.* ultimum supplicium tulisse fertur. *Menologium* opera *Annibalis* Cardin. *Albani* graece & latine editum ad. d. *XXII.* Dec. Part. *II.* pag. 49. Ἡ μάρτυς Ἀναστασία ὑπῆρχεν ἐπὶ Διοκλετιανοῦ βασιλέως ἐν Ῥώμῃ τῇ πόλει, θυγάτηρ πλουσίων καὶ εὐγενῶν γονέων. Καὶ ὑπὸ μὲν τῆς μητέρος μανθάνει τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ὑπὸ δὲ Χρυσογόνου, τοῦ Χριστιανῶν διδασκάλου, τὰ ἱερὰ γράμματα. Ἔλαβε δὲ ἄνδρα Πόπλιον λεγόμενον, πλούσιον μὲν, ἕλληνα δὲ, ὅθεν καὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι Χριστιανὸν, ἐμίσει αὐτὸν, καὶ οὐ συνήρχετο αὐτῷ εἰς συνάφειαν. Ἠλέει δὲ τοὺς πτωχοὺς καὶ ἐπεσκέπτετο τοὺς ἐν φυλακῇ. Διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς εἰς φυλακὴν

ἀποῤῥίπτεται· Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἀπέθανεν, ἐξελθοῦσα τῆς φυλακῆς, πάντα τὸν πλοῦτον αὐτῆς ἔδωκε τοῖς πτωχοῖς· καὶ πάλιν ἐδούλευσε τοῖς ἁγίοις καὶ τελειωθέντας ἔθαπτε· πολλοὺς δὲ καὶ πρὸς τὸ μαρτυρῆσαι προεθυμοποίει. Παρὰ διαφόρων δὲ ἀρχόντων βασανισθεῖσα, καὶ ἐν θαλάσσῃ ἀποῤῥιφεῖσα πυρὶ παρεδόθη· καὶ τοῦ πυρὸς ἐξελθοῦσα μετὰ τῶν σὺν αὐτῇ γυναικῶν ἀπεκεφαλίσθη.· *Menaea* Venet. 1689. fol. edita, XXII. Dec. pag. 192. a. & *Franc. Combefis* in notis ad Auctarium novissimum Bibliothecae Patrum pag. 512. a. Ἡ ἁγία καὶ γενναιοτάτη μάρτυς Ἀναστασία ἦν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει, Πραιτεξτάτου (*Menaea*: Πρετεξεστάτου) τινὸς Ἕλληνος οὖσα θυγάτηρ, μητρὸς δὲ Φαύστης· ὑφ' ἧς προσαχθεῖσα Χρυσογόνῳ, ἀνδρὶ θεοπνεύστῳ καὶ εὐσεβεῖ, τὰ ἱερὰ γράμματα ἐπαιδεύθη· τὴν δὲ εἰς Χριστὸν πίστιν παρὰ τῆς μητρὸς ἔμαθε, καὶ συνεζεύχθη ἀνδρὶ Ἕλληνι πρὸς κοινωνίαν γάμου, Πουπλίῳ ὀνόματι· καὶ διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτοῦ ἀστόργως τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν ἔφερε, νοσεῖν προφασιζομένη, καὶ μὴ καταδεχομένη συνέρχεσθαι αὐτῷ εἰς συνάφειαν. Μετρίαν δὲ καὶ πενιχρὰν ἐνδυομένη στολὴν, προσωμίλει ἀεὶ γυναιξὶ δεομέναις, καὶ λαθραίως τοὺς διὰ Χριστὸν ἐναθλοῦντας ἐθεράπευεν ἐν ταῖς φυλακαῖς, ἐν αἷς ἦσαν, εἰσιοῦσα, καὶ τῶν μολυσμῶν ἀπολούουσα, καὶ ἐλαίῳ ἐπαλείφουσα, καὶ τοὺς ἰχῶρας αὐτῶν ἀπομάττουσα, καὶ τροφὰς ἐπιτηδείας τούτοις παρέχουσα, μιᾶς μόνης θεραπαινίδος ἑπομένης αὐτῇ. Ἐπὶ τούτοις πρῶτον μὲν ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐφυβρίσθη, (*Menaea*: ἐφρουρήθη) ἐπιγνόντος τὰ κατ' αὐτήν. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος διαποντίῳ κλύδωνι γέγονεν ὑποβρύχιος, ἀδείας αὐτὴ λαβομένη, πάντα τὰ προσόντα αὐτῇ διένειμε τοῖς πτωχοῖς. Εἶτα ἀδεέστερον τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ ἀθλοῦντας ἐθεράπευε, καὶ τελειωθέντας συνεκόμιζε, καὶ παρεδίδου τῇ ὁσίᾳ ταφῇ, καὶ πολλοὺς πρὸς τὸ μαρτύριον ὑπαλείψασα, καὶ διαφόροις ἡγεμόσιν ἐξετασθεῖσα, καὶ ἐν θαλάσσῃ μεθ' ἑτέρων γυναικῶν ἀποῤῥιφεῖσα, τελευταῖον πάλοις προσδεθεῖσα καὶ πυρὶ βληθεῖσα, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῆς σύναξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι πλησίον ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις. *Theodorus Lector* lib. II. Historiae Eccles. in fine: Ἐπὶ τῆς αὐτοῦ (Φλ. Λέοντος) βασιλείας, καὶ ἐπὶ Γενναδίου Πατριάρχου ἠνέχθη ἀπὸ τοῦ Σερμίου τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατετέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις. *Nicephorus Callistus* historiae Eccles. lib. XIV. cap. 10. pag. 459. C. Ἐπὶ τῆς ἐχομένης βασιλείας

σιλείας, (τοῦ νέου Θεοδοσίου, cujus tamen temporibus Gennadius nondum erat Patriarcha CPolitanus,) Γενναδίου τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντίνου ἐπιτροπεύοντος, καὶ τὰ λείψανα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τῆς Φαρμακολυτρίας ἀπὸ Σιρμίου ἠνέχθη καὶ ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς κατετέθη, ὃ ἔγγιστα τοῖς καλουμένοις Δομνίνου ἐμβολοῖς ἐστίν. In Scholiis ad h. l. & in *Baronii* Annal Eccl. ad A. C. 300. ſegm. III. Lectores admonentur, hiſtoriam hujus *Athanaſiae* ex *Suida* in fine libri XIV. *Nicephori* annexam eſſe, quæ tamen fruſtra ibi quæritur. *Franc. Combefiſio* in notis ad Auctarium noviſſimum Bibliothecae Patrum pag. 511. a. diſplicet, vocem Φαρμακολυτρίαν *Jo. Lango*, *Nicephori* interpreti Latino, & *Caeſari Baronio* in Annalibus Eccl. ad an. CCC. eſſe *incantatricem*, *Ducaeo* autem in ſcholiis ad h. l. *pharmaceutriam*. Ipſe putat vim vocis petendam eſſe ex Menæis, quorum auctor ſic in ea ſibi ludendum putavit:

> Ἀναστασία φάρμακον πιστοῖς μέγα,
> Πᾶν φάρμακον λύουσα καὶ κεκαυμένη.
> Καύθη Ἀναστασίη πυρὶ εἰκάδι δευτέρᾳ λάβρῳ.

Suidas in Χρυσόγονος profert epiſtolas duas *Anaſtaſiae* martyris ad *Chryſogonum*, literasque binas ab hoc redditas, quas germanas & per multa ſecula integras conſervatas eſſe affirmat *Baronius* l. c. ubi latine exhibentur. Ecce tibi *Anaſtaſiae* epiſtolas: Τῷ ἁγίῳ ὁμολογητῇ Χριστοῦ Χρυσογόνῳ Ἀναστασία χαίρειν. Εἰ καὶ μάλιστα ὁ ἐμὸς πατὴρ τὰ εἴδωλα προσεκύνει, ἀλλ' οὖν ἡ μήτηρ μου Φλαυΐα, διὰ παντὸς ἐν χριστιανοῖς οὖσα, ἐξότου μὲν ἐγέννησε, χριστιανήν με ἐποίησε· μετὰ δὲ τὸν θάνατον αὐτῆς ἐζεύχθην ἀνδρὶ μιαρωτάτῳ, οὔτινος, χάριτι Θεοῦ, τὴν συνάφειαν διέφυγον, δεομένη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, νυκτός τε καὶ ἡμέρας, ῥυσθῆναι ἀπὸ τοῦ μιαροῦ εἰδωλολάτρου ἐκείνου, ὅστις τὴν ἐμὴν περιουσίαν ἑξῆς διαφαίνεται μετὰ μιαρῶν καὶ εἰδωλολάτρων ἐξαντλήσας· ἐμὲ δὲ, ὡσανεὶ φάρμακον καὶ ἱερόσυλον, βαρυτάτῃ φυλακῇ παραδέδωκεν· ὥστε με τὴν πρόσκαιρον ἀπολέσαι ζωήν. καὶ οὐδέν μοι παρὲξ τῆς ψυχῆς περιλέλειπται. Πλὴν εὔχομαι μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐλπίδος ἀποθανεῖν· Ὅμως, εἰ καὶ καυχῶμαι ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τοῦ Χριστοῦ μου, πάνυ λυποῦμαι, ὅτι τὴν ἐμὴν περιουσίαν, ἣν ηὐχόμην περὶ τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ δαπανῆσαι, ὁ

μιαρὸς ἐκεῖνος ἄνθρωπος δαιμονολάτραις ἐπιχορηγεῖ· καὶ ἅπερ ἐγὼ ἐπιδοῦναι τοῖς τοῦ Θεοῦ δούλοις ηὐχόμην, ταῦτα αἰσχροῖς καὶ ἀνοσίοις ἀνθρώποις ἐπιδίδωσι. Καὶ διὰ τοῦτο παρακαλῶ σε, δοῦλε Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ἵνα σπουδαίως ὑπὲρ ἐμοῦ τὸν Θεὸν δυσωπήσῃς. ὥστε, ἐι μὲν προγινώσκει ὁ Θεὸς, πιστεῦσαι τὸν ἐμὸν ἄνδρα Πόπλιον εἰς τὸν Χριστόν· ἐι δὲ μήγε, συγχωρῆσαι αὐτὸν οἰκείαις ἐναπολέσθαι ἀπάταις· ἐμὲ δὲ ῥύσασθαι ἀπ' αὐτοῦ. Κάλλιον γάρ μοι τὸ ἀποθανεῖν, ἢ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀπαρνήσασθαι, καὶ τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν ἐμποδίσαι, αὐτὸς ὁ παντοδυνάστης Χριστὸς μαρτυρεῖ. Ὅταν δὲ ἀπαλλαγήσωμαι τῆς πλάνης ταύτης, τοῖς ἁγίοις προσκαρτερήσω, καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν φροντίδας, καθάπερ ἠρξάμην, μέχρι παντὸς ἀναδέξομαι. Ἔῤῥωσο, δοῦλε τοῦ Θεοῦ, καί μέμνησό μου.

Χρυσογόνῳ τῷ ὁμολογητῇ τοῦ Χριστοῦ Ἀναστασία χαίρειν. Ὅτι τὸ τέλος πάρεστι τῷ σώματί μου, εὔχου ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα ἐκεῖνός μου ἀποδέξηται τὴν ψυχὴν, δι' ὃν ταύτας τας θλίψεις ὑπομένω. Vid. de his epiſtolis *Menagiana* Tom. IV. pag. 208 ſq. ubi verba *Oliverii Maillardi* ſerm. 5. poſt cineres proferuntur: Scotus *dicit in tertio, quod quando quis offendit nos, non poſſumus optare damnationem ſuam ſine peccato mortali, nec etiam quod moriatur, niſi in duobus caſibus. Primo quando impedit bonum commune & ſervitium divinum. Secundo, quando eſt publicus peccator & non vult ſe corrigere; & fundat ſe in una littera, quam mandavit* S. Anaſtaſia *Beato Griſogono,* (intelligit *Chryſogonum,*) *quae habebat virum malum, & rogabat eum, quod oraret, ut moreretur, nec ipſa peccavit in hoc, quod impediebat eam à ſervitio divino.* Ejus vita & Acta martyrii exſtant graece in Codice MSto Bibliothecae Coislinianae, teſte *Montfaucono* pag. 213. & latine apud *Surium* 25. Decemb. aliosque Scriptores de vitis Sanctorum. Ejus elogium ab auctore incerto ſcriptum incipere: Κατὰ τοὺς καιροὺς Διοκλητιανοῦ &c. obſervat Cel. *Fabricius* Vol. IX. Biblioth. Gr. pag. 53. Sacer eſt ei dies XXII. Decembris in Eccleſiis Graecorum & Ruſſorum, vid. *Menaea* m. Dec. pag. 185 ſq. Conf. de illa Scriptores Hiſtoriae Eccleſiaſticae, inprimis *Tillemontium* in Memoriis Eccleſ. gallice editis Tom. V. Part. II. pag. 235 ſq. ed. in 12 qui ejus Acta dubiae fidei eſſe fatetur, & Celeb. *Fabricium* Vol. VIII. Biblioth. Gr. pag. 344. Alia fuit *Anaſtaſia* ſenior, Virgo & Martyr, cujus elogium à *Niceta Paphlagone* compoſitum

positum exstat MStum in Bibliotheca Coisliniana teste *Montfaucono* pag. 185. graece & latine in Auctario novissimo Combefisiano Tom. I. pag. 462 sqq. & latine in Tomo XXVII. Biblioth. Patrum Lugdun. pag. 431. De utraque *Nicetas Paphlago* l. c. segm. 3. pag. 462 sq. Διττὰς ἡμῖν Ἀναστασίας (à quibus verbis ordiuntur Acta *Anastasiae* Virginis Metaphrastaea MS. in Bibliotheca Vindobon. apud *Lambecium* Tom. VIII. pag. 255. 260. 262. & in Coisliniana apud *Montfauconum* pag. 211. latine apud *Surium* ad d. XXVIII. Octobr. & apud *Lippomannum* Tom. VI.) εἶδεν ὁ λόγος· περιφανεῖς μὲν, καὶ ἐκ περιφανῶν κατὰ σάρκα τυγχανούσας· περιφανεστέρας δὲ πολλῷ μᾶλλον κατὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν. Καὶ ἄμφω μὲν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ὡρμημένας· ἄμφω δὲ ταύτην τῆς ἀκαταλύτου τῶν ἁγίων πόλεως ἀντικαταλλαξάσας. Ἀλλ' ἡ μὲν ἀνδρὶ πρότερον οὐκ εὐσεβεῖ πρὸς βραχὺν ἀφθόρως συζυγεῖσα χρόνον· εἶτα θανάτῳ τῆς αὐτοῦ κακοτρόπου γνώμης ἐλευθερωθεῖσα, ἐν χηρείᾳ σώφρονι καὶ πάσῃ δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι ζῶσα διετέλει· ἡ δὲ παιδιόθεν ἀποδεδομένη παρθενῶνι, καὶ ψυχὴν ἅμα σώματι καθιερωμένη τῷ Κυρίῳ, ἀμίαντον ἄχρι τέλους αὐτῷ τὴν ἱερὰν παρθενίαν διετήρησεν. Καὶ ἡ μὲν ὅλην αὐτῆς τὴν γονικὴν περιουσίαν, πολλὴ δέ τις ἦν, ταῖς τῶν ἁγίων χρείαις κοινωνοῦσα, καὶ στοργῇ φιλομάρτυρι τούτοις τρόπον τινὰ συμφυομένη· καὶ τοὺς ἰχῶρας αὐτῶν ὀθόναις ἐντίμοις καταμάσσουσα, καὶ τὰ τραύματα καταντλοῦσα καὶ καταφιλοῦσα· καὶ ζῶντας μὲν ἔτι, λόγοις στεῤῥοῖς ἐπιῤῥωννύουσα, καὶ πρὸς τοὺς ἀμαράντους παραθαῤῥύνουσα στεφάνους· ἀποιχομένοις δὲ πανοσίως τὴν ὁσίαν ἐπιβάλλουσα, οὕτως ἑαυτὴν καλὸν ἐντάφιον τούτοις ὕστερον παρέσχετο διὰ πυρὸς ὁλοκαυθωθεῖσα, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας λογισθεῖσα τῷ Θεῷ. Ἡ παρθένος δὲ γονέων καὶ συγγενῶν, κτημάτων καὶ χρημάτων ἐκ τριετοῦς τῆς ἡλικίας χρόνου τοὺς περιουσιασμοὺς λιποῦσα, καὶ σεμνείῳ τινὶ γνησίως ἄχρι τοῦ εἰκοσαετοῦς προσκαρτερήσασα· καὶ διὰ τῆς ἱερᾶς Σοφίας· οὕτω γὰρ ἡ διδάσκαλος ὠνόμαστο· μᾶλλον δὲ διὰ τῆς ὄντως Θεοῦ Σοφίας υἱοθετηθεῖσα τῷ Πατρὶ, οὕτω διὰ πολλῶν καὶ δεινῶν τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ βασάνων και τομῶν τῆς ἐν σαρκὶ μὲν ἐῤῥάγη παροικίας· πρὸς τὰ ἀγαπητὰ δὲ Θεοῦ σκηνώματα μετέστη. Ab his duabus distinguendam esse tertiam *Anastasiam* Martyrem, cujus corpus Sirmio CPolin in *Anastasiae Romanae* aedem translatum sit, verosimile sit *Franc. Combefisio* l. c. pag. 510 sq. De *Anastasia* & *Basilissa* matronis Romanis & Martyribus

ribus A. C. LXVI. vid. *Acta Sanctorum* Antwerpiensia d. XV. Apr. Tom. II. pag. 372. De *Anastasia* patricia in Ægypto A. C. DLXVII. Acta ista d. X. Mart. Tom. II. pag. 40.

ANASTASIA, Senatoria ac Patricia foemina Romana, quae in epistola ad *Hormisdam* Papam A. C. DXIX. data illum rogat, ut pro Imperatoris *Anastasii* salute preces ad Deum fundat. *Domino Sancto & beatissimo Patri Patrum Hormisdae Archiepiscopo universalis Ecclesiae* Anastasia. *Divini luminis illuxisse nobis gratiam merito profitemur, apostolatus vestri reverentiam in sancto corde nostri tenere memoriam, paginali assertione noscentes; veraci namque spe confidimus supernae misericordiae propitiationem de pontificali intercessione subsistere, domine beatissime & apostolico honore suscipiende Pater. Pervigiles vestrarum orationum excubiae & miranda victoriosissimi Principis fides splendore catholico semper irradians diu exspectatam sacrosanctis Ecclesiis concordiam pacis restituit, quam omnibus triumphis suis solidissime formatis invictum jure exultat praecoluisse vexillum. Ideoque illibata vestrae paternitatis sanctimonia pro incolumitate atque prosperitate praedicti domini nostri Augusti vota precesque omnipotenti Deo offerre indesinenti continuatione persistat, ut ineffabilem tantorum bonorum gratiam, quam ipse piis ejus sensibus inspiravit, ad futurae quoque beatitudinis profectum conservare dignetur. Domino etiam jugali filio vestro & mihi peculiari cultrici vestrae, cum sobole, quam nobis Dominus donare dignatus est, à vestro Pontificatu oratio benigniter impendatur, cujus suffragio divini favoris protectio nobis clementer aspiret.* Exstat haec epistola in Pontificum Epistolis Tomo *I.* in *Baronii* Annalibus ad A. C. 519. segm. 69. in Conciliorum Collectione *Regia* Tom. X. & in *Labbeana* Tom. IV. num. XL. pag. 1494. Illam in promovenda Ecclesiae pace multum operae posuisse, liquet ex Epistola *Hormisdae* Papae ad *Anastasium* & *Palmatiam* in Conciliis *Labbei* Tom. IV. num. XL. pag. 1484. atque alia ejusdem ad *Anastasiam*, ib. num. XLIX. pag. 1500.

ANASTASIA *Valentis* Imp. filia in Jo. Casp. *Eberti* Museo Gynaecei docti pag. 15. in numerum foeminarum doctarum refertur, quia *Sozomenus* Hist. Eccl. lib. IV. cap. 9. haec scribit: "Αἴτιος τούτων Μαρκιανός τις· ὃς ἐπὶ βίῳ καὶ λόγοις θαυμαζόμενος, πάλαι μὲν ἐν τοῖς βασιλείοις ἐστρατεύετο. τότε δὲ πρεσβύτερος ὢν

τῆς

τῆς Ναυατιανῶν αἱρέσεως, γραμματικοὺς λόγους ἐξεδίδασκε τὰς βασιλέως (Οὐάλεντος) θυγατέρας, Ἀναστασίαν τε καὶ Καρῶσαν.

ANAXANDRA, *Nealcis* filia, artis pictoriæ peritissima, cujus meminit *Didymus* in Symposiacis, teste *Clemente Alexandr.* Strom. lib. IV. cap. 19. pag. 523.

ANGERONA. vid. *Medea.*

ANGITIA, seu *Anguitia.* vid. *Medea.*

ANICIA (Juliana) vid. *Juliana.*

ANNA, Hebraeis *Channa*, uxor altera *Elcanae*, & mater *Samuelis* Prophetae, quem A. M. MMDCCCXXXI. natum esse Rabbini volunt. In Scialsceleth hakabbala p. 14. b. asseritur *Annam* fuisse filiam CXXX. annorum, quando peperit *Samuelem* An. DCCCCXXIX. a. C. N. Ejus historia exstat 1. *Sam.* c. I. & hymnus elegans cap. II. qui præter gratiarum actionem pro nativitate filii, prophetiam de Christo complectitur, ideoque illa inter Prophetissas numeratur à Jo. *Brentio* Tom. II. Opp. pag. 226. *Gisb. Voëtio* Dispp. Sel. Part. I. pag. 42. & *Herm. Witsio* in Miscell. Sacr. lib. I. cap. 23. pag. 354. ut alios plures nunc taceam. Commentationes vanas & ineptas Rabbinorum de hac *Anna* ejusque carmine profert *Iul. Bartoloccius* Biblioth. Rabbin. Tom. II. pag. 840--842. conf. de illa *Fl. Josephi* Antiqu. Jud. lib. V. cap. 10. segm. 2 sq.

ANNA, filia *Phanuelis*, Prophetissa N. T. de qua S. *Lucas* Evang. cap. II. v. 36 sq. Ἦν Ἄννα προφῆτις θυγάτηρ Φανουὴλ ἐκ φυλῆς Ἀσήρ. Αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς. Καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοηκοντατεσσάρων, ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν. Καὶ αὕτη αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ. In S. *Cyrilli* Hierosol. Catechesi X. segm. 9. pag. 133. ed. Oxon. *Anna* vocatur ἐγκρατὴς, εὐλαβεστάτη καὶ ἀσκήτρια, quæ vox à *Jo. Grodecio* interprete male redditur *monialis*, vid. *If. Casaubonum* pag. 170 sq. Exercitt. contra *Baronium* & *Montacutium* I. Origg. pag. 163. *Cornelius à Lapide* in Comment. in Luc. II. 36. observat eam secundum S. *Ambrosium* vixisse viduam annos 84.

 &

& fuiſſe annorum 106. cum Chriſto occurreret. Dies feſtus in ejus memoriam eſt I. Sept. in Martyrologiis *Uſuardi* & *Adonis*, XXVIII. *Aug.* in Menologio *Caniſii* Tom. II. pag. 851. III. Febr. in Menologio *Ughelli* pag. 1208. & in Menæis. Conf. de illa *Eraſmi* Rot. Viduam Chriſtianam Tom. V. Opp. pag. 751. *Herm. Witſii* Miſcell. S. lib. I. cap. 23. pag. 359 ſqq. *Jo. Frid. Mayeri* Programma, quo ſolennia funeris *Annæ Trendelenburgiæ* indicuntur, Griphisw. 1706 recuſ. in Vener. *Erdm. Neumeiſteri* Eclogis Evang. Part. I. pag. 195 ſq. & Anonymi librum gallice ſcriptum: Entretiens de Philarque & Polidore Part. II. pag. 72 ſq. *Annæ* dux, altera mater, altera ſocrus *Tobiæ* memorantur in libro *Tobiæ* cap. I. 9. II. 19. & VII. 18. De *Anna*, matre B. Virginis *Mariæ* & avia *Chriſti*, cujus & *Joachimi* mariti memoria recolitur in Eccleſia græca IX. Dec. in latina XXVI. Jul. vel ex *Julii II.* decreto XX. Martii, vid. præter Scriptores, in *Lippenii* Bibliotheca Theol. & Philoſoph. memoratos, *Natalis Bedæ* apologiam pro filiabus & nepotibus *Annæ* contra *Jo. Fabrum* Pariſ. 1529. *Franc. Kernatoux* Vitam S. *Annæ* Matris B. Virginis, cum hiſtoria inventionis imaginis S. *Annæ*, Venet 1659. 12. *Jo. Crauſii* Exerc. de *Joachimo* & *Anna*, Jen. 1667. Auctoris Galli librum è lingua gall. in anglicam tranſlatum, qui inſcribitur: an Abridgement of the prerogatives of S. *Ann*, de quo conf. *Clerici* Biblioth. Univ. Tom. XI. pag. 141 ··· 147. & Young Students Library pag. 120 ſq. *Ge. Henr. Goëtzii* diſſert. de Cultu *Annæ*, aviæ Chriſti in Miſniam invecto Lipſ. 1702. 4. recuſ. in ejus Meletem. Annæberg. pag. 291 ſqq. *Tillemontii* Memorias Eccleſ. Tom. I. pag. 266. & Celeb. *Fabricii* Codicem Apocryphum N. T. Vol. I. pag. 19. 26. 67. 74. Vol. II. pag. 402 ſq.

ANNA Comnena, CPolitana, Porphyrogenita & Cæſariſſa, *Alexii Comneni* Imp. & *Irenes* primogenita filia, atque *Joannis Comneni*, qui *Alexio* Patri in imperio ſucceſſit, ſoror, nata eſt A. C. MLXXXIII. & deſtinata conjugio *Conſtantini Ducae* Porphyrogeniti, qui *Michaelis Ducae* Imp. ex *Maria Ibera* filius erat. *Nicephorus Bryennius* præf. Commentar. de rebus Byz. ſegm. 8. Ἐυθὺς (Ἀλέξιος Κομνηνὸς) τὴν ἰδίαν θυγατέρα τῷ Πορφυρογεννήτῳ (Κωνσταντίνῳ) φέρων συνάπτει, καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ καὶ συνοικονομεῖν τὰ τῆς βασιλείας ἐπευδοκεῖ καὶ μὴν καὶ

καὶ τῆς συνήθους εὐφημίας καὶ ἀναῤῥήσεως αὐτῷ κοινωνεῖ, καὶ τῆς ἐν γράμμασιν ἐρυθρᾶς ὑποσημασίας, προμνηστευόμενος ἐντεῦθεν αὐτῷ τὰ σκῆπτρα καὶ σκοπῶν τέλεον καιροῦ καλοῦντος ἀναγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὸν τῆς βασιλείας θρόνον, ὁπηνίκα καὶ τὴν τοῦ πολλοῦ πλῆθους δυνηθείη περὶ αὐτὸν ἀγαθὴν ῥοπὴν ἐπισπάσασθαι, καὶ τὴν προτέραν μῆνιν περιελεῖν· καὶ τάχ' ἂν εἰς ἔργον ἐκβέβηκε τὸ οἰκονομούμενον, εἰ μὴ βαρεῖα νόσος πρότερον τῷ Πυρφυρογεννήτῳ εἰσφρήσασα, μὴ συγχωροῦσα τούτῳ τῆς τοιαύτης ἐπιβῆναι ἀρχῆς, μετ' οὐ πολὺ τῶν ἐνταῦθα προήρπασεν. Conſtantino igitur ante nuptias mortuo *Annam* nubilem in ſponſam ambivit Sultanus, ſed tandem obtinuit *Nicephorus Bryennius*, Cæſar primum, deinde Panhyperſebaſtus ab *Alexio* dictus, cujus libri IV. Commentariorum de rebus Byzantinis adhuc exſtant. Paulo ante obitum *Alexii Irene* conjux, in filiam & generum propenſior, his imperium aſſerere ſtuduit, *Nicephorus* autem *Joanni Comneno*, *Alexii* filio, noluit imperium eripere, quamvis ſocrus ejus atque uxor vehementer id cuperent. Copioſe hæc narrat *Nicetas* Annalium lib. I. pag. 4 ſqq. ed. Pariſ. qui inter alia pag. 7 ſq. Τῇ τοῦ βασιλέως ἀδελφῇ τῇ Καισαρίσσῃ Ἄννῃ (Βρυέννιος) συνέζευκτο, ἥτις δὴ τῆς τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπόχου φιλοσοφίας ἐδείκνυτο μέλημα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐῤῥύθμιστο μάθησιν. Τάχα δ' ἂν καὶ νυκτὸς ἐπέθετο μεθ' ὅπλων τῶν φονουργῶν, αὐλιζομένῳ τῷ βασιλεῖ κατὰ τὸ μικρὸν ἄποθεν τῶν χερσαίων πυλῶν ἱππήλατον Φιλοπάτιον, δώροις προδιαφθείραντες ἀθρόοις τὸν ἐπὶ τῶν εἰσόδων τῆς πόλεως· εἰ μὴ τὸ εἰωθὸς ὑπόνωθρον καὶ χαλαρὸν πρὸς βασιλείας ἐπίθεσιν τῆς ἐγχειρήσεως ἔπαυσε τὸν Βρυέννιον, αὐτόν τε μένειν κατὰ χώραν παραβιάσαν, τῶν ξυνθηκῶν λαθόμενον, καὶ κατασβέσαν τὸ θερμὸν τῶν συνελθόντων φρόνημα. Ὅτε καὶ λέγεται τὴν Καισάρισσαν Ἄνναν πρὸς τὸ χαῦνον τοῦ ταύτης ἀνδρὸς δυσχεραίνουσαν, ὡς πάσχουσαν δεινὰ, διαπρίεσθαι, καὶ τῇ φύσει τὰ πολλὰ ἐπιμέμφεσθαι, ὑπ' αἰτίαν τιθεῖσαν οὐχὶ μακρὰν, ὡς αὐτῇ μὲν ἐνδιασχοῦσαν τὸ ἄρθρον καὶ ἐγκοιλάνασαν, τῷ δὲ Βρυεννίῳ τὸ μόριον ἀποτείνασαν καὶ σφαιρώσασαν. Φωραθέντων δ' ἡμέρας τῶν ὁμοτῶν, οὐδένες μὲν αὐτῶν ἐς τὸ σῶμα διελωβήθησαν, ἢ καθυπεβλήθησαν μάστιξι, τῶν δὲ οὐσιῶν ἐστέρηντο ἁπαξάπαντες. Μετὰ δέ τινα καιρὸν καὶ αὗται τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ἀπεδόθησαν, ἐξ αὐτῆς τῆς πρωτεργάτιδος τῆς ἐπιβουλῆς Ἄννης τῆς Καισαρίσσης, τοῦ βασιλέως ἀρξαμένου φιλανθρωπεύεσθαι. *Anna*

 marito

marito A. C. MCXXXVII. orbata vitam produxit ad tempora *Manuelis* Augufti, vid. plura de ejus vita lib. VI. Alexiados pag. 166 ſq. pag. 177. lib. VII. pag. 191. & lib. XIV. pag. 447. nec non præfationem hujus Operis, atque *Zonaram* Annal. VI. pag. 176 & 167. XIII. pag. 405. Ejus ſepulchrum, à *Steph. Gerlachio* viſum, exſtare CPoli in templo Patriarchali ad parietem ex integro lapide à terra ſurgens altius, quam menſam, in quo inciſa conſpiciatur aquila, refert *Mart. Cruſius* lib. I. Turco-Græciæ in notis ad hiſtoriam Polit. CPolit. pag. 46. & locum ex ejus Alexiade tunc adhuc inedita adverſus primatum Papae Romani exhibet. *Anne Dalaſſenae* aviæ ſuæ ſapientiam & facundiam laudat Noſtra lib. III. Alexiad. pag. 85 ſq. De ſe ipſa ſcribit in præfat. hujus Operis ſub init. Ταῦτα διεγνωκυῖα ἐγὼ Ἄννα, θυγάτηρ μὲν βασιλέων Ἀλεξίου καὶ Εἰρήνης, πορφύρης τιθήνημά τε καὶ γέννημα, γραμμάτων ὀυκ ἄμοιρος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἑλληνίζειν εἰς ἄκρον ἐσπουδακυῖα, καὶ ῥητορικῆς ὀυκ ἀμελετήτως ἔχουσα, καὶ τὰς Ἀριστοτελικὰς τέχνας ἐῢ ἀναλεξαμένη, καὶ τοὺς Πλάτωνος διαλόγους καὶ τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς τετρακτύος τῶν μαθημάτων πυκάσασα (δεῖ γὰρ ἐξορχεῖσθαι ταῦτα, καίπερ ταυτολογία (forte: ἐι καὶ περιαυτολογία) τὸ πρᾶγμα, ὅσα ἡ φύσις καὶ ἡ περὶ τὰς ἐπιστήμας σπουδὴ δέδωκε, καὶ ὁ Θεὸς ἄνωθεν ἐπεβράβευσε, καὶ ὁ καιρὸς συνεισήνεγκε.) βούλομαι διὰ τῆς δέ μου τῆς γραφῆς τὰς πράξεις ἀφηγήσασθαι τοῦ μου πατρός. Prædicant eruditionem *Annae Jo. Zonaras* Annal lib. XVIII. ſegm. 26. Tom. II. pag. 305. ed. Pariſ. Ἦν (Βρυέννιος) καὶ λόγοις προσκείμενος ὁ ἀνὴρ, καὶ ἡ σύνοικος (Ἄννα) δὲ οἱ ὀυδὲν ἧττον, ἐι μὴ καὶ μᾶλλον ἐκείνου τῆς ἐν λόγοις παιδείας ἀντείχετο, καὶ τὴν γλῶτταν εἶχεν ἀκριβῶς ἀττικίζουσαν καὶ τὸν νοῦν πρὸς ὕψος θεωρημάτων ὀξύτατον. Ταῦτα δὲ αὐτῇ προσεγένετο φύσεως ὀξύτητι καὶ σπουδῇ. Προσετετήκει γὰρ ταῖς βίβλοις, καὶ λογίοις ἀνδράσι, καὶ ὀυ παρέργως ὡμίλει αὐτοῖς. & *Maximus Margunius* not. 2. ad Can poenit. *S. Baſilii*: γράφει σοφωτάτη ἐκείνη καὶ ἀληθεστάτη Καισάρισσα ἡ Κυρία Ἄννη, ὅπυ ἔγραψεν ἐυγλωττότατα πολλὰς ἱστορίας. Adde *Nic. Comnenum* pag. 418. prænotionum Myſtagogicarum. Compoſuit *Anna* Opus (quod acri profecto ſupra ſexum judicio ac ſingulari elegantia conſcriptum dicit *Car. du Freſne* in præf. ad *Cinnamum*,) *Alexiados*, ſive de rebus *Alexii Comneni* Patris ſui, libris non XX, ut tradit *Bodinus* cap. 10. de me-

thodo Histor. sed XV. absolutum, sub imperio *Manuelis Comneni* circa A. C. MCXLVIII. & annum ætatis LXV. vid. Ipsa lib. XIV. pag. 447 sq. In Scaligeranis pag. 7. Auctor hujus Operis MSti perperam vocatur Imperator *Aretas* vel *Arelas*, & ab editore *Alexias*, quæ à *Colomesio* in notis ad h. l. corriguntur. *Micrælio* quoque in præf. ad Syntagma histor. §. 44. ex *Bodini* verbis male intellectis appellatur *Annas Alexias*. Usa est nostra in conscribendo hoc opere commentariis virorum fide dignissimorum, qui Patris olim secuti militiam, postea monasticam vitam sunt amplexi; neque tamen ex iis solis, quæ referret, hausisse, sed diligenter cum iis, quæ ipsa videndo & audiendo compererat, contulisse testatur ipsa l. c. Libris primo & II. de rebus ante imperium ab A. C. MLXIX. ab *Alexio* gestis, libro III. usque ad XV. ab initio ejus imperii A. MLXXXI. ad obitum *Alexii* usque XVIII. Kal. Sept. A. MCXVIII. differit, in quo Historiam finiisse versiculi hi græci adscripti docent:

Λῆξεν ὅπου βιότοιο Ἀλέξιος ὁ Κομνηνὸς,
Ἔνθα καλὴ θυγάτηρ λῆξεν Ἀλεξιάδος.

Præfertur hoc opus omnibus fere reliquis Historiæ Byzantinæ monumentis, & comparatur historiæ Alexandri M. à *Curtio* compositæ, in *Vignolii Marvillii* Miscellaneis Historicis & liter. Tom. III. pag. 56. Aliorum judicia egregia de *Annae* Alexiade recenset *Tho. Popeblount* in Censura celebriorum Auctorum pag. 375 sq. ed. Genev. Multa aliter de parente suo narrat, quam Latini solent, & videtur quoque aliquid amori in patrem indulsisse, judice *Miraeo* in Auctario de Script. Eccl. pag. 237. cum quo consentiunt *Vossius* de Historicis graecis lib. II. cap. 27. & *Augustinus Mascardus* de arte histor. pag. 205 sq. *Lud. Maimburgio* Tom. I. de Schismate Orient. lib. 3. pag. 337. opus hoc appellatur falsus Panegyricus, verum ille justas Principis Romano Præsuli adversi laudes ferre non potuit. Alia *Leoni Allatio* mens fuit, qui dignis modis illud laudavit in lib. de *Psellis* & eorum scriptis, atque libro de Ecclesiæ Occid. & Orient. perpetua consensione. *Jac. Gretseri* refutatio alogiarum *Annae Comnenae* contra

Gregorium VII. Papam lucem vidit cum ſyntagmate *Gerbodi Reicherſpergenſis* in Bavaria Præpoſiti, Ingolſtad. 1611. 4. *Annae* Opus admodum lacunoſum & in VIII. libros diviſum, græce cum notis ſuis edidit *David Hoeſchelius* Aug. Vind. 1610. 4. *Alexiados* libri VIII. *ab Anna Comnena de rebus à patre geſtis ſcripti, nunc primum à Dav. Hoeſchelio A. ex Aug. Reip. Bibliotheca editi.* Exempla quaedam hujus editionis inſcribuntur: *Hiſtoria Conſtantinopolitana Imperatorum orientalium & Occidentalium ab Anno MLXXX. vel circiter res geſtas complectens, ex Auguſtana graeca bibliotheca* 1618. 4. Omnes XV. libros è MS. Vaticano & Barberino, quem *Holſtenius* cum Mediceo contulerat, graece deſcripſit *Pet. Poſſinus* S. I. & cum verſione ſua latina & Gloſſario *Hoeſcheliique* notis vulgavit Pariſ. 1651. fol. *Poſſinus* laudatus praef. ad *Nicephorum Bryennium A.* 1661. editum refert, inſpiciendum ſibi poſt editam Alexiadem datum eſſe Codicem librorum *Comnenæ*, quem à *Jac. Cujacio* quondam acceperat *Pet. Faber* Sanjorianus, non paucis locis diverſum ab eo exemplari, ex quo editionem ſuam curavit, ut non modo lacunas ſupplere omnes, ſed & diverſas lectiones facile bis mille in ora libri ſui notare potuerit. Hujus Codicis non potuiſſe compotem fieri Toloſae, cum Alexiadem ad prelum concinnaret, queritur in praef. ad *Annam Comnenam*, ubi & notas promittit, & *Comnenae* vitam è veteribus collectam monumentis, & notas in *Alexiadem*, & panegyricum *Alexii* coram à *Theophylacto* dictum, Alexiadis elegans compendium. *Subjicietur*, inquit, *Abacus Chronologicus, & iidem libri quindecim partim univerſi recenſebuntur ope Codicis optimi, cujus recentiſſime nobis inopinata oſtentata ſpes eſt,* (Cujaciani nempe,) *partim in locis obſcurioribus collatione aliorum ſcriptorum illuſtrabuntur.* Iſtae *Poſſini* notae & lucubrationes lucem non viderunt; notae autem eruditae hiſtoricae & Philologicae *Car. du Freſne ſeu Cangii* licet nullo MSto Codice, ad quem textum caſtigaret, uſi, in Alexiadem prodierunt ad *Jo. Cinnami* calcem, Pariſ. 1670. fol. & in nupera *Corporis Byzantini* editione Veneta *Alexiadi* ſunt additae. Librorum VII. primorum *Alexiadis* initium & finis editioni Auguſtanae cum Pariſienſi conveniunt, liber autem VIII. & ultimus ed. Auguſtanae, permultis & ingentibus lacunis laborans, complectitur librum VIII. ad dimidium usque libri

bri XIV. & liber *IX.* incipit pag. 133. in fine, Liber X. pag. 137 summa, Liber XI. pag. 150. media, Liber *XII.* pag. 161. media, Liber *XIII.* pag. 163. media, liber XIV. pag. 174. *Jo. Seldenus* in Vindiciis maris clausi Tom. *II.* Opp. pag. 1426 testatur, se in carcere librum *I. Alexiadis* latine vertisse. *Lucas Holstenius* Codicem *Alexiadis* è Medicea Bibliotheca descriptum ad *Jo. Frid. Gronovium* τὸν πάνυ misit, qui Parisiis interceptus & à *Pet. Possino* usurpatus est, de qua injuria queritur ipse *Holstenius* in epist. ad *Nic. Heinsium* Tom. V. Collectionis Burmann. pag. 433. Conf. etiam hujus Collect. Tomum *III.* pag. 175, 179, 182, 192, 193, 291 & 741. *If. Vossius* in epist. ad *Nicol. Heinsium* ib. Tom. *III.* pag. 575. *Alexiadis edendae occasionem indignatur quidem* Gronovius *noster sibi praereptam, nescit tamen in quos facinus istud ulciscatur,* Puteanos, *Jesuitas,* Holstenium, Lambecium, *omnes suspectos habet. Seposuerat opus hoc ad ultimam aetatem, & decreverat omnibus eruditionis suae flosculis illud ornatissimum reddere. Dicit tamen se propterea nolle senescere.* Possedisse tamen Virum Summum aliud *Alexiadis* apographon, liquet ex ipsius epist. ad *Ant. Clementium: Narro tibi me Romae partim mea, partim multo auro redempta manu descripsisse Alexiadem* Annae Comnenae, *& quia mendosum erat exemplar, cum Florentino ob hanc ipsam causam in eam urbem, quam jam videram, reversum contulisse:* & ex epist. ad *Ge. Richterum* pag. 242. Epp. *Richter. Nactus sum Alexiadem* Annae Comnenae *doctissimae & atticissantis Principis triplo auctiorem, quam* David Hoeschelius edidit. *Vossius* quoque lib. de Philologia cap. 2. §. 3. cum dixisset *Annam Comnenam* libris *XV.* de gestis *Alexii Comneni*, Patris sui, doctrinam & facundiam suam pariter comprobasse, addit: *atque hoc magis patebit, ubi integrum opus ediderit* Jo. Frid. Gronovius. Addere his operae pretium fuerit *Jac. Gronovii* F. verba, quae in praefat. ad Patris Optimi Opus de Sestertiis exstant: *In principio famae non aegre vidit interceptam & à se aversam, quam sibi desponderat,* Annam Comnenam, *ut & alibi hic referri videbis, etsi satis absurde idque in multis locis ab* Possino *tractatam, ut ex MS. paterno saepe cum aegritudine animadverti.* Vir eruditione pariter atque humanitate conspicuus, *Abrah. Gronovius,* cujus multa in me beneficia gratus agnosco, mihi scripsit, observatio-

nes

nes Avi sui in *Alexiadem* inter inedita ipsius scripta non exstare, Chirographum autem ejus multum ab editione Parisiensi differre. Ecce variantes lectiones libri *VI.* in quo frequentiorem, quam in reliquis libris, MSti Florentini mentionem fieri Fautor optimus observavit. Ed. Paris. pag. 152. v. 15. ἐι μὴ ὡς ἔκ τινος, MS. ἐι μὴ ἔκ τινος. ib. v. 18. κατασκευάσας, MS. παρασκευάσας. Ed. pag. 153. v. 6. ἐν αὐτοῖς ἐισελάσας, ἐις περὶ τοὺς βουνοὺς πρόποδας προσορμῆσαι, MS ἐν αὐτῷ ἐισελάσας ἐις τοὺς περὶ τοὺς βουνοὺς πρόποδας προσορμίσαι. ib. v. 10. αὐτὸν, MS. αὐτῶν. ib. v. 15. χαλάσαντες, MS. χαλάσαντος. ib. v. 19. ἐπιστήσας τούτῳ ἕνα, MS. Flor. ἐπιστήσας τὸν. ib. v. 20. παρὰ τοῦ βασιλέως σημεῖον ἐπιτηροῦντα ἰδεῖν σύνθημα. καὶ, MS. π. τ. β. ἐπιτηροῦντα ἰδεῖν σύνθημα, καὶ, MS. Flor. π. τ. β. σημεῖον ἐπιτηροῦντα ἰδεῖν, καὶ ib. v. 21. παρήγγειλεν, MS. παρήγγειλαν. ib. v. 26. δι' ἑτέρου σημεῖον, MS. Flor. δι' ἑτέρου σημείου. ib. v. 29. καὶ τὸν Παλαιολόγον κατ' αὐτῶν βρύχοντα, MS. haec delet, MS. Flor. minus recte βρύχοντος pro βρύχοντα. ib. v. 34. ἔξεστι γοῦν, MS. Flor. ἔξεστιν οὖν. Ed. pag. 154. v. 11. τὴν τοῦ λόγου διήγησιν, MS. τὴν διήγησιν. ib. v. 12. διακόψασα, MS. τεμοῦσα, sed MS. Flor. διακόψασα ib. v. 44. ἐγγράψασθαι MS. ἀναγράψασθαι ib. v. ult. θέαν MS. prave θεῶν. Ed. pag. 155. v. 36. ὡς οἱ διαλοιδορούμενοι, MS. ὡς διαλοιδ. ib. v. 39. ὑπαναζεύξας, MS. ὑπαναζεῦξαι. ib. v. 41. ἐνθένδε καὶ ἐκκλησίαν, MS. ἐνθέντοι ἐκκλ. ib. v. ult. τοῦ ἱερατικοῦ, MS. τοῦ ἱεροῦ. Ed. pag. 156. v. 8. τῷ μὲν φαινομένῳ, MS. τὸ μὲν φαινόμενον. ib. v. 15. ὁ μόνον τῇ, MS. ἀλλ' ἢ ὁ τῇ. ib. v. 31. ἐπιλέλησθε, MS. ἐπελήσθητε. ib. v. 34. τό, τε ὁ ὁπλητικὸν, MS. τό, τε ὁπλ. ib. v. 37. ὅτι ἀφαιρεθέντα, MS. ὅτι τὰ ἀφαιρ. ib. v. 46. τῆς ἐξιδιαζομένης, MS. τοῖς ἐξιδιαζομένοις τοῖς ἱερ. Ed. pag. 157. v. 7. συνεχρησάμεθα, MS. κατεχρ. ib. v. 23. ἐπιβουλὴ ἂν ἐφάνη, MS. ἐπιβουλὴ ἐφάνη. ib. v. 35. ἐπεξέλευσεν, MS. ἐξέλευσεν. ib. v. 37. δομεστικάτου cum MS. Flor. *MS.* δομεστικοῦ. ib. v. 44. & MS. Flor. ἀφαιρεθείσας, *MS.* ἀφαιρεθέντα. Ed. pag. 158. v. 3. ὁπόσοις φθάσαι τὸ, *MS.* ὁπόσοις τὸ, *MS.* Flor. ὁπ. φθάσος τὸ ib. v. 16. παρίστριον, MS. τὸ παρίστριον. ib. v. 17. & *MS.* Flor. Δρίστραν ut lib. VII. pag. 194. A. *MS.* Λύστραν ib. v. 26. Χρυσόβουλλον λόγον ἀπαθείας, MS. χρυσοβούλλου λόγον ἀληθείας. ib. v. 28. ὀρθὰ, MS. ὀρθῶς. ib. 30. αὐτῶν σφετ. MS. ἐκ τῶν σφετ. ib. v. 42. Σαλερηνὸν, MS. Σαλήρινον.

Ed.

Ed. pag. 159. v. 25. Γίδαν, MS. Γῆδαν. ib. v. 38. αὐτοῦ ἅπαν. MS. αὐτοῦ πεζῇ. Pag. 160. v. 4. & MS. Flor. ἐξώτρυνε, MS. παρώτρυνε. ib. v. 28. τὴν κατ' αὐτοῦ νίκην, MS. τὴν κατ' αὐτῶν νίκην. ib. v. 30. εἴτε ὁποῖα, MS. εἴτε δὲ οἱ ὁποῖοι. Ed. p. 161. v. 16 χεῖρας ἢ, MS. χεῖρας καὶ. ib. v. 27. ἐνδώσομεν, MS. ἐνδώσομεν. ib. v. 28. τριήρης, MS. τριήρεις. ib. v. 30. ἔρχονται, MS. ἔχονται. ib. v. 31. περὶ Βοθρεντὸν, MS. παρὰ τὸν Βοθ. Ed. pag. 162. v. 20. & MS. Flor. Ἀθέρα & sic in sqq. MS. ἀέρα. ib. v. 48. ἀπαγγέλλει, MS. ἐπαγγέλλει. Ed. pag. 163. v. 4. προσαῤῥάξαντα, MS. συναῤῥ. ib. v. 5. πλοῖον, in MS. abest. ib. v. 18. τὸν τοὺς διὰ, MS. τούτους διὰ. ib. v. 28. Δυῤῥάχιον, MS. Δυῤῥαχίου. ib. v. 29. καταπαθεὶς, MS. καταπειθεῖς. ib. v. 35. συνωμότας, MS. συνωμότους. Ed. pag. 164. v. 11. διαθέματος, MS. διαστήματος. ib. v. 17. ματαιολόγου, MS. ματαιολογίας. ib. v. 18. ἐσχοληκμένων, MS. ἠσχοληκμένων. ib. v. 21. πολλαὶ, MS. πολιαὶ. ib. v. 26. τῶν ἀκεραιοτέρων desunt in MS. ib. v. 38. Ἀλεξανδρέως, MS. Ἀλεξανδρέων. Ed. pag. 165. v. 1. περὶ αὐτὸν, MS. περὶ αὐτοῦ. ib. v. 2. ἐνδειξάμενος, MS. ἐπιδειξάμενος. ib. v. 10. ἐπερωτηθεὶς, MS. ἐρωτηθεὶς. ib. v. 25. αὐτελέγητον, MS. αὐτέλεγκτον. ib. v. 29. μετεωρολέσχοι, MS. μετεωρολέσχαι. ib. v. 30. κατατοφοῦντες, MS. καταζοφοῦντες. ib. v. 34. εὐμεγέθης, MS. εὐμεγέστατος. ib. v. 37. ἔθη, MS. ἤθη. Ed. pag. 166. v. 16. τοῦ ῥαδίως, MS. τῶν ῥαδίως. ib. v. 19. Λατίνων καὶ τοῦ κομ. Βρ. MS. Flor. τοῦ κομ. Βρ. Λατίνων. ib. v. 31. κατὰ πάντα, in MS. κατὰ abest. ib. v. 32. τῆς βασιλίδος καὶ μητέρος, MS. τὴν βασιλίδα καὶ μητέρα. ib. v. 33. διηγουμένης, MS. διηγουμένην. ib. v. 43. ἐγκαρτερήσαις, MS. ἐγκαρτερήσεις. Ed. pag. 167. v. 10. καὶ τιμῆς, MS. καὶ ζωῆς καὶ τιμῆς & mox καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς desiderantur. ib. v. 21. ὅτι τι καὶ, MS. ὅτι. Pag. 168. v. 1. αὐτοῦ χαίροντας, MS. Flor. οὕτω χ. ib. v. 3. πένθος, MS. Flor. πένθους. ib. v. 12. ῥὶς οὔτε χάμπτουσα, MS. ῥὶς οὔτε σιμὴ οὔτε χάμπτουσα. ib. v. 15. ὅσον ἐκ βρεφυλλίω, MS. οἷον ἐκ βρεφελίνου. ib. v. 44. ἀρητέον, MS. ἀρκτέον. Ed. p. 169. v. 12. Συλτανικίου, MS. Σουλτὰν καὶ ὀυ. ib. v. 16. In MS. τὸν & φύλακα deest. ib. v. 34. usque ad 36. In MS. cuncta à πόλεμος usque ad ὑποσχόντες desiderantur. Ed. pag. 170. v. 9. Ὀυσίαν, MS. Flor. Σιαοὺς & sic paulo post. ib. v. 21. βαπτίσματος, MS. Flor. φωτίσματος. ib. v. 44. Δαλασσηνῷ, MS. Δαμασσηνῷ.

μασσηνῷ. Ed. pag. 171. v. 22. Βιθυνῶν, MS. Βιθυνίαν. Ed pag. 172. v. 7. ἰσχυροτέρους, MS. ἰσχυρότερα. ib. v. 13. καὶ ἤδη καὶ. In MS. abeſt poſterius καὶ. Ed. pag. 173. v. 9. κατ' αὐτὴν, MS. μετ' αὐτὴν. ib. v. 23. ἀνῆψε, MS. Flor. συνῆψε. ib. v. 43. ἀσπάζεται, MS. ἀσπάσασθαι. Ed. pag. 174. v. 17. ἐπιλαύνειν, *MS.* ἀπολαύνειν. ib. v. 19. οἰκοδομεῖν, *MS.* οἰκοδομῆσαι. Ed. pag. 175. v. 7. ἐνιαχοῦ, τῷ *Gronovius* margini adſcripſit: forte ἐν Ἰλτῷ. Ed. pag. 176. v. 20. ἀμφοτέραις, *MS.* ἀμφοτέροις. ib. v. 27. συνέπνευσεν, *MS.* συνένευσεν. ib. v. 41. Τουρκικῆς, *MS.* Δουκικῆς. ib. v. ult. ὡς τετυχήκει, *MS.* ὥστε τύχῃ. Ed. pag. 178. v. 3. τοῦτον διέλαθεν, *MS.* τούτους δ. ib. v. 22. εἰς νοῦν αὐτοῦ, *MS.* εἰς νοῦν αὐτῷ. ib. v. 31. Χοροσὰν, *MS.* Χορασὰν. Ed. pag. 179. v. 13. κῦδος, MS. κῆδος. ib. v. 44. καὶ ταύτης, *MS.* ἢ ταύτης. Ed. pag. 180. v. 1. ἀπεκδεχόμενον ἐπανέλευσιν, *MS.* ἐπεκδεχόμενος ἔλευσιν. ib. v. 21. Ἐλχάνης, *MS.* Ἐλλεχάνης. v. 34. ἐξώπολον, *MS.* ἔξωπλον. Ed. pag. 181. v. 10. ἀγγαρίοις, *MS.* ἀγραρίοις. Horum meminit *Anna* lib. VII. pag. 205. C. ib. v. 25. Ποιμανηνοῦ, *MS.* Ποιμανηκοῦ. ib. v. 37. Φωτίσματος, *MS.* βαπτίσματος. ib. v. 39. Σχαλιάριος, *MS.* Σχαλιάρης. Ed. pag. 182. v. 13. ὀνομαζομένου καὶ τοῦ Σεσθολάβου καὶ τοῦ Σατζᾶ, *MS.* ὀνομαζομένων καὶ τοῦ Σεσθολάβου καὶ τοῦ Σατζοῦ. ib. v. 24. Βελιατόβης, *MS.* Βαλιτιατόβης· ib. v. 34. ἱκανώτατον, *MS.* ἱκανώτατα, & mox ποικιλώτατα. Ed. pag. 183. v. 23. παρὰ τῷ χείλει τοῦ κατὰ τὸν Σαλίνον, *MS.* παρὰ τὰ χείλη τοῦ κατὰ τὸν Βλίονον. Pag. 184. v. 14. προσδόκιμον, *MS.* προσδοκήσιμον. ib. v. 16. τὸ πᾶν, ἀναλύων, *MS.* παράπαν ἀλύων. ib. v. 41. τῶν στρατευμάτων, in *MS.* deeſt. ib. v. 41. τὴν ἐξ ἑτέρου, *MS.* τὴν ἑτέρου. Ed. pag. 185. v. 6. πεζὸς, *MS.* πεζοὺς. Varias lectiones hujus Operis ex Codice CCCXI. Bibliothecæ *Coiſlinianae*, ipſius *Annæ*, ut videtur, tempore deſcripto, ex quibus magni momenti loci reſarciri poſſunt, exhibet Celeb. *Montfauconus* in Bibliotheca Coiſlin. pag. 521 -- 560. Breve *Annae Comnenae* elogium ex *Lud. Jac. à S. Carolo* Bibliotheca illuſtrium foeminarum præmittitur editioni Pariſienſi Alexiados à *Poſſino* curatæ, cum Syllabo auctorum, qui *Annae* mentionem fecerunt, quibus addendi ſunt præter Scriptores de foeminis eruditis *Car. du Freſne* in Opere de Familiis Byzantinis pag. 176. *Martin. Hanckius* de Scriptoribus

ribus

ribus Hist. Byzant. lib. I. cap. 29. *Guilb. Caveus* in Historia liter. Scriptor. Eccles. ad An. 1118. *Æg. Menagius* in Historia mulierum philosoph. segm. 30. *Casim. Oudinus* de Scriptor. Eccles. ad An. 1140. Tom. II. pag. 1175 sqq. & *Jo. Alb. Fabricius* Vol. VI. Biblioth. Gr. pag. 390 sq.

ANTHUSA in Ægis Ciliciis nata, tempore *Leonis* Romanorum Imperatoris vixit, & divinationem è nubibus invenit, teste *Photio*. (num. IV.) *Jac. Gaffarellus* cap. 2. Curiosit. inaud. in nubibus plurima legi posse contendit. Cum nubium contemplatio pars sit Physices, & Physica pars Philosophiae, & Astrologia auctore *Aristotele* Metaphys. XII. 8. sit Philosophia quaedam theoretica, *Anthusam* mulieribus Philosophis addere placuit *Menagio* in illarum Historia segm. 22.

ANTIOCHIS, mulier medica, cujus μάλαγμα, ὃ σπληνικοῖς, ὑδρωπικοῖς, ἰσχιαδικοῖς, ἀρθριτικοῖς ἐσκευάσθη Φαβίλλῃ Λιβυκῇ, memorat *Claud. Galenus* περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους lib. IX. cap. 11. Tom. II. Opp. pag. 294, 30. ed. Basil. & lib. X. cap. 11. pag. 308, 55.

ANYTE Poëtria vid. *Olearii* diss. de Poëtriis num. VI.

ARETAPHILA Cyrenaea, *Pedimi* vel *Melanippi* primum, deinde *Nicostrati* Cyrenarum tyranni uxor, à *Tiraquello* in leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 185. b. inter mulieres doctas recensetur, quia cum magnis virtutibus & rerum gestarum gloria, tum civili facundia atque prudentia admodum celebris fuit. Ejus vitam copiose describunt *Plutarchus* in lib. de mulierum virtutibus Tom. II. Opp. pag. 255 sqq. *Polyaenus* Strategem. lib. VIII. cap. 38.

ARETE Cyrenaea, *Aristippi*, Cyrenaicae Sectae conditoris, filia & discipula docuit *Aristippum* filium, qui inde dictus ὁ μητροδίδακτος. *Diogenes Laërtius* lib. II. segm. 86. Ἀριστίππου διήκουσεν ἡ θυγάτηρ Ἀρήτη, καὶ Αἰθίοψ Πτολεμαεὺς, καὶ Ἀντίπατρος Κυρηναῖος· Ἀρήτης δὲ Ἀρίστιππος ὁ μητροδίδακτος ἐπικληθείς. *Claud. Ælianus* de Animal. lib. III. cap. 40. cujus verba in graeco codice impresso corrupta sunt: Μητροδίδακτον τὸ (leg. τὸν) τῆς Ἀρίστης (*Diogenes* aliique legunt Ἀρήτης) ὄιον τὸ (leg. υἱὸν) τῆς ἀδελφῆς τοῦ Ἀριστίππου (ab aliis Scriptoribus *Arete* filia *Aristippi* vocatur,) ὑμνοῦσιν οἱ πολλοί. *Clemens Alex.* Strom. lib. IV. cap. 19. pag. 523. Ἀρήτη, ἡ Ἀριστίππου, Κυρηναϊκὴ, τὸν μη-

 τροδίδακτον

τροδίδακτον ἐπικληθέντα ἐπαίδευσεν Ἀρίστιππον. *Eusebius* Praepar. Evang. lib. XIV. cap. 18. pag. 764. ex *Aristocle*: Τούτου (τοῦ Ἀριστίππου) γέγονεν ἀκουστὴς Σύναλλος, καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Ἀρήτη· Ἥτις γεννήσασα παῖδα, ὠνόμασεν Ἀρίστιππον, ὃς ὑπαχθεὶς ὑπ' αὐτῆς εἰς λόγους φιλοσοφίας, μητροδίδακτος ἐκλήθη. *Strabo* Geogr. lib. XVII. pag. 837. Ἄνδρες ἐγένοντο γνώριμοι Κυρηναῖοι, Ἀρίστιππός τε ὁ Σωκρατικὸς, ὅστις καὶ τὴν Κυρηναϊκὴν κατεβάλετο φιλοσοφίαν, καὶ θυγάτηρ Ἀρήτη τοὔνομα, ἥπερ διεδέξατο τὴν σχολὴν, καὶ ὁ ταύτην πάλιν διαδεξάμενος υἱὸς Ἀρίστιππος, ὁ κληθεὶς μητροδίδακτος· & *Suidas* in Ἀρίστιππος· Διήκουσε αὐτοῦ ὁ θυγάτηρ Ἀρήτη, ἀφ' ἧς ὁ παῖς αὐτῆς ὁ υἱὸς Ἀρίστιππος, ὃς ἐκλήθη Μητροδίδακτος. *Plures* (observante *Menagio* in Historia Mul. Philos. segm. 61.) *alii fuere* μητροδίδακτοι, *quos inter* Lamuel *Rex*, *de quo* Proverb. cap. ult. *Verba Lamuelis Regis*; *visio qua erudiit eum mater sua. item* Marcus Aurelius Antoninus *Imp.* Ipse lib. I. τῶν εἰς ἑαυτόν· Παρὰ τῆς μητρὸς τὸ θεοσεβὲς, καὶ μεταδοτικὸν, καὶ ἐφεκτικὸν &c. subaudienda enim vox ἔμαθον, quod nos docuit *Suidas*. Παρὰ Διογνήτῳ ἔμαθον τὸ ἀκενόσπουδον καὶ τὸ ἐπιστητικόν· Φησὶ Μάρκος ὁ φιλόσοφος βασιλεύς· inquit ille in ἀκενόσπουδον, sed ubi legendum ἀπιστητικόν. Ita enim *Marcus* Imp. lib. I. τῶν εἰς ἑαυτόν· παρὰ Διογνήτῳ τὸ ἀκενόσπουδον καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων. Et ita quoque legitur in MSto *Suida*, qui in Regia Bibliotheca adservatur. De *Areta* ex *Colomesii* Observatt. Sacris ad Act. XIX. 28. p. 590 sq. Operum proferre juvat verba del *Tomaso Tomai* nel Giardino del mondo in Venet. 1607. pag. 44. *Un bistorico Greco per nome* Giarco *scrive*, *che* Aretha *figlivola d'* Aristippo *Filosofo fu di tal intelletto e dottrina*, *che lesse publicamente la Filosofia naturale e morale nell' Academie d'Athene trenta cinque anne continui. Costei scrisse quaranta otto libri in diverse materie*, *bebbe cento Filosofi per discepoli*; *mori di settanta setto anni*, *e gli Atheniesi misero questi versi sopra la sua sepoltura*: Qui giace la grande Aretha Greca, splendor di tutta Grecia, qual hebbe la bellezza d'Helena, l'honestà di Tirma, la penna d'Aristippo, l'anima di Socrate e la lingua d'Homero. His subjungit *Colomesius*: *Quae licet ruspando te defatiges*, *non alibi*, *opinor*, *legas.* Attamen *Ant. de Guevarra in* Horologio Principum lib. II. cap. 33. istis fere similia narrat: Aristippus *filiam babuit* Aretam, *litteris graecis*

græcis juxta atque latinis ita eruditam, ut tota Græcia animam Socratis *in illam migrasse fama esset; quippe quæ ita doctrinam* Socratis *& traderet & explicaret, ut eam invenisse non didicisse videretur.* Bocatius lib. II. *de Laudibus mulierum dicit,* Aretam *feminam præstantissimam non solum ad suam utilitatem didicisse, sed alios etiam erudiisse ac docuisse, neque id tantum, sed etiam libros scripsisse multos, inprimis unum de laudibus* Socratis, *alterum de ratione educandi liberos, alium item de pugnis Athenienfium, de violentia tyrannica, de republica Socratis, de infelicitate fæminarum, de agricultura veterum, de miraculis Olympi montis, de vana sepulturæ cura, de formicarum providentia, de apum artificio, unum denique de vanitatibus juventutis, & alterum de senectutis calamitatibus. Publice philosophiam naturalem & moralem in scholiis Academiisque Atticis docuit haec foemina annis* XXXV. *libros composuit XL. discipulos habuit philosophos CX. obiit anno aetatis* LXXVII. *cui tale Athenienses statuere epitaphium :*

Nobilis hic *Arete* dormit, lux Helladis, ore
Tyndaris, at tibi par, *Icarioti*, fide.
Patris *Aristippi* calamumque animamque dederunt;
Socratis huic linguam Mæonidaeque Dii.

Aretæ, quæ fuit *Dionysii Senioris* filia & Dionis uxor, fata memorat *Plutarchus* in vita Dionis passim.

ARGENTARIA *Polla, M. Annaei Lucani* Poëtae uxor, mulier doctissima, quæ maritum in emendandis tribus prioribus Pharsaliæ libris juvisse fertur. Memoratur etiam in *Lucani* scriptis deperditis carmen de elogiis *Pollae* uxoris. *Martialis* lib. VII. epigr. 21. de natali *Lucani:*

Haec est illa dies, quae magni conscia partus,
Lucanum *populus, & tibi,* Polla, *dedit:*

& epigr. 23. de eodem:

Quid tanta pro luce precer? tu, Polla, *maritum*
Saepe colas, & se sentiat ipse coli.

& lib. X. epigr. 64. ad Pollam:

Contigeris regina meos si Polla *libellos,*
Non tetrica nostros excipe fronte jocos:
Ille tuus vates, Heliconis gloria nostri,
Pieria caneret cum fera bella tuba,
Non tamen erubuit lascivo dicere versu;
Si nec paedicor, Cotta, *quid hic facio?*

Statius lib. II. Sylv. 7. in Genethliaco Lucani v. 62.

Tu castae titulum decusque Pollæ
Jucunda dabis allocutione.

& v. 81.

Nec solum dabo carminis nitorem,
Sed taedis genialibus dicabo,
Doctam atque ingenio tuo decoram:
Qualem blanda Venus, *daretque* Juno.
Forma, simplicitate, comitate,
Censu, sanguine, gratia, decore.

Post *Lucani* mortem Nostram nupsisse *P. Papinio Statio* multi tradunt, quia *Statius* ipse id indicare videtur in prooemio libri II. Sylvarum ad *Meliorem Atedium*: *Excludit volumen Genethliacon* Lucani, *quod* Polla Argentaria, *carissima uxorum, cum hunc diem forte consecraremus, imputari sibi voluit. Ego non potui majorem tanti auctoris habere reverentiam, quam quod laudes ejus dicturus hexametris meis timui.* Sed *Casp. Barthius* in notis ad h. l. pro: *carissima uxorum*, reponit cum *Grassero* in ed. *Lucani* Argentin. *clarissima uxorum*, atque fabulam de *Polla Statii* uxore explodit. Quod ad verba *Sidonii Apollinaris* carmine XXIII. v. 166. pertinet:

Quid quos duplicibus jugata taedis
Argentaria Polla dat poëtas?

obser-

obſervat *Barthius* l. c. locum ambiguæ ſcripturæ eſſe, non enim *Polla dat* ſed *pallidat* in quibusdam ſcriptis libris reperiri; uel ſi quid tale crediderit *Sidonius*, ipſummet eum hallucinatum fuiſſe, cujus generis alia apud eum deprehendantur. *Lucani* etiam uxor, non *Statii*, *Argentaria Polla* appellatur in *Sidonii* lib. II. epiſt. 10. ad *Heſperium*, ubi foeminae maritos ſuos vel amaſios in ſtudiis juvantes recenſentur: *Sis oppido meminens, quod olim* Martia Hortenſio, Terentia Tullio, Calpurnia Plinio, Pudentilla Apulejo, Ruſticana Symmacho *legentibus meditantibusque candelas & candelabra tenuerunt.* Certe ſi præter rem oratoriam contubernio foeminarum poëticum ingenium & oris tui limam frequentium ſtudiorum cotibus expolitam quereris obtundi, reminiſcere, quod ſæpe verſum Corinna *cum ſuo* Naſone *complevit*, Leſbia *cum* Catullo, Ceſennia *cum* Gætulico, Argentaria *cum* Lucano, Cynthia *cum* Propertio, Delia *cum* Tibullo. Teſte *Bapt. Fulgoſo* Rerum memor. lib. VIII. cap. 3. Noſtra *tanto ingenio doctrinaque fuit, ut coeptos à viro permultos verſus ipſa eadem ſtyli gravitate atque elegantia perficeret, atque epigrammata etiam peritiſſime conſcriberet.*

ARGIA vel *Argea*, *Diodori Croni*, Philoſophi Dialectici, filia. *Clemens Alexandrinus* Strom. IV. 19. pag. 522 ſq. Ἀι Διοδώρου, τοῦ Κρόνου ἐπικληθέντος, θυγατέρες πᾶσαι Διαλεκτικαὶ γεγόνασιν, ὥς φησι Φίλων ὁ Διαλεκτικὸς ἐν τῷ Μενεξένῳ, ὧν τὰ ὀνόματα παρατίθεται τάδε· Μενεξένη, Ἀργεία, Θεόγνις, Ἀρτεμισία, Παντάκλεια. In *Eberti* Muſeo Gynaecei docti pag. 113. perperam vocantur *Coroniae*, *Diodori Coroni* filiae. Vir praeſtantiſſimus *Æg. Menagius* humani quid paſſus eſt, dum in Hiſtoria mul. Philoſ. ſegm. 60. ſcribebat: *Has quatuor* Diodori Croni *filias* (omiſerat autem *Menexenen*) *Dialecticae ſectae omnes fuiſſe ſcripſit* Philo *Dialecticus* Diodori Croni *diſcipulus &* Zenonis Cittiei *condiſcipulus in Menexeno, teſte* Clemente l. c. *Eas numero quinque fuiſſe ait* S. Hieronymus *lib. I. contra Jovinianum bis verbis:* Diodorus Socraticus quinque filias Dialecticas inſignis pudicitiae habuiſſe narratur. De quibus & Philo Carneadis magiſter pleniſſimam ſcripſit hiſtoriam. Meminerunt illarum *Jo. Jonſius* de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. lib. II. cap. I. §. 7. & Celeb. *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. II. pag. 817.

ARIGNOTE Samia, quae mendoſe vocatur *Arginete* à *Tiraquello* in Leg. XI.

XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 185. b. *Arignete* in *Eberti* Muſeo Gynaecei docti pag. 29. & *Agrinote* in edit. II. Biblioth. Graecae *Fabricii* Vol. I. p. 525. fuit filia *Pythagorae* Philoſophi & *Theanus*, teſte *Porphyrio* in vita Pythagorae ſegm. 4. pag. 7. ed. *Kuſt.* Ἄλλοι ἐκ Θεανοῦς, τῆς Πυθάνακτος, τὸ γένος Κρήσσης, υἱὸν Τηλαυγῆ Πυθαγόρου ἀναγράφουσι, καὶ θυγατέρα Μυΐαν· οἱ δὲ καὶ Ἀριγνώτην· ὧν καὶ συγγράμματα Πυθαγόρεια σώζεσθαι. Quanquam autem *Suidas* in Πυθαγόρας teſtatur, quosdam illam habere pro filia Pythagorae, innuit tamen in Ἀριγνώτη, eam non filiam *Pythagorae* fuiſſe, ſed *Theanus* & *Pythagorae* diſcipulam. Verba ejus ſunt: Ἀριγνώτη, μαθήτρια Πυθαγόρου τοῦ μεγάλου, καὶ Θεανοῦς, Σαμία, φιλόσοφος Πυθαγορικὴ, συνέταξε τάδε· Βακχικά· ἔςι δὲ (*Kuſterus* ſcribendum putat: ἔτι δὲ, quia lectio vulgata ineptum parit ſenſum, & dicere non convenit, aliquem *Bacchica* ſcripſiſſe, & in eo opere de Cereris myſteriis egiſſe,) περὶ τῶν τῆς Δήμητρος μυςηρίων. Ἐπιγράμματα· φέρεται δὲ καὶ ἱερὸς λόγος· ἔγραψε δὲ καὶ τελετὰς Διονύσου, καὶ ἄλλα φιλόσοφα. In editione *Porti* haec ita exhibentur: Βακχικὰ, ἔστι δὲ περὶ τῶν τῆς Δήμητρος μυστηρίων ἐπιγράμματα, γράφεται δὲ καὶ ἱερὸς λόγος &c. ad quae obſervat Celeb. *Fabricius* Vol. I. Biblioth. Gr. p. 525. *Si* ἱερὸς λόγος *fuit titulus* Βακχικῶν, *quartus fuit hic liber iſta inſcriptione inter Pythagorica monumenta, quia reliqui tres memorantur* ſupra pag. 505. *in* Hippaſo Pythagorico. *Sed poſſint etiam verba* Suidae *ita accipi, ut* ἱερὸς λόγος *reſpiciatur alter eorum, qui* Pythagorae *auctori tribuebantur, à Bacchicis hisce plane diverſus, quem nonnulli ſcripſerint auctorem agnoſcere* Arignoten. *Sed praeplacet in praeſenti prior ſententia, licet alterius in mentem venerat* lib. I. cap. 19. §. 2. Plerique de foeminis eruditis Scriptores, referunt Noſtram ſcripſiſſe res geſtas Dionyſii Tyranni ex corruptis hiſce verbis *Clementis Alexand.* Strom. lib. IV. cap. 19. pag. 522. Ἀριγνώτη, ἡ τὰ περὶ Διονυσίου γραψαμένη· ubi περὶ Διονύσου ſcribendum eſſe monuerunt jam pridem *Menagius* ad Laërt. VIII. 42. *Kuſterus* ad *Suidam* atque alii plures. Reſpicit etiam hunc librum *Arignotes Harpocration* in Εὐοῖ· Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Βακχικόν τι ἐπίφθεγμά ἐστι τὸ εὐοῖ· Ἀριγνώτη δὲ, ὡς ὅτι τινὲς ἔλεξαν εὐοῖ, ὧς εὖ σοι, τὸ εὖ, ῥῆμα τοῦ κατόπτρου ἐπαινοῦντες· ad quem locum vid. *Valeſium* & *Gronovium*, qui ultima verba

emen-

emendant: τὸ εὕρεμα τοῦ κατόπτρου ἐπαινέσαντες. Conf. de Arignote *Menagii* Hist. mul. Philos. segm. 89. & *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 525.

ARISTOCLEA. vid. notæ ad *Olearii* diss. de Poëtriis pag. 130 sq.

ARISTOMACHA, Poëtria. vid. notæ ad *Olearii* diss. laud. pag. 130.

ARRIA, Platonica, vixit sub *Alexandro Severo*, ejusque mentionem facit Claud. *Galenus*, vel quisquis illo non multo junior Auctor libri de Theriaca ad *Pisonem* cap. 3. in Opp. *Galeni* Tom. II. pag. 458. ed. Basil. Τὴν πάντα μοι φιλτάτην Ἀῤῥίαν καὶ αὐτὴν ὑπ' αὐτῶν ἐξόχως ἐπαινουμένην, διὰ τὸ φιλοσοφεῖν ἀκριβῶς καὶ τοῖς Πλάτωνος μάλιστα χαίρειν λόγοις, ἀνέσωσαν ποτὲ, νοσήσασαν οὐ παρέργως, καὶ τὸν στόμαχον ἐκλελυμένον ἔχουσαν &c. Huic *Arriæ Diogenem Laërtium* opus suum de vitis Philosophorum dedicasse primus felicissima conjectura eruit *Reinesius* Var. Lect. lib. II. cap. 12. cujus sententiam approbarunt Duumviri doctissimi, *Menagius* in notis ad *Laërtii* prooemium segm. 1. & ad lib. III. segm. 47. atque *Fabricius* Vol. III. Biblioth. Gr. pag. 602. not. f. Illam alloquitur *Laërtius* lib. III. segm. 47. in *Platone* & lib. X. sect. 29. in *Epicuro*. Videtur etiam operi præmisisse epistolam ad Arriam, quæ intercidit. Conf. *Reinesium* l. c. *Jonsium* de Scriptoribus Hist. philos. lib. III. cap. 12. segm. 8. *Menagium* ll. cc. & in Historia mul. Philos. segm. 47. atque *Fabricium* Biblioth. Gr. Vol. II. pag. 69. & Vol. III. pag. 602.

ARRIÆ duæ, altera mater, *Cæcinæ Pæti* sub Claudio Imp. pereuntis uxor, altera filia, *Thraseæ* sub Nerone occisi uxor, de quibus *Menagius* in Historia mul Philos. segm. 75. *Has re Philosophas Stoïcas fuisse, quamvis non professione, constans opinio est. Earum historiæ quoque notiores sunt, quam ut hic narrari debeant. Arriæ* matris constantiam & fortitudinem prorsus singularem in rebus adversis graphice describit *Plinius* lib. III. epist. 16. De ejus morte *Martialis* lib. I. epigr. 14.

> *Casta suo gladium cum traderet Arria Pæto,*
> *Quem de visceribus traxerat ipsa suis:*
> *Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit;*
> *Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.*

vid. etiam *Dionem Cassium* lib. LX. pag. 675. D. & *Zonaram* Annal. lib. XI. cap. 9. pag. 562. De *Arria* filia, quam *Persii* Poëtæ cognatam fuiſſe, illumque in *Arriæ* matrem, quæ ſe ante virum occiderat, paucos verſus feciſſe teſtatur *Suetonius* in *Persii* vita, refert *Tacitus* Annal. lib. XVI. cap. 34. *Flentes quiritantesque qui aderant, faceſcere propere* Thraſea, *neu pericula ſua miſcere cum ſorte damnati hortatur.* Arriam*que tentantem mariti ſuprema, & exemplum* Arriæ *matris ſequi, monet retinere vitam, filiæque communi ſubſidium unicum non adimere.*

ARSEPHONE filia *Homeri* Poëtæ & uxor *Staſini*, de qua *Jo. Tzetzes* Hiſtor. Chil. XIII. v. 637. canit:

> Σερίφων καὶ Θεόλαος υἱοὶ δὲ τοῦ Ὁμήρου,
> Θυγάτηρ Ἀρσεφόνη δὲ, ἣν ἔγημε Στασῖνος,
> Στασῖνος ὁ τὰ Κύπρια συγγράμματα ποιήσας,
> Ἅπερ οἱ πλεῖυς λέγυσιν Ὁμήρυ πεφυκέναι·
> Εἰς προῖκα δὲ σὺν χρήμασι δοθῆναι τῷ Στασίνῳ.

Vid. plura in Celeb. *Fabricii* Biblioth. Græca Vol. I. pag. 282.

ARTEMIS. vid. *Diana*.

ARTEMIS, Sibylla Delphica. vid. Olearii Diſſ. de Poëtriis num. VII.

ARTEMIS, latine *Diana*, ſerva *Platonis* Philoſophi, teſtamento ejus libera dimiſſa. vid. *Laërt.* lib. III. ſegm. 42.

ARTEMISIA filia *Hecatomni*, & ſoror atque uxor *Mauſoli*, Cariæ Regis, artis medicæ non imperita fuiſſe creditur, quia *Plinius* Hiſt. Nat. XXV. 7. ſegm. 36. ſcribit: *Mulieres quoque hanc gloriam affectavere, in quibus* Artemiſia *uxor* Mauſoli *adoptata herba, quæ ante parthenis vocabatur. Sunt qui ab* Artemide Ilythia *cognominatam putant, quoniam privatim medeatur feminarum malis. Harduinus* in notis ad h. l. obſervat, *Artemiſiam* herbam jam ab *Hippocrate* nuncupatam eſſe ante hujus *Artemiſiæ* tempora, & apud ipſum *Hippocratem* reperiri, *Artemiſia* enim *Mauſoli* uxor *Hippocrate* poſterior eſt, quippe quæ *Iſocratis Demoſthenis*que ætate floruerit. Quare herbam hanc, ſi ab *Artemiſia* regina nomen habet, non ab ea, quæ uxor *Mauſoli* fuit, ſed ab altera, quæ *Lygdamidis* filia, Perſico bello celebris fuit

fuit, nomen fortitam esse oportet. Utramque memorant *Harpocration* in Ἀρτεμισία, & *Tzetzes* Chiliad. XII. v. 966. hist. 455. conf. omnino *Belii* Lexicon in *Artemise*. Cum vero utraque dicatur Cariae regina fuisse, certe fit verisimile, reges Cariae omnes *Mausolos*, ut Ægypti Ptolemaeos cognominatos esse, ac de vetustiore *Plinium* locutum. Conjectura tamen ista *Harduini* non placet *Belio* l. c. not. E. Hujus *Artemisiae* historiam habes apud *Herodot.* lib. VII. cap. 99. *Polyaen.* Strateg. lib. VIII. cap. 53. *Pausan.* in Lacon. lib. III. cap. 11. *Ptolemaeum Hephaest.* in *Photii* Biblioth. Cod. CXC. pag. 491. *Suidam* in Ἀρτεμισία & *Justinum* lib. II. cap. 12. *Artemisia* junior mariti *Mausoli* sub finem Olymp. CVI. demortui cineres vino mistos ebibit, ad funus ejus ornandum primos Graeciae oratores accersivit, eique splendidum sepulcrum erexit. vid. *Strabonem* lib. XIV. pag. 451. *Plinium* Hist. nat. XXXVI. 5. *A. Gellium* lib. X. cap. 18. *Valerium Max.* IV. 6. & *Suidam* in Ἀρτεμισία.

ARTEMISIA Dialectica. vid. *Argia*.

ASPASIA Milesia, *Axiochi* filia, capta ab Atheniensibus, fuit primo amica deinde uxor *Periclis*, quem perinde ut *Socratem* Philosophum in arte Rhetorica erudivit. vid. *Plutarchum*, (num. V.) *Harpocrationem*, (num. VII.) *Suidam*, (num. VIII.) *Lucianum*, (num. XI--XIII.) *Clementem Alexand.* (num. XVI.) & *Commentarios Graecos* in *Hermogenis* Rhetorica, (num. XX sq.) Ex illa *Periclem* genuisse filium spurium sibi cognominem, & *Pericle* mortuo, eam nupsisse *Lysicli* oratori testantur *Plutarchus*, (num. V.) & *Harpocration*, (num. VII.) In causa illam fuisse, cur Athenienses duo bella maxima Samiacum & Peloponnesiacum gesserint, liquet ex *Plutarcho*, (num. V.) *Harpocratione*, (num. VII.) *Suida* (num. VIII.) *Aristophane*, (num. IX.) *Athenaeo*, (num. XV.) & *Syncello*. (num. XXIII sq.) *Plutarchus* (num. VI.) refert, illam impietatis & corruptarum foeminarum Atticarum ream esse factam, atque precibus *Periclis* ex hoc periculo ereptam. *Lucianus* (num. XIV.) fingit animam *Pythagorae* in *Aspasiam* transmigrasse. Sapientiam ejus & eloquentiam singularem memorant praeter *Plutarchum* & *Harpocrationem* *Suidas*, (num. VIII.) *Xenophon*, (num. X.) *Lucianus*, (num. XIII.) *Aristides*, (num. XVII sq.) *Themistius* (num. XIX.) & *Athenaeus* (num. XXV.) Exstat

in *Platonis* Operibus Dialogus, qui inscribitur: Μενέξενος, ἢ ἐπιτάφιος, ἠθικὸς, in quo exhibet *Plato* orationem in Athenienses pro patria in variis præliis defunctos, tanquam ab *Aspasia* Milesia scriptam, & à *Socrate* dictam. Haec oratio teste *Cicerone* in Oratore ad M. *Brutum* cap. 44. *sic probata est, ut eam quotannis illo die, quo mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in prœliis interfecti, recitari necesse sit.* Laudatur etiam illa à *Dionysio Hal.* περὶ τῆς τοῦ Δημοσθένους δεινότητος Tom. II. Opp. pag. 178, 7. & à *Synesio* in Dione pag. 37. D. Opp. ubi cum alia oratione ejusdem argumenti, quae lib. II. *Thucydidis* exstat, comparatur. Ἀσπασία dialogus *Æschinis Socratici* memoratur *Athenæo* lib. V. pag. 220. & *Harpocrationi*, (num. VII.) atque Ἀσπασία liber *Antisthenis* Philosophi *Laërtio* lib. VI. segm. 16. *Herodicus Cratetius* vulgavit ἔπη sub *Aspasiae* nomine, è quibus versus nonnullos profert *Athenaeus*, (num. XXV.) Inde adeo multi affirmarunt, *Aspasiam* fuisse poëtriam, quod tamen in dubium vocat *Baelius* in *Pericles* lit. N. Dialogum *Aspasiae* cum *Xenophontis* uxore & cum *Xenophonte* ipso refert *Cicero* de Inventione lib. I. cap. 31. & ex eo *Quintilianus* Institt. Oratt. lib. V. cap. 11. Velut *apud* Socraticum Æschinem *demonstrat* Socrates, *cum* Xenophontis *uxore, & cum ipso* Xenophonte Aspasiam *locutam: Dic mihi, quaeso*, Xenophontis *uxor, si vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes, utrum illius, quam tuum malis? Illius, inquit. Quodsi vestem & ceterum ornatum muliebrem pretii majoris habeat, quam tu habes, tuumne an illius malis? Illius vero, respondit. Age, inquit, si virum illa meliorem habeat, quam tu habes, utrumne tuum an illius malis? Hic mulier erubuit.* Aspasia *autem cum* Xenophonte *ipso sermonem instituit: Quaeso, inquit,* Xenophon, *si vicinus tuus equum meliorem habeat, quam tuus est, tuumne equum malis, an illius? Illius, inquit. Quid si fundum meliorem habeat, quam tu habes, utrum tandem fundum habere malis? Illum, inquit, meliorem scilicet. Quod si uxorem meliorem habeat, quam tu habes, utrum illius malis? Atque hic* Xenophon *quoque ipse tacuit. Post* Aspasia: *Quoniam uterque vestrum, inquit, id mihi solum non respondit, quod ego solum audire volueram, egomet dicam, quid uterque cogitet. Nam & tu mulier virum optimum mavis habere, & tu* Xenophon *uxorem lectissimam maxime vis. Quare nisi hoc perfeceritis, ut neque vir melior, neque*

neque foemina lectior in terris sit, profecto id semper, quod optimum putabitis esse, multo maxime requiretis, ut & tu maritus sis quam optimae, & haec quam optimo viro nupta sit. Ectypon gemmae, in qua nonnulli *Aspasiae*, alii rectius Minervae imaginem representari putant, exstat in *Jo. Aug. Canini* Iconographia num. 92. *Jo. Pet. Bellorii* Imaginibus illustrium Philos. cl. III. num. 3. *Jac. Gronovii* Thesauro Antiqq. Graec. Tom. II. tab. LXXXV. *Mich. Ang. de la Chausse* Museo Romano Part. I. num. 7. & *Bern. Montfauconi* Antiquit. Illustr. Tom. I. tab. *LXXXIII.* De hac gemma *Menagius* in Historia Mul. Philosoph. segm. 10. *Exstabat Romae non ita pridem in Dactyliotheca* Feliciae Rondaninae, *feminae primariae, vetus jaspis annularis, in qua sub nomine* ΑΣΠΑΣΟΥ *scalpta erat imago mulieris formosae, longis capillis super pectus & humeros defluentibus, monili & inauribus ornatae & casside ac aegide ornatae. In galea equorum quadriga depicta conspiciebatur; ac super quadrigam pegasum & Sphyngem cernere erat.* Caninius & Bellorius *in ea fuerunt sententia, ut existimarent illam feminam* Aspasiam *esse* Milesiam Socratis *magistram. Sed doctorum virorum pace liceat dixisse, quomodo* Ἄσπασος *pro* Ἀσπασία *dici possit, equidem non video. Adde* Ἄσπασος *nusquam in veterum libris reperiri; quodsi reperiretur, nomen foret viri non mulieris,* Ἀσπάσῳ *pro* Ἀσπασίῃ *ferri posset. Et pro* Ἀσπασοῦς *in generandi casu dicere voluit scalptor, debuit certe.* Conf. de Nostra *Menagium* l. c. segm. 6--10. *Baelii* Lexicon in Pericles not. M & N. *Olearii* diss. de Poëtriis num. VIII. atque *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 829 in not. Ab illa distinguendae sunt I. *Aspasia*, antea dicta *Milto*, *Hermotimi* filia, Phocensis, omnium sui temporis formosissima & prudentissima mulier, à *Cyro* primum, deinde ab *Artaxerxe*, denique à *Dario* impense amata. Vid. *Xenophontem* de exped. Cyri lib. I. pag. 270. *A.* ed Wechel. *Plutarchum*, (num. V.) & in Artaxerxe Tom. I. Opp. pag. 1024 sq. *Aelianum* Var. Hist. XII. 1. & *Justinum* X. 2. è recentioribus *Baelii* Lexicon in *Cyrus* not. C. & F. *Paulus Leopardus* edidit Vitam & Chrias sive Apophthegmata *Aristippi*, *Diogenis*, *Demonactis*, *Stratonici*, *Demosthenis* & *Aspasiae* graece & latine 1556. 8. qui tamen liber nihil aliud de *Aspasia*, quam *Aeliani* locum laudatum complectitur. II. *Aspasia*, artis medicae probe perita,

 cujus

eujus varia consilia medica & remedia recenset *Aëtius* medicus in Tetrabiblo IV. Serm. IV. cap. 12. cap. 15. cap. 18. cap. 25. cap. 51. cap. 77. cap. 92. cap. 97. cap. 100. cap. 102. & cap. 106. III. *Aspasia* meretrix, de qua *Suidas*. (num. VIII.) *Aspasiam Cleobuli* uxorem apud *Lloydium* in Lexicis *Car. Stephani* & *Jo. Jac. Hofmanni* esse nomen fictum, & verba *Xenophontis* (num. X.) de *Aspasia Periclis* uxore intelligi debere probat *Baelius* l. c. not. N.

ASTYANASSA, Helenæ ancilla. vid. Olearii diss. de Poëtriis num. IX.

S. ATHANASIA Abbatissa in insula Ægina, patre *Niceta* & matre *Irene* orta, floruit circa A. C. DCCCXLII. & inde à primis vitae annis ad monasticam institutionem se conferre voluit, sed jussu parentum viro nupsit, cum quo XVI. tantum dies habitavit. Deinde ad secundas nuptias edicto regio compulsa, persuasit tandem viro suo, ut ipse fieret monachus. In *Eberti* Museo Gynaecei docti pag. 35. sq. inter mulieres eruditas recensetur, quia *Surius* ad d. XIV. Aug. aliique Scriptores de vitis Sanctorum testantur, illam, cum esset annorum VII. brevi tempore Psalterium edidicisse, & semper Psalmorum cantibus & Scripturae S. lectioni vacasse. De *Athanasia*, quae CPoli vixit cum S. Matrona, vid. hujus Acta apud Lipomannum Tom. V. De *Athanasia*, quae fuit S. *Andronici* uxor, vid Martyrologia ad d. IX. Octobr.

ATHENAIS, Sibylla. vid. *Olearium* l. c. num. X.

ATHENAIS, *Leontii* Sophistae filia & *Theodosii* Imp. Junioris uxor. vid. *Olearium* l. c. in *Ælia Eudocia* num. XXXII.

ATHYRTIS, filia *Sesostris*, Ægyptiorum Regis, de qua *Diodorus Sic.* lib. I. pag. 34. D. Ἔνιοι λέγουσιν αὐτὸν (τὸν Σέσοστριν) ὑπὸ τῆς ἰδίας θυγατρὸς Ἀθύρτιος παρακληθῆναι πρὸς τὴν τῶν ὅλων δυναστείαν· ἣν οἱ μὲν συνέσει πολὺ τῶν ἄλλων διαφέρουσαν φασὶ διδάξαι τὸν πατέρα ῥᾳδίως ἂν ἐσομένην τὴν στρατείαν· οἱ δὲ μαντικῇ χρωμένην καὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαι προγινώσκουσαν ἔκ τε τῆς θυτικῆς καὶ τῆς ἐγκοιμήσεως τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς, ἔτι δὲ τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν γινομένων σημείων.

ATOSSA, filia *Cyri*, soror & uxor Cambysis, deinde nupsit Mago, denique Dario. vid. *Herodotum* lib. III. cap. 68. cap. 88. cap. 133 sq. & lib. VII. cap. 3. De illa *Tatianus* in orat. ad Graecos segm. 2. pag. 5. ed. *Worthi*. Ἐπιστολὰς συν-

συλλάσσειν συνεςήσατο ἡ Περσῶν ποτὲ ἡγησαμένη γυνή. καθάπερ φησὶν Ἑλλανικός· Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ ἦν. & *Clemens Alexandr.* Strom. I. cap. 16. pag. 307. Πρώτην ἐπιςολὰς συντάξαι Ἄτοσσαν τὴν Περσῶν βασιλεύσασάν φησιν Ἑλλανικός. Non quod illa primum epiſtolas ſcripſerit, ut poſt *Tatiani* & *Clementis* interpretes exiſtimarunt Viri docti, ſed quod certam epiſtolicarum tabularum formam docuerit. vid. *Dodwelli* praef. ad lib. de aetate *Phalaridis* & *Pythagorae*.

ATTHIS, Leſbia. vid. *Olearii* diſſ. de Poëtriis num. XI.

AUGE Tegeatis. vid. *Olearium* l. c. num. XII.

AURELIANI Imp. mater in catalogo mulierum doctarum memoratur à *Tiraquello* in leg. XI. Connub. Tom II. Opp. pag. 186. a. quia *Flav. Vopiſcus* in vita Divi *Aureliani* cap. 4. Tom. II. Scriptorum Hiſtoriae Auguſtae pag. 420. de illa ſcribit: *Matrem ejus* Callicrates Tyrius, *Graecorum longe doctiſſimus Scriptor, ſacerdotem templi Solis, in eo vico, in quo habitabant parentes, fuiſſe dicit. Habuiſſe quinetiam nonnibilum divinationis, adeo ut aliquando marito ſuo jurgans ingeſſerit, quum ejus & ſtultitiam increparet & vilitatem:* En imperatoris patrem. *Ex quo conſtat illam mulierem ſciſſe fatalia.*

AURINIA, vates Germanorum memoratur *Tacito* de moribus Germ. cap. 8. *Olim* Auriniam *& complures alias venerati ſunt, (*Germani,*) non adulatione, nec tanquam facerent deas.* Hujus loci interpretes *Auriniam* non proprium nomen, ſed commune omnium ſagarum fuiſſe exiſtimant.

S. AUSTREBERTA filia *Raldefridi*, Comitis Franciae, & *Framobildae*, Abbatiſſa prima Coenobii Bauliacenſis, foemina pia & docta, quæ floruit temporibus *Dagoberti* Regis Francorum circa A. C. DCXL. atque obiit An. DCLXXX. vel DCXC. Vitam ejus ſcripſit Anonymus, Bedae aequalis. conf. *Surium*, *Uſuardum*, aliosque Scriptores de vitis Sanctorum ad d. X. Febr.

AUTONOE Grynaea, Phoebas apud *Silium Ital.* lib. III. Punicorum memoratur à *Tiraquello* in leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 186. a. Poëta autem iſte non lib. III. ſed lib. XIII. v. 400 ſqq. de *Autonoë* canit:

Sic ad Cymæam, *quae tum ſub nomine* Phoebi
Autonoë *tripodas ſacros antrumque tenebat,*

Fert

Fert gressus juvenis, consultaque pectoris aegri
Pandit, & aspectus orat contingere patrum.
Nec cunctata diu vates &c.

Autonoës, quae fuit *Cadmi* Thebarum Regis & *Harmoniae* filia, *Aristaei* uxor, atque *Actaeonis* mater, mentionem faciunt *Hesiodus* in Theogonia v. 977. *Theocritus* in *Lenis* seu Bacchis Idyll. XXVI. v. 1. & *Ovidius* Metamorph. *III.* v. 198. & v. 720.

AXIOTHEA, Phliasia, *Platonis* & *Speusippi* discipula, de qua vid. *Diogenem Laërtium* & *Clementem Alexandr.* (num. LXIX--LXXI.) *Themistius* in Sophista orat. XXIII. pag. 295. C. Οὗτος ὁ ἀνὴρ μικρὰ ὁμιλήσας τῇ ἐμῇ εἴτε σπουδῇ εἴτε παιγνίᾳ, ταυτὸν μικροῦ ὑπέμεινε πάθος Ἀξιοθέᾳ τῇ Φιλοσόφῳ καὶ Ζήνωνι τῷ Κιτιεῖ, καὶ τῷ γεωργῷ τῷ Κορινθίῳ. Ἀξιοθέα μὲν γὰρ ἐπιλεξαμένη τι τῶν ξυγγραμμάτων, ἃ Πλάτωνι πεποίηται ὑπὲρ πολιτείας, ᾤχετο ἀπιοῦσα Ἀθήναζε ἐξ Ἀρκαδίας, καὶ Πλάτωνος ἠκροᾶτο, λανθάνουσα ἄχρι πόῤῥω, ὅτι γυνὴ εἴη, ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς τοῦ Λυκομήδους. Illam à *Plutarcho*, *Athenaeo* & *Apulejo* memorari perperam tradit *Tiraquellus* in leg. XI. Connub. Tom. *II.* opp. pag. 186. a. Conf. de illa *Menagii* Historiam mul. philosoph. segm. 46. & *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. *II.* pag. 69. *Axiothea*, *Nicoclis* Regis Cypri uxor, intrepidè se ipsam interimens, laudatur à *Polyaeno* Stratagem. lib. *VIII.* cap. 48.

B.

BABELYMA, Argiva, memoratur in catalogo clarissimarum mulierum Pythagorearum apud *Iamblichum* in vita *Pythagorae* sub finem.

BACIS, cujus meminit *Jo. Tzetzes* Histor. Chiliad. IX. hist. 288. v. 816. male pro foemina docta habetur à *Tiraquello* in leg. XI. Connub pag. 186. a. Est enim nomen viri atque vatis antiquissimi, de quo vid. Celeb. *Fabricii* Bibl. Graec. Vol. *I.* pag. 108. *Tzetzes* etiam expresse scribit: Ἄλλος δ᾽ ἦν ὁ τοῦ Βάκιδος.

BAGOE Nympha vid. *Begoë*.

BANDONINIA, monacha coenobii S. Crucis Pictaviensis, & alumna *S. Radegundis*,

degundis, cujus vitam à *Venantio Fortunato* ſcriptam addito altero libro complevit. Exſtat apud *Surium* ad d. XIII. Aug. & apud *Mabillonium* Sec. I. *Benedict.* pag. 326. floruit Sec. VI. extremo. vid. *Fabricii* Biblioth. mediæ & infimæ ætatis Tom. I. pag. 450.

BARO eſt nomen corruptum mulieris ſapientis apud *Suidam* poſt v. Βαῦνον, quod etiam ipſa ſeries literarum arguit: Βαρὼ καὶ Δημώ, ὀνόματα σοφῶν γυναικῶν· ἐξένισεν ἡ Βαρὼ τὴν Δημώ. *Mauſſacus* in appendice notarum ad Harpocrationem, quæ Plutarcho de fluminibus ſubjicitur pag. 369. & *Kuſterus* ad hunc locum *Suidæ* recte monuerunt, hæc ſcribenda eſſe: Βαυβὼ (vel Βαυὼ) καὶ Δηώ, ὀνόματα σοφῶν γυναικῶν· Ἐξένισεν ἡ Βαυβὼ τὴν Δηώ. *Baubo ſeu Babo & Ceres: nomina ſapientum mulierum. Babo Cererem hoſpitio excepit.* Confirmat egregie hanc emendationem *Clemens Alex.* in Protreptico pag. 10. & ex illo *Euſebius* de Præpar. Evang. lib. II. cap. 3. pag. 66. B. vid. *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 525. & *Olearii* diſſ. de Poëtriis num. XXXIX. in *Iambe*.

BARSINE, ſeu *Barſene*. vid. *Olearii* diſſ. de Poëtriis num. XIII.

BASILICA. vid. *Olearium* l. c. num. LXIII. in *Praxilla*.

BATIS, ſoror *Epicuri*, qui illam *Idomeneo* tradidit uxorem, teſte *Laërtio* lib. X. ſegm. 23.

BEGOE, ſeu *Bagoë*, nympha, quæ artem ſcripſit Fulguritarum apud Thuſcos, teſte *Servio* ad *Virgilii* Æneid. VI. v. 72. Hanc nonnulli Sibyllam Erythræam eſſe putant, cui nomen erat *Herophila*, de qua vid. *Olearii* diſſ. de Poëtriis num. IV & VII. Apud *Tiraquellum* in XI. Legem Connub. Tom. II. Opp. pag. 186. a. mendoſe legitur: *Bagoes Nympha, quæ Thuſas ſcripſit de arte Fulguritarum, ut tradit Servius ad* Æneid. VI. & paulo poſt: *Begone Nympha, quæ artem Fulguritarum apud Thuſcos ſcripſit, ut retulit Servius in lib. VI.* Æneid.

BERONICE à *Photio* in Bibliotheca Cod. CLXVII. inter Scriptores, à quibus *Stobæus* apophthegmata accepit, recenſetur, obſervante id *Menagio* in Hiſtoria Mul. Philoſoph. ſegm. 12. qui addit: Beronices *nomine Reginæ quatuor fuere; ſed quæ nihil ad* Beronicen *noſtram, quæ & ipſa diverſa videtur à* Pherenice *illa, de qua* Valerius Maximus, Plinius & Pauſanias, *cui ſoli omnium foeminarum gy-*

 mnico

mnico spectaculo interesse permissum est, cum ad Olympia filium Euclea certamen ingressurum adduxisset, Olympionicæ patre genita, (id est, Olympici certaminis sæpe victore) fratribus eandem palmam assecutis, latera ejus cingentibus. Beronice, Berenice & Pherenice *idem nomen est.* Historiam *Berenices*, seu *Pherenices*, cui licuit ludis olympicis interesse, *Berenices* mortem filii ulciscentis, *Berenices* filiæ *Ptolemæi Auletis*, Regis Ægypti, *Berenices* filiæ *Costobari*, sororisque Herodis M. & *Berenices* filiæ Agrippæ I. Regis Judæorum accurate pro more suo exposuit *Bælius* in Lexico Historico. Inter mulieres τελεστικὰς & μαγικὰς recenset *Proclus* in comment. ad Politiam *Platonis* pag. 422. τὴν Βρενίκην, (f. Βερενίκην,) ἄλλην ταύτην μαγείας διδάσκαλον.

BERENICE, artis medicæ perita. cujus medicamenta laudat *Aëtius* medicus Tetrabib. II. serm. I. cap. 116. Tetrab. IV. Serm. I. cap. 7. extr. & cap. 119. Meminit ejus Celeb. *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. XIII. pag. 102.

BERTA, Comitissa Loritelli, cujus diploma A. C. MCXII. scriptum de donatione templi S. *Apollinarii* legitur supra. (num. XXVI.)

BERURIA, filia R. *Chanina*, seu *Chananja*, filii *Tradion*, seu *Thardion*, & uxor *R. Meir* floruit A. M. 3881. h. e. 53. post excidium templi, A. C. 121. & suspendio voluntario vitam finiit, cum à quodam mariti discipulo ad concubitum illecta, ipsique se datura, intellexisset, maritum ipsum rei conscium secum concubuisse. *Bartoloccius* in Bibliotheca Rabbin. Tom. I. pag. 697 sq. verba Schalscheleth pag. 32. interpretatur: *Illa hyemis tempore* 300. *lectiones* 300. *Sapientum explanavit*; ex quibus colligit, eam multa scriptitasse, cum tot lectiones brumali tempore dictaverit. Sed *Frater dilectiss.* Tom. I. Biblioth. Hebr. num. 432. vi vocum hebraicarum eam non tam dictitasse aut docuisse illas prælectiones, quam ex aliis audiisse & didicisse probat verbis *Ganzii* in Zemach David pag. 42. ubi dicitur, *quod didicerit* 300 *prælectiones ex* 300 *præceptoribus*; quæ non recte vertit *G. H. Vorstius: quod in Gemaram contulerit* 300. *auditiones seu traditiones à* 30. (leg. 300.) *magistris.* Hæc *Ganzii* verba de disciplina, quam illa ex doctoribus multis iisque Tiberiensibus hauserit, accipienda esse ostendit Rev. *Gustavus Ge. Zeltnerus* in dissert. de Beruria Judæorum doctissima foemina ad

ad historiam literariam ejus gentis Sec. II. post. C. N. dilucidandam. Altorf. 1714. 4. Ex Viri eruditissimi, *Jo. Christoph Wagenseilii*, sententia illa una fere est, quae à Judaeis antiquioribus tanquam litteris clara memoratur, & cujus sententiae quaedam in Gemara referuntur. Conf. praeter Auctores jam laudatos, qui variorum Rabbinorum testimonia de illa allegant, *Jo. Jac. Schudtii* Memorab. Jud. germanice edita Part. IV. Contin. II. pag. 221.

BISORRONDE Tarentina, à *Menagio* in Historia mul. Philosoph. segm. 106. memorata, quae in MSto Regis Galliae & in veteri versione latina *Iamblichi Pisirrhonde* appellatur, in catalogo clarissimarum Pythagoricarum exstat apud *Iamblichum* in vita *Pythagorae* sub finem.

BISTALIA, sive BITALE, latine VITALIA apud *Bessarionem* contra *Trapezuntium*, filia *Damonis*, neptis *Pythagorae*. Hujus meminerunt *Jamblichus* in vita *Pythagorae* cap. 28. segm. 146. Ἐκ τῶν ὑπομνημάτων τῶν Δαμοῖ τῇ θυγατρὶ ἀπολειφθέντων ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρυ, (ἀδελφὴ δὲ Τηλαύγυς,) ἅπερ μετὰ θάνατον ἱϛοροῦσι δοθῆναι Βιτάλῃ τῇ Δαμοῦς θυγατρὶ, καὶ Τηλαύγει ἐν ἡλικίᾳ γενομένῳ υἱῷ μὲν Πυθαγόρυ, ἀνδρὶ δὲ τῆς Βιτάλης. & *Lysis* Pythagoricus in epist. ad *Hipparchum* in fragmentis Pythagoreorum saepius editis: Λέγοντι πολλοί σε καὶ δαμοσίᾳ φιλοσοφέν· ὅπερ ἀπαξίωσε Πυθαγόρας· ὅς γε τᾷ Δαμοῖ τᾷ ἑαυτοῦ θυγατρὶ τὰ ὑπομνάματα παρακαταθέμενος ἐκέλευσε μηδενὶ τῶν ἐκτὸς τᾶς οἰκίας παραδιδόμεν· ἁ δὲ δυναμένα πολλῶν χρημάτων ἀποδίδοσθαι τως λόγως, οὐκ ἐβουλήθη· πενίαν δὲ καὶ τὰς τῶ πατρὸς ἐπισκηψίας ἐνόμιζε χρυσοῦ τιμιωτέρας εἶναι. Φαντὶ δὲ, ὅτι καὶ Δαμω' θνάσκοισα Βιϛαλίᾳ τῇ ἑαυτῆς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἐπιϛολὰν ἀπέϛειλεν. Addere juvat verba *Menagii* ex Historia Mul. Philosoph. segm. 90 sq. *Haec* Lysidis *cum graece protulisset* Laërtius *in vita* Pythagorae, (lib. VIII. segm. 42.) *adjecit, tanquam verba* Lysidis: καὶ ταῦτα γυνά· *quae non esse* Lysidis, *ipsa* Lysidis *epistola, in qua non comparent, demonstrat. Exstat enim ea integra apud* Bessarionem *contra* Trapezuntium, *nec non in monumentis antiquis Pythagoricis ab* H. Stephano *ad calcem* Laërtii *editis. Fuit* Lysis *ille Pythagoricus discipulorum* Pythagorae *celeberrimus, &* Epaminondae, *cujus, teste* Plutarcho, *magister fuit, acceptissimus. In eum aurea* Pythagorae *carmina circumferuntur, ut inde* intel-

intelligas, quam pretiosum antiquitatis monumentum sit haec ejus epistola. Sed non minus pretiosa sunt reliqua monumenta collectionis Stephanicae*: ut merito illa non frequentari miretur & simul indignetur* Gerh. Jo. Vossius *in lib. de Philosophorum sectis.* Conf. de *Bistalia* Celeb. *Fabricium* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 526. & *Menagium* l. c. segm. 92. qui de ista *Pythagorae* prohibitione verba S. *Hieronymi* in apologia ultima ad *Rufinum* profert: *Igitur etiamsi docere non possem ipsius* Pythagorae *extare monumenta, nec à filio ejus ac filia, aliisque discipulis prolata convincerem.*

BLESILLA, *Toxotii* Senioris & *S. Paulae* filia, viginti annorum vidua à viro relicta, quocum menses tantum septem vixerat, discipula S. *Hieronymi*, qui ejus eruditionem egregie laudat in Epist. ad *Paulam* super obitu *Blesillae* filiae, Tom. IV. Opp. Part. II. pag. 54. ed. *Martianey: Quis siccis oculis recordetur viginti annorum adolescentulam tam ardenti fide crucis levasse vexillum, ut magis amissam virginitatem, quam mariti doleret interitum? Quis sine singultibus transeat orandi instantiam, nitorem linguae, memoriae tenacitatem, acumen ingenii? Si graece loquentem audisses, latine eam nescire putares. Si in Romanum sonum lingua se verterat, nihil omnino peregrini sermo redolebat. Jam vero quod in* Origene *quoque illo Graecia tota miratur, in paucis non dicam mensibus, sed diebus, ita Hebraeae linguae vicerat difficultates, ut in discendis canendisque psalmis cum matre contenderet.* Obiit illa A. C. CCCLXXXIV. Vitam ejus copiose descripsit *Tillemontius* in Memoriis Hist. Eccl. Tom. XII. pag. 87-91.

BOETHIA *Elpis* vid. *Elpis.*

BOEO, Delphica. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis num. XIV.

BOTRYS inter foeminas eruditas perperam recensetur à *Tiraquello* in legem XI. Connub. pag. 186. a. & pag. 191. b. in *Salpe* ex verbis non recte intellectis *Athenaei* lib. VII. pag. 322. A. Ἄλκιμος ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐν Μεσσήνῃ φησὶ τῇ κατὰ τὴν νῆσον, Βότρυν γενέσθαι εὑρετὴν τῶν παραπλησίων παιγνίων τοῖς προσαγορευομένοις Σάλπης. h. e. *Alcimus in Siculorum rebus Messenae, quod oppidum insulae est, Botryn quendam extitisse tradit, inventorem salium, & dicteriorum, qualia sunt, quae Salpae tribuuntur.*

BRELA,

BRELA, *Croci* Bohemiæ Principis filia, quam herbarum ac medicinæ peritam celebrat *Æneas Sylvius*, poſtea *Pius II.* Pontifex in Hiſtoria Bohemica cap. 4. Conf. Celeb. *Fabricii* Biblioth. Græc. Vol. XIII. pag. 163.

BRIGIDA, ſeu *Brigitta*, Laginenſis, natione Scota, vel Hiberna, *Dubothi* Principis filia, floruit circa A. C. DXVIII. & ſcripſiſſe fertur Revelationum ſuarum obſcuriſſimarum libros XII. qui germanice prodierunt Dilingae 1569. 8. Obiiſſe illam ajunt A. C. DXXIII. aet. 70. Plura de illa referunt *Baronius* ad Martyrologium, *Surius* ad 1. Febr. *Sautelius* Tom. I. Anni Sacri pag. 55 ſqq. Acta Sanct. Antwerp. m. Febr. Tom. I. pag. 99 ſqq. ubi vita ejus quadruplex exhibetur. Conf. *Brigidam* Thaumaturgam ſ. Diſſertationem de S. Brigida habitam in Collegio Hibernorum Pariſienſi ib. 1620. 8. *Wilh. Ern. Tenzelii* Colloquia menſtrua A. 1690. pag. 159 ſq. *Tillemontii* Memorias Hiſt. Eccl. Tom. XVI. pag. 793 ſqq. *Jo. Henr. Feuſtkingii* Gynaeceum Haeretico-Fanaticum pag. 203 ſq. & *Fabricii* Biblioth. mediae & inf. aetatis Tom. I. pag. 769 ſq. qui etiam pag. 764 ſqq. de S. *Brigitta*, ſeu *Birgitta* Sueca A. C. MCCCIV. nata, ejusque revelationibus accurate commentatur.

BRYO vid. BYO.

BUNDVICA, ſeu *Bundivica*, regio Britannorum ſanguine orta, *Praſutagi* Regis conjux, de Romanorum jugo excutiendo Epiſtolas plures ſcripſiſſe, & circa A. C. LXX. periiſſe fertur. vid. *Pitſeum* de illuſtr. Britanniae Scriptoribus aet. I. pag. 71. & *Baleum* Cent. I. num. 25.

BYNDACIS, ſeu *Byndaice*, Pythagorica, ſoror *Ocelli* & *Ocylli* Lucanorum, apud *Jamblichum* à Viris doctis emendatum in vita *Pythagorae* ſub finem memoratur. vid. infra *Occello* & *Philtatis*.

BYO, vel *Bryo*, Argiva, inter clariſſimas Pythagoricas mulieres recenſetur à *Jamblicho* in vita *Pythagorae* cap. & ſegmento ultimo.

C.

CÆRELLIA, ſeu *Cærelia*, ſeu *Cerellia*, cujus meminit *Cicero* lib. XIII. ep. 13. ad Atticum: Varroni *quæ ſcripſi te auctore, ita propero mittere, ut jam Romam miſerim deſcribenda; ea ſi voles, ſtatim habebis; ſcripſi enim ad librarios, ut fieret*

tuis, si tu velles, describendi potestas. Ea vero continebis, quoad ipse te videam; quod diligentissime facere soles, cum à me tibi dictum est; cum autem fugit me tibi dicere, mirifice Cærelia studio videlicet philosophiæ flagrans describit à tuis: istos ipsos de finibus habet: & epist. 14. ej. libri: *Scripta nostra nusquam malo esse, quam apud te; sed ea tum foras dari, cum utrique nostrum videbitur; ego & librarios tuos culpa libero neque te accuso; & tamen aliud quiddam ad te scripseram,* Cæreliam *quædam habere, quæ nisi à te non potuerit.* Idem lib. XV. ep. 1. ad Attic. Cærelliæ *facile satisfeci, nec valde laborare mihi visa est; & si illa, ego certe non laborarem.* & lib. XIII. epist. 72. ad Famil. scribit *P. Servilio* Collegæ: Cærelliæ *necessariæ meæ rem, nomina, possessiones Asiaticas commendavi tibi præsens in hortis tuis, quam potui diligentissime, tuque mihi pro tua consuetudine, proque tuis in me perpetuis maximisque officiis omnia te facturum liberalissime recepisti: Meminisse te id spero, scio enim solere. ——— Sic velim existimes, quibuscumque rebus* Caerelliae *benigne feceris, mihi te gratissimum esse facturum.* Ex his colligit *Menagius* in Historia Mul. Philosoph. segm. 57. *Cærelliam* fuisse Philosopham, & Academicae addictam sectae, quia *Cicero* fuit Academicus & ut eum *Lactantius* vocat, Academicae disciplinae defensor. Subjungit Vir praestantissimus: *Quod* Caerelliam *senex* Cicero *amaverit, objicit* Ciceroni Fufius Calenus *apud* Dionem libro XLVI. in *Oratione, qua ejus orationi contra* Antonium, Cicerone *coram respondet. Id vero* Caerelliae *honorificum inprimis existimamus. Quid enim honorificentius mulieri accidisse potuit, quam amatam à* Cicerone *fuisse? à* Cicerone *viro extra omnem ingenii aleam posito & in omnibus excellentissimo, viro Consulari & gravi, quem adspectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant sua. Sed quod addit* Calenus, *ejus mæchum fuisse* Ciceronem, *non verius existimamus, quam quod ipse &* Donatus *apud* Servium *ad hunc* Maronis *versum:* Hic thalamum invasit natae vetitosque hymenaeos, *calumniantur.* Corradus *ad* Tullii *dictam epistolam* 51. lib. XII. *ad* Atticum *scripsit* Caerelliam à Cicerone *sene amatam non negare* Fabium lib. VI. cap. 4. & Ausonium *in Centone nuptiali. Ad* Ausonium *quod attinet, is mihi id dicere non videtur. En ejus ipsissima verba:* Meminerint autem, quippe eruditi, probatissimo viro *Plinio* in poëmatiis lasciviam, in moribus consti-

conſtitiſſe cenſuram: prurire opuſculum *Sulpicii*, nec frontem caperare: eſſe *Apulejum* in vita Philoſophum, in epigrammatis amatorem, in praeceptis omnibus exſtare ſeveritatem; in epiſtolis ad *Cerelliam* ſubeſſe petulantiam. *Hæc enim* Auſonii *poſtrema verba de* Apulejo, *qui ad* Caerelliam *quandam ſcripſerit, non de* Cicerone *intelligenda: neque aliter ea accepit* Auſonii *interpres*, Elias Vinetus, *vir ſane doctiſſimus. Sed neque* Caerelliam *à* Cicerone *amatam evincit locus* Fabii. *Verba ejus ſunt:* Etiam illud quod *Cicero Cerelliæ* ſcripſit, reddens rationem, cur illa *C. Cæſaris* tempora tam patienter toleraret; Haec aut animo *Catonis* ferenda ſunt, aut *Ciceronis* ſtomacho. Stomachus enim ille habet aliquid joco ſimile. *Significant videlicet hæc* Fabii, *aut abrumpendam eſſe vitam, quo pacto* Cato Uticenſis, *ne in* Caeſaris *manus veniret, mortem ſibi conſcivit, aut concoquenda haec eſſe* Ciceronis *exemplo*; *metaphora ducta à ſtomacho, qui cibos etiam acerbos & ingratos concoquit. Hæc autem nihil ad mores Tullianos.* Q. Caerellio *cuidam librum ſuum de die natali nuncupavit* Cenſorinus, *quem virtutis non minus quam pecuniarum divitem vocat. Et* Martialis *epigramma* 63. *libri IV.* Caerelliae *cuidam inſcripſit.*

CAESARISSA vid. *Panhyperſebaſta.*

CAIA ſeu *Gaja Afrania* vid. *Afrania* & *Calphurnia.*

CALLISTO, mulier philoſophiae Pythagoricae ſtudioſa, ad quam epiſtola *Theanus* de famularum regimine exſtat. (num. CLXV.)

CALLISTRATA, meretrix Leſbia, in numerum foeminarum doctarum refertur à *Tiraquello* in leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 186. a. quia *Athenæus* lib. V. pag. 220. E. ſcribit: Σωκράτης ὁ μετὰ τῶν Ἀσπασίας αὐλητρίδων ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων συνδιατρίβων, καὶ Πίστωνι τῷ θωρακοποιῷ διαλεγόμενος, καὶ Θεοδότην διδάσκων τὴν ἑταίραν, ὡς δεῖ τοὺς ἐραστὰς ἀπολαύειν, ὡς Ξενοφῶν παρίστησιν ἐν δευτέρῳ Ἀπομνημονευμάτων. Τοιαῦτα γὰρ ποιεῖ αὐτὸν παραγγέλματα τῇ Θεοδότῃ λέγοντα, ἃ οὔτε Νικὼ ἡ Σαμία, ἢ Καλλιστράτη ἡ Λεσβία, ἢ Φιλαινὶς ἡ Λευκαδία, ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ Ἀθηναῖος Πυθόνικος συνεωράκασι πόθων θέλγητρα· οὗτοι γὰρ περὶ ταῦτα ἠσχόληντο περισσῶς.

CALPHURNIA, ſeu *Calpurnia*, neptis *Fabati* & *Hiſpullæ*, uxor ſecunda *C. Plinii*

C. Plinii Secundi Junioris, qui illam egregie laudat in epistola ad *Hispullam* amitam Calpurniae lib. IV. epist. 19. *Cum sis pietatis exemplum, fratremque optimum & amantissimum tui pari charitate dilexeris, filiamque ejus (*Calpurniam,*) ut tuam diligas; nec tantum amitae ejus verum etiam patris amissi affectum repraesentes; non dubito maximo tibi gaudio fore, quum cognoveris dignam patre, dignam te, dignam avo evadere. Summum est acumen, summa frugalitas, amat me, quod est castitatis indicium. Accedit his studium litterarum, quod ex mei charitate concepit; meos libellos habet, lectitat, ediscit etiam. Qua illa sollicitudine, quum videor acturus, quanto, quum egi, gaudio afficitur! Disponit, qui nuntient sibi, quem assensum, quos clamores excitarim, quem eventum judicii tulerim. Eadem, si quando recito, in proximum discreta velo sedet; laudesque nostras avidissimis auribus excipit. Versus quidem meos cantat formatque cithara, non artifice aliquo docente, sed amore, qui magister est optimus. His ex causis in spem certissimam adducor, perpetuam nobis majoremque indies futuram esse concordiam. Non enim aetatem meam aut corpus, quae paulatim occidunt ac senescunt, sed gloriam diligit.* Abortum etiam ab illa factum *Fabato* & *Hispullae* nunciat, idem lib. VIII. epist. 10 sq. & ad ipsam scripsit epistolam summi amoris plenam lib. VI. epist. 7. *Tho. Reinesius* in epist. *LV.* ad *Rupertum*, ubi stemma *Plinii* exhibetur, eam appellat *Pompejam Calpurniam.* conf. omnino Viri doctissimi *Jo. Massoni* vitam *Plinii* jun. ad A. C. *XCVIII.* segm. 4-6. Nostra in *Eberti* Museo Gynaecei docti pag. 71. & in *Jo. Reichii* differt. qua *Calphurnia* sapientissima inter mortales femina à convitiis *Ulpiani* vindicatur, perperam ex *Frauenlobio* confunditur cum *Calphurnia seu Calpurnia*, muliere importunissima, quae occasionem dedit edicto, quo cautum est, ne mulieri in posterum causas agere liceret *L. I. §. 5. ff. de postuland.* Hanc feminam permulti Interpretes Juris civilis affirmant eandem esse ac *G. Afraniam*, de qua supra egimus, quia illa in Codice Florentino appellatur *Carfania.* Alii *G. Afraniam* distinguunt à *Calphurnia*, quoniam hoc nomen in priscis codicibus & vulgatis corporis Juris editionibus reperitur. Conf. omnino *Gotlob. Aug. Jenichen* dissertatiunculam de *C. Afrania* ad *L. I.* § *5. de Postuland.* & *Valerium Max.* lib. VIII. cap. 3. §. 2. Lipf. 1734. 4. & Relationes literarias

Hum-

Hamburg. germanice editas An. 1735. num. 38. pag. 325. & num. 40. pag. 340. De aliis mulieribus Romanis, *Calpurniæ* nomine dictis, consulendi sunt Scriptores Familiarum Romanarum.

CAMBRA, *Formosa*, quod cognomen à pulchritudine accepit, fertur filia *Belini* Britannorum Regis, uxor *Antenoris II.* Francorum Regis, & mater *Priami* junioris. Scripsisse illam Leges Sicambrorum libro uno, obiisse A. M. MMMDXC. a. C. N. CCCLXXX. atque sepultam esse Neomagi ajunt. Conf. de illa *Baleum* & *Pitseum* de illustribus Britanniæ Scriptoribus æt. 1. n. 7. p. 65 sq.

CANABUTZENA. vid. *Smaragda*.

CARMENTA. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis num. *LII.* in *Nicostrata*.

CASSANDRA Sibylla. vid. *Olearium* l. c. num. XV.

CASSIA, seu *Cassiana*, seu *Icasia*. vid. notas ad *Olearii* diss. de Poëtriis pag. 141 sq.

S. CATHARINA, seu *Æcaterina*, seu *Hecaterina*, (ἡ Καθαρίνη verosimilius, quam ab *Hecate*) traditur Alexandrina, Virgo & Martyr sub *Maxentio* Imp. A. C. CCCVII. & in rebus philosophicis versatissima. Paganos enim Philosophos validissimis fregisse argumentis, eosque ad religionem Christianam amplectendam rationibus suis adegisse perhibent permulti Scriptores Pontificii. Exstat Historia Martyrii ejus græce scripta apud *Simeonem Metaphrastem* MS. in Bibliotheca Vindebon. teste *Lambecio* Tom. VIII. pag. 226, 282, 340. latine apud *Surium* ad XXV. Nov. & apud *Lipomannum* Tom. V. Aliud S. *Æcaterinæ* Martyrium auctore *Athanasio* ταχυγράφῳ, qui se *Catharinæ* famulum fuisse profitetur, MS. in Vindob. Biblioth. teste *Lambecio* l. c. pag. 388. atque aliud ab Auctore incerto scriptum. Apud *Metaphrasten* ipsa se Rhetoricen & Philosophiam & Geometriam aliasque disciplinas didicisse ait. Hinc Philosophiæ Professores Parisienses S. *Catharinam* sibi patronam elegerunt, ejusque festo die Schola vacat Parisiensis, quas ferias exemplo Parisiensis, ceteræ celebrant Scholae. Academiae Vitembergensis facultas Philosophica in sigillo suo D. *Catharinæ* effigiem usurpat, cum inscriptione: *Catharina Patrona Philosophorum*. Memoria ejus

recolitur in Ecclesia Graeca & Latina d. XXV. Nov. vid. *Menea* hujus mensis Venet. 1689. fol. edita pag. 198 sqq. ubi pag. 203 legitur: "Αυτη ἦν ἐκ πόλεως Ἀλεξανδρείας, θυγάτηρ Βασιλίσκου τινὸς, τοὔνομα Κέστου, πάνυ οὖσα ὡραία, καὶ τῷ κάλλει ἀμίμητος, ὑπερμεγέθης τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τῷ σώματι ἀστεία, ἦν δὲ ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα· ἥτις πᾶσαν παιδείαν Ἑλληνικὴν καὶ Ῥωμαϊκὴν ἄκρως ἐγγυμνασθεῖσα, Ὁμήρου τε καὶ Βιργιλλίου, τοῦ Ῥωμαίων μεγίστου ποιητοῦ, Ἀσκληπιοῦ τε καὶ Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ τῶν ἰατρῶν, Ἀριστοτέλους τε καὶ Πλάτωνος, Φιλιστίωνος τε καὶ Εὐσεβίου τῶν φιλοσόφων, Ἰαννῆ καὶ Ἰαμβρῆ τῶν μεγάλων μάγων, Διονύσου καὶ Συβίλλης, καὶ ὅση ῥητορικὴ ἐφευρέθη τῷ κόσμῳ· οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν λέξιν γλωσσῶν μεμαθηκυῖα, εἰς ἔκπληξιν ἔφερεν, οὐ μόνον τοὺς ὁρῶντας αὐτὴν, ἀλλά γε καὶ τοὺς ἀκούοντας περὶ τῆς φήμης καὶ σοφίας καὶ παιδείας αὐτῆς. Διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν ὑπὸ τοῦ Βασιλέως Μαξεντίου, πολλῶν βασάνων πεῖραν λαβοῦσα, τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον δέχεται παρὰ τοῦ ἀθλοθέτου Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. & in Menologio Graecorum, cura *Annib. Albani* Card. edito, Tom. I. pag. 213. Ἡ μάρτυς Αἰκατερίνα ἐγένετο ἀπὸ Ἀλεξανδρείας, θυγάτηρ Βασιλίσκου τινὸς πλουσίου καὶ ἐνδόξου, εὔμορφος πάνυ, εὐφυὴς δὲ ὑπάρχουσα ἔμαθεν ἑλληνικὰ γράμματα, καὶ ἐγίνετο σοφή· λαβοῦσα καὶ γλώσσας πάντων τῶν ἐθνῶν. Ἐπετελεῖτο δὲ ἑορτὴ τοῖς εἰδώλοις παρὰ τῶν Ἑλλήνων. Καὶ θεωροῦσα τὰ ζῶα σφαζόμενα, ἐλυπήθη· καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν βασιλέα Μαξιμῖνον, καὶ ἐφιλονείκησεν αὐτὸν, εἰποῦσα, ὅτι διὰ τί ἐγκατέλιπες θεὸν ζῶντα, καὶ προσκυνεῖς ἀψύχοις εἰδώλοις; ἐκεῖνος δὲ ἐκράτησεν αὐτὴν, καὶ ἐτιμωρήσατο ἰσχυρῶς· καὶ μετὰ τοῦτο ἔφερεν ὁ βασιλεὺς πεντήκοντα ῥήτορας, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὅτι διαλέχθητε πρὸς τὴν Αἰκατερίναν, καὶ πείσατε αὐτήν· ἐὰν γὰρ μὴ νικήσητε αὐτὴν, πάντας ὑμᾶς κατακαύσω πυρί. Ἐκεῖνοι δὲ ἰδόντες, ὅτι ἐνικήθησαν, ἐβαπτίσθησαν, καὶ οὕτως ἐκάησαν· ἀπεκεφαλίσθη δὲ καὶ αὐτή. *Martin Crusius* in Turco-Graeciae lib. III. pag. 230 sq. memorat Martyrium S. *Catharinae* ex veteri Codice Basileensis Bibliothecae Msto chartaceo, folii magnitudine, singulis paginis binas columnas quadragenorum versuum habentibus rubro corio asserculis inducto cum bullis seu umbilicis, & cum duabus clausuris more graeco in aculeos infibulandis: Αὐτη (ἡ ἁγία μάρτυς Κατερίνη) ὑπῆρχεν ἐξ Ἀλεξανδρείας

τῆς

τῆς πόλεως, Βασιλίσκου τινὸς θυγάτηρ, τοὔνομα Κάστου, μέγεθος ἅμα καὶ κάλλος ἔχουσα σώματος εἰς ἄκρον, ἐκπαιδευθεῖσα πᾶσαν ἑλληνικὴν καὶ ῥωμαϊκὴν παιδείαν, καὶ τοῖς κατὰ ἰατρικὴν φιλοπονήσασα συγγράμμασι, καὶ φωνὰς ἑτερογλώσσους πολλῶν ἐθνῶν ἐκμαθοῦσα, διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μαξεντίου, πολλῶν βασάνων πεῖραν λαβοῦσα, τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον δέχεται. Addit laudatus *Crusius: Hunc Martyrologii codicem* 138 *foliorum mibi à* 16. *Febr. usque ad* 16. *Maji An.* 1578. *uno calamo anserino, stando,* διὰ φιλελληνίαν *descripsi, commodato per Clariss. Theologos D.* Ulr. Coecium *&* *D.* Jo. Jac. Grynaeum *missum. Fuerat is Codex cum aliis pluribus MSS. à Cardinale* Jo. de Ragusio, *tit.* S. Sixti, *Basileae in Concilio relictus.* Jucundum erit hic legere verba *Menagii* in Historia Mulierum Philosoph. segm. 35 - 38. *Qui ejus Virginis meminit Scriptor antiquior, fuit Graecus Scriptor Anonymus vitae S. Pauli Latrensis, Eremitae, domo Elaeensis prope Pergamum, fato functi An.* 956. *d.* 15. *mensis Decembris in monasterio Atbapsensi, in finibus Phrygiae. Sed eam Scriptor ille* Æcaterinen *vocat, non* Catharinam. *Verba ejus sunt, ex interpretatione* Jac. Sirmondi, *qui eam vitam à se in Sforziana Bibliotheca Romae repertam in gratiam Cardinalis* Baronii *latinitate donavit*: Aliorum quidem Sanctorum memoriae hilaritatis ansam *Paulo* dabant: Martyris vero *Æcaterinae* non solum voluptate Sanctum replebat, sed propemodum exultatione & tripudio. *Quem Scriptorem* Baronius *Annal. Tom. X. Scriptorem fidelem appellat.* Æcaterine *quoque dicitur* Euthymio, *Monacho Zygabeno, in suis ad Psalmos enarrationibus ad Psalmum* 44. *qui liber manu exaratus asservatur in Bibliotheca Regia, nec non in Bigotiana. Praefationem dicti libri edidit* Lemonius *in Variis Sacris. Vixit* Euthymius *ille circa initium Seculi XIV.* Αικατερίν *nuncupatur in tabella graecanica antiqua, quam exbibuit* Carol. Du Cangius *in fine Glossarii ad Scriptores mediae & infimae Latinitatis, in qua depicta cernitur gestans coronam regiam in capite & veste induta consulari. Quod admonet me, ut legentes moneam, regio genere ortam dici in martyrio*: Mulier quaedam pia, nomine *Æcaterina*, aetate juvenis, pulcra specie, quae genus ducebat ex sanguine regio, omnem autem & externam & nostram Scripturam perlegerat, multis ancillis comitata degebat Alexandriae, *inquit* Si-

meon Metaphraſtes *ad* XXV. *Novembris interprete* Gentiano Herveto: *Sed ad rem. Exſtant in Bibliotheca Colbertina ſeptem Codices Manuſcripti Martyrii S.* Catharinae, ſignati 413, 569, 622, 850, 3048, 4530, 5823. *in quibus & ea conſtantiſſime* 'Αικατερίνη *appellatur.* Æcatherina *quoque dicitur* Molano *in ſuis ad* Uſuardum *additionibus. At vero in Calendario Graeco pervetere dictae Bibliothecae ſignato* 5149. 'Εκκατερὶν *ad* 24. *Novembris nuncupatur.* Catharinam *poſteriores dixerunt: credo, quia nominis* Æcaterinae, Æcaterinos, Eccaterinos *originem ignorarent: quid enim* ἀικατερίνη, ἀικατερὶν, ἐκκατερὶν, *ſignificent, ignoratur. Conſtat, non eſſe voces Graecas; ſed neque voces eſſe arabicas, ut volunt quidam, quod S.* Æcaterina *in altero montis Sinai jugo ſepulta fuerit, in quo etiamnum monaſterium exſtat, illi dicatum, docuit me* Euſebius Renaldotus, *Vir arabicae linguae, ſi quis alius, intelligentiſſimus.* Catharina *certe in omnibus Eccleſiaſticis Breviariis nuncupatur, nec non apud* Baronium *in Martyrologio. Apud* Pachymerem *in* Andronico *lib. II. cap.* 18. *& lib. III. cap.* 1. Catharina *filia unica* Philippi *Imp. CPolitani titulo tenus, quae poſtea* Carolo Valeſio *Comiti nupſit,* 'Αικατερίνα *appellatur. Unde colligere eſt* Catharinam & Æcaterinam *idem nomen eſſe. Atque haec de nomine S.* Catharinae; *nunc de hiſtoria videamus. Eum falſi arguere videtur* Baronius. *Ita enim de ea ille in Annal. ad A.* 317. *ſect.* 23. Cum doleamus ab Euſebio praetermiſſa, magis angimur ab incerto auctore, quo fuſius, eo minus fideliter quam par eſt, Acta ejusdem nobiliſſimae Martyris fuiſſe conſcripta. Praeſtat itaque in rebus Martyrum aliorumque Sanctorum multa deſiderari, quam omni ex parte nutantia plurima cumulari. Melius enim conſulitur Eccleſiaſticae veritati, rerum, quae non adeo exploratae, ſilentio, quam mendacio, veris licet admixto, atque adulteratae orationis eloquio. *Ut merito eam tanquam fabuloſam ex Breviario Pariſienſi juſſu* Franc. Harlaei, *Archiep. Pariſienſis an.* 1680. *reformato ejecerint, qui ejus reformationi operam dederunt, Viri doctrina & pietate illuſtres,* Jacobus de Sancta Bova, *Profeſſor Theologus, Sorbonicus;* Guillelmus Bruneterius, *tunc Archidiaconus de Bria in Eccleſia Pariſienſi, hodie Epiſcopus Santonenſis;* Claudius Caſtellanus, *Canonicus Pariſienſis;* Nicolaus Gobilio, *Doctor Sorbonicus & Parochus Sancti Laurentii apud Pariſios;* Leonardus Lametus, *Doctor*

Na-

Navarricus, tunc Canonicus Parisiensis, nunc Parochus S. Eustachii apud Parisios; Claudius Amelina, *Archidiaconus Parisiensis,* & Nicolaus Tornosus, *Theologus & Concionator eximius.* Viri cordati jam pridem animadverterunt hanc historiam esse fabulosam. vid. *Ge. Cassandri* opera pag. 278 sq. & pag. 1093. *Tillemontii* Memorias Hist. Eccl. Tom. V. pag. 448. & 761. *Helv. Gartkii* scriptum adversus *Becanum* de invocatione Sanctorum pag. 346 sqq. & *Voetii* Dissert. Sel. Part III. pag. 505 sqq. Nihilominus post *Jac. Gretserum* lib. II. de Sacris Peregrinat. cap. 20. p. 313 sqq. nostris temporibus edere sustinuit *Odoacer Illbachius,* Scriptor personatus, Acta Catharinae, Virginis & Martyris, à censuris hodiernorum Pseudo-Criticorum vindicata, Rom. 1724. 4. Auctor in toto libro id operam dat, ut refellat *Dan. Papebrochium,* qui in notis ad Ephemerides Graeco-Moscas, praefixas Tomo I. Actorum Sanctorum m. Maji pag. LI. scripserat: Haecaterinam *Graeci, Latini* Catharinam *appellant. Acta apud utrosque quantum habent admirabilitatis, tanto etiam plus difficultatis patiuntur ad obtinendam fidem. Nihilo levior objicitur molestia circa sacri corporis ad montem Sinai translationem, indubitabilem illam quidem quoad substantiam, sed quoad auctores ejus ac tempus perquam obscuram. Hoc certum, nullam esse Sanctam, cujus fama cultusque primis post persecutiones ignotior, celebrior autem aetatibus posterioribus fuerit, non solum in Orientali, sed etiam Occidentali Ecclesia. In nostro certe Belgio, ut de aliis taceam regionibus, haud facile reperias ullam urbem, ac ne oppidum quidem vel municipium, ubi haec Sancta non habeat vel altare vel templum; quod factum esse non potuit, nisi propter illustria & frequentia ac nota passim miracula, ad ejus invocationem patrata; quorum habemus varia specimina MSS. & inprimis germanicam relationem perquam authenticam de reliquiis & cultu in Grevarodensi Canonicarum Regularium diœcesis Coloniensis monasterio, unde non sine miraculis aliquid communicatum fuit civitati* Bruxellensi. *Plura & pluribus ex locis collligenda speramus, priusquam ad hunc mensem Opus nostrum pervenerit, eaque tam certa atque testata, ut obmutescere faciant obgannientium haereticorum ora. Quid enim si nomen ejus & sepulcrum seculis aliquot primis à martyrio occultum habere voluit Deus, sicut S.* Rosaliae *corpus in Sicilia: an non potest illius, postmodum ut voluit revelati, veritatem*

tatem reddere populis Christianis per indubitabilia miracula certam? Non ita medicæ fidei sumus; nec tamen etiam tam credulæ, ut religioni nobis ducamus dubitare de Actis acceptis per Græcos, quorum minus discreta facilitas varia de Sanctis suscepit commenta, Latinisque communicavit severioris examinis egentia. Expolivit ea Metaphrastes, *auctorem primum, sub alieno tamen nomine latentem, videtur invenisse* Allatius, *quando græca reperit hoc fine terminata:* Hæc ego *Athanasius* scriba, famulus Dominæ meæ *Æcaterinæ* composui commentaria ipsius, in omni sapientia. *Utinam haec nobis inveniat aliquis! Interim praesumere possumus, eadem fide auctorem prodire cum titulo famuli & scribae ipsius Sanctae, qua similem assumpserunt titulum Auctores Passionum, quas habemus de S S.* Georgio *ac* Theodoro; *de quibus fortassis praestaret nihil scriptum fuisse, quam scriptum fuisse sine solido veterum auctorum fundamento.* Hunc locum inter multos alios acriter reprehenderat *Sebast. à S. Paulo*, Ordinis Carmelitani in Belgio Provincialis, in exhibitione Errorum *Papebrochii* Colon. 1693. edita, contra quem copiose se defendit *Papebrochius* in Responsione ad exhibitionem errorum &c. Part. I. ad Artic. XI. de Actis Sanctorum §. 14. pag. 252 sqq. Papebrochiana hæc in Censuras XLVII. distributa recudi curavit *Ilbachius* & singulis censuris responsiones suas, frivolas magna ex parte & satis duras, subjunxit. Illas sanè nulla omnino refutatione dignas esse monent Collectores Actorum Sanctorum Antwerpienses in Synopsi Tomi V. de Actis Sanctorum Julii, recusa in Actis Eruditt. Lips. A. 1727. pag. 323 sq. *Erunt fortasse, qui à nobis apologiam exspectent adversus ea, quae non ita pridem vulgavit* Odoacer *quidam* Ilbachius *in Actis Sanctorum discernendis aut vindicandis ut minimum summe peregrinus. Odiosas is controversias ab annis fere triginta exstinctissimas laevo prorsus sidere renovavit. Ipsum nos, dum longe utilioribus occupamur, ad tunc abunde dicta probataque remittimus. Quae si sufficere non existimet, adeat, obsecro, librum apologeticum ab eminentissimo Card.* Baronio *sub* Antonii Gallonii *nomine* A. MDCIV. *Romae editum & Clementi P.P. VIII. inscriptum ad* Constantinum Cajetanum EX BREVIARIO S. Gregorii *monachatum Benedictinum adstruentem; ubi quid de Breviario & consequenter de S.* Catharinæ *contractis in eo Actis censendum, nisi volens cæcutiat apertissime*

tiſſime per'ſpiciet. Conf. de hac Sancta chimærica *Mart. Cruſii* Orat. XIII. *Jac. Thomaſii* Programma XXX. *Aug. Buchneri* Orationes feſtas pag. 1 ſqq. & pag. 138 ſqq. *Jo. Rainoldi* lib. de idololatria Eccleſiæ Romanæ pag. 217 ſq. *Æg. Menagii* Hiſtoriam Mulier. Philoſ. ſegm. 34-38. *Jo. Dav. Koeleri* Amœnitates numarias Tom. IV. pag. 393. & Celeb. *Fabricii* Bibliothecam lat. mediæ & infimæ aetatis Tom. I. pag. 1012.

CATTA, mulier fatidica, forte Germana natione, memoratur inter mulieres doctas à *Tiraquello* in Legem XI. Connub. pag. 186. b. ex *Suetonii Vitellio* cap. 14. §. 7. *Suſpectus* (Vitellius) *& in morte matris fuit, quaſi aegrae praeberi cibum prohibuiſſet, vaticinante* Catta *muliere, cui velut oraculo acquieſcebat, ita demum firmiter diutiſſime imperaturum, ſi ſuperſtes parenti exſtitiſſet.*

CELÆNO, una Harpyarum, reperitur in catalogo foeminarum doctarum apud *Tiraquellum* l. c. quia *Virgilius* de illa cecinit Æneid. III. v. 245.

Una in praecelſa conſedit rupe Celeno,
Infelix vates, rumpitque hanc pectore vocem.

CENTONA, nomen fictum Poëtriae latinae; vid. *Falconia Proba.*

CESENNIA, amica *Cn. Lentuli Gaetulici* Coſ. *Tiberii* Imp. temporibus à *Tiraquello* l. c. inter doctas mulieres recenſetur, quia *Sidonius Apollinaris* lib. II. epiſt. 10. ſub finem teſtatur, illam *cum Gaetulico ſaepe verſum complexiſſe.*

CHARICLEA, mendoſe apud *Tiraquellum* l. c. *Chirclea* appellata, allegatur à S. *Maximo* Confeſſore in Sermonibus per excerpta ſerm. 3. in fine, ſerm. 7. extr. ſerm. 28. bis, ſerm. 35. ſerm. 38. ſerm. 52. ſerm. 59. ſerm. 62. & ſerm. 63. ab *Antonio Meliſſa* in locis commun. lib. I. cap. 22. & 70. & lib. II. cap. 80. atque à *Thoma Magiſtro* in ἐκλογαῖς ὀνομάτων ἀττικῶν in εὐαγγελίζομαι. Recte autem monuit *Paulus Leopardus* Emendat. lib. III. cap. 25. & lib. IV. cap. 1. ſub *Chariclea* ſemper intelligenda eſſe *Heliodori* Æthiopica, ubi *Theagenis* & *Charicleæ* amores deſcribuntur.

CHARIXENA, Poëtria, vid. *Clearii* diſſ. de Poëtriis num. XVI.

CHILONIS, ſeu *Chiloniſſa*, in numerum clariſſimarum foeminarum Pythagorearum

gorearum refertur à *Iamblicho* in vita *Pythagoræ* extrema. Fuit filia *Chilonis* Lacedæmonii è septem Sapientibus Græciæ. vid. *Menagii* Hist. Mulier. Philos. segm. 103. & *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 526.

CIRCE Mythologis dicitur filia *Solis* & *Perses* nymphæ, aliis *Æetæ*, Colchorum Regis & *Hecates*, veneficiorum peritissima, quam ajunt, Sarmatarum Rege, cui nupserat, venenis sublato, cum ipsa crudelius imperaret, ab incolis expulsam in Italiam profugisse & in Circæo promontorio variis herbis abundante consedisse, ubi cum *Glaucum* Deum marinum adamaret, Scyllam puellam, quam ille deperibat, in monstrum marinum commutaverit. Tradunt etiam *Circes* filium fuisse *Marsum*, à quo gens Marsorum orta, quibus naturalis quædam vis adversus serpentum venenum inesset, eamque *Ulyssem* vi tempestatis ad se delatum hospitio excepisse, ejus socios, quos ob intemperantiam in porcos mutaverat, restituisse, ipsique filios *Agrium* & *Latinum* secundum *Hesiodi* Theogoniam v. 1013. vel *Nausithoum* & *Telegonum* secundum *Hygini* fab. CXXV. vel *Ausonem*, *Telegonum* & *Casiphonem* peperisse. Conversationem *Ulyssis* cum *Circe* describit *Homerus* Odyss. κ'. v. 140 sqq. apud quem nec non apud *Virgilium* lib. VII. Æneid. v. 10 sqq. ejus præstigias & maleficia longo ordine reperire licet. *Sam. Bochartus* in Chanaan lib. I. cap. 33. Tom. I. Opp. pag. 588. existimat fabulam *Circes*, incantamentis suis rerum species immutantis, & Latinæ regionis φαρμακάδης confictam esse à Phoenicibus, qui Latium & Latinos dici putaverint ἀπὸ τῶν φαρμακείων ab incantationibus, quoniam phoenicio sermone *Lat*, cujus plurale *Latim* vel *Latin*, est incantatio. Alii statuunt, fabulæ isti ansam præbuisse Circæum promontorium herbarum efficacissimarum ferax, & *Circes* summam peritiam in arte medica. Hanc certe celebrant *Diodorus Sic.* lib. IV. pag. 173. B. Τὴν Κίρκην φασὶν εἰς φαρμάκων παντοδαπῶν ἐπίνοιαν ἐκτραπεῖσαν. ἐξευρεῖν παντοίας φύσεις βοτανῶν καὶ δυνάμεις ἀπιστουμένας. Ὀυκ ὀλίγα μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς μητρὸς Ἑκάτης διδαχθῆναι, πολὺ δὲ πλείω διὰ τῆς ἰδίας ἐπιμελείας ἐξευροῦσαν, μηδεμίαν ὑπερβολὴν ἀπολιπεῖν ἑτέρᾳ πρὸς ἐπίνοιαν φαρμακείας. Δοθῆναι δ' αὐτὴν εἰς γάμον τῷ βασιλεῖ τῶν Σαρματῶν, ὃυς ἔνιοι Σκύθας προσαγορεύουσι· καὶ τὸ μὲν πρῶτον τὸν ἄνδρα φαρμάκοις ἀνελεῖν, μετὰ δὲ ταῦτα

τὴν

τὴν βασιλείαν διαδεξαμένην, πολλὰ κατὰ τῶν ἀρχομένων ὠμὰ πρᾶξαι καὶ βίαια. Διόπερ ἐκπεσοῦσαν τῆς βασιλείας, κατὰ μέν τινας τῶν μυθογράφων φυγεῖν ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν, καὶ νῆσον ἔρημον καταλαβομένην, ἐνταῦθα μετὰ τῶν συμφυγουσῶν γυναικῶν καθιδρυθῆναι· κατὰ δέ τινας τῶν ἱστορικῶν καταλιποῦσαν τὸν τόπον, κατοικῆσαι τῆς Ἰταλίας ἀκρωτήριον τὸ μέχρι τοῦ νῦν ἀπ' ἐκείνης Κίρκαιον ὀνομαζόμενον. (quibus similia leguntur infra in *Eudocia.)* *Plinius* Hist. Nat. lib. XXV. cap. 2. segm. 5. *Certe quid non replevere fabulis Colchis* Medea *aliæque, inprimis Itala* Circe, *Diis etiam adscripta? unde arbitror natum, ut* Æschylus *è vetustissimis in Poëtica, refertam Italiam herbarum potentia proderet, multique Circeïos, ubi habitavit illa, magno argumento etiamnum durante in Marsis, à filio ejus orta gente, quos esse domitores serpentium constat.* Homerus *quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens, multus alias in admiratione* Circes, *gloriam herbarum Ægypto tribuit.* & *Tibullus* lib. IV. eleg. 1. v. 61 sqq.

> *Solum nec doctæ verterunt pocula* Circes,
> *Quamvis inliceret Solis genus, apta vel herbis,*
> *Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.*

Circes imago exhibetur in *Jac. Gronovii* Thesauro Antiqq. Græc. Tom. II. tab. VI. Conf. de illa Scriptores Historiæ medicæ, *Tiraquellum* de Nobilitate cap. 31. num. 328. *Gabr. Naudæum* in Apologia pro Magiæ suspectis pag. 275. *Sam. Bochartum* in Chanaan lib. I. cap. 33. & *Fabricium* Vol. XIII. Biblioth. Gr. pag. 120. vid. infra *Hecate*, ubi *Scholiorum Apollonii Rhodii* testimonium de utraque profertur.

CLAUDIA, quæ à *Plutarcho* in fine Conjugial. Præceptorum Tom. II. Opp. pag. 145. E. Κλαυδία ἡ παλαιὰ appellatur, à *Tiraquello* in numerum foeminarum eruditarum refertur, quia *Plutarchus* l. c. ejus inter mulieres celebres & doctas meminit.

CLAUDIA *Rufina*, ex Britannorum principibus orta, à *Claudio* Cæsare *Claudiæ*, ab *Aulo Rufo Pudente*, Senatore Romano, ipsius marito *Rufinæ* nomen accepit. Fertur discipula S. *Pauli*, qui ejus & mariti meminerit 2 Tim. capite

& versu ultimo. *Martialis* Poëta illam egregie laudat lib. IV. epig. 13. & lib. XI. epigr. 53. Ajunt illam fuisse graecarum & latinarum litterarum probe peritam, atque scripsisse librum epigrammatum, aliam elegiarum de obitu mariti, & carmina diversi generis. Perhibetur obiisse in Umbria circa A. C. CX. vid. *Baleum* Cent. I. num. 26. & *Pitseum* aet. 2. num. 19. pag. 72-75.

CLAUDIA, uxor *P. Papinii Statii*, Poëtae, qui ad illam scripsit carmen, quod exstat lib. III. Silv. 5. ubi inter alia v. 31 sqq.

— — — — tu cum Capitolia nostrae
Inficiata lyrae, saevum ingratumque dolebas
Mecum victa Jovem; tu procurrentia primis
Carmina nostra sonis, totasque in murmure noctes
Aure rapis vigili; longi tu sola laboris
Conscia, cumque tuis crevit mea Thebais annis:

& v. 63 sqq.

Sic certe formaeque bonis animique meretur;
Sive chelyn complexa petit, seu voce paterna
Discendum Musis sonat, & mea carmina flectit;
Candida seu molli diducit brachia motu,
Ingenium probitas, artemque modestia vincit.

Ex his colligit *Frid. Morellus*, eam fuisse filiam citharoedi, & saltasse poëmata. Conf. omnino Interpretes *Statii* ad h. l.

CLEA, cui *Plutarchus* librum suum de mulierum virtutibus nuncupavit, in quo eam in librorum lectione versatam fuisse ait. Refert etiam, quum ipsa optimam *Leontidem*, quae forte mater ejus fuit, mortuam amisisset, se cum ea colloquium habuisse, non experte philosophicae consolationis. Inde Philosophiae eam deditam fuisse conjicit *Menagius* in Historia mul. Philos. segm. 14.

CLEAECHMA, *Autocharidae* Lacedaemonii soror, in catalogo clarissimarum Pythagoricarum exstat apud *Iamblichum* in vita Pythagorae sub finem. Quia *Iamblichus*, notam ut faceret *Cleaechmam*, eam sororem fuisse *Autocharidae*

ait,

ait, hunc illuſtrem fuiſſe, quamvis hodie ignoretur, ſtatuit *Menagius* in Hiſtoria mul. Philoſoph. ſegm. 106.

CLEARATA, Philoſophiae Pythagoricae ſtudioſa, ad quam *Meliſſae* epiſtola de iis, quae mulierem decent, exſtat. (num. XCIX.)

CLEOBULINE, Poëtria; vid. *Olearii* diſſ. de Poëtriis Gr. num. XVII. Addere juvat verba *Æg. Menagii* in Hiſtoria Mul. Philoſ. ſegm. 4. de illa ſcribentis: Cleobulina, *filia* Cleobuli, *unius è ſeptem Graeciae Sapientibus, unde &* Cleobulina *vulgo vocitata: nam eam pater (verba ſunt* Plutarchi) Eumetidem *appellabat. Scripſit aenigmata verſibus hexametris, in quibus laudatur ab* Athenaeo *lib. X. cap.* 15. *Hoc illius de cucurbitae applicatione aenigma celebre profert* Ariſtoteles *Rhetor lib. III. cap.* 2.

Ἄνδρ᾽ εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ᾽ ἀνέρι κολλήσαντα.

Igne hominem aes humano in corpore figere vidi.

Nam Cleobulinae *hoc aenigma eſſe teſtificatur* Plutarchus *in Convivio ſeptem Sapientum. Ibi eam* Thales τὴν σοφὴν *vocat, quod Philoſophiae deditam interpretatur, qui* Plutarchi *indicem concinnavit. Et ita haec verba accipienda exiſtimabat* Carolus Cato Curtius, *vir doctrina & modeſtia ſingulari. Meminit ejus* Cratinus *in fabula, quam de ejus nomine* Cleobulinas *inſcripſit. Ita enim hanc fabulam numero plurali efferendam docet* Laërtius *in* Cleobulo, *&* Athenaeus *lib. IV. cap.* 21. *Minus recte* Κλεοβουλίνη *numero ſingulari dicitur* Polluci *lib. VII. cap.* 11. *De* Cleobulina *praeter* Plutarchum *&* Laërtium *dictis locis &* Suidam *in* Κλεόβουλος *videndus* Clemens Alexand. Στρωματέων *quarto, ubi eam ait paternorum hoſpitum pedes laviſſe. Hoſpitum pedes feminas olim lavare ſolitas diſcimus ex* Homero *in Odyſſ.* τ'. Paulo *Apoſtolo in I. ad Timoth. cap.* 5. *I. Sam. cap.* 25. Plutarcho *de Virtutibus mulierum, & ex oraculo dato Mileſiis* Herodotus.

CLEOPATRA, Regina Ægypti, filia *Ptolemaei Auletae,* ſoror & uxor *Ptolemaei Dionyſii* ultimi, Mulier peritia linguarum & magnificentia admodum celebris, ſed luxorioſiſſima & impudiciſſima, primum à C. *Jul. Caeſare* adamata, cui filium *Caeſarionem* peperiſſe dicitur, deinde ab *Antonio* juſtae uxoris

loco habita. Hoc ab *Augusto* ad necem voluntariam compulso, mariti exemplum imitata *Cleopatra*, ne per ludibrium in triumpho traduceretur, aspidibus corpori admotis, periit A. V. DCCXXIII. De ejus eruditione *Plutarchus* in vita *M. Antonii* Tom. I. Opp. pag. 927. E. Ἦν αὐτὸ καθ᾽ αὐτὸ τὸ κάλλος αὐτῆς (Κλεοπάτρας) οὐ πάνυ δυσπαράβλητον, οὐδὲ οἷον ἐκπλῆξαι τοὺς ἰδόντας· ἁφὴν δὲ εἶχεν ἡ συνδιαίτησις ἄφυκτον, ἥτε μορφὴ μετὰ τῆς ἐν τῷ διαλέγεσθαι πιθανότητος, καὶ τοῦ περιθέοντος ἅμα πῶς περὶ τὴν ὁμιλίαν ἤθους ἀνέφερέ τι κέντρον· ἡδονὴ δὲ καὶ φθεγγομένης ἐπῆν τῷ ἤχῳ καὶ τὴν γλῶτταν, ὥσπερ ὄργανόν τι πολύχορδον, εὐπετῶς τρέπουσα καθ᾽ ἣν βούλοιτο διάλεκτον, ὀλίγοις παντάπασι δι᾽ ἑρμηνέως ἐνετύγχανε βαρβάροις· τοῖς δὲ πλείστοις αὐτὴ δι᾽ αὐτῆς ἀπεδίδου τὰς ἀποκρίσεις, οἷον Αἰθίοψι, Τρωγλοδύταις, Ἑβραίοις, Ἄραψι, Σύροις, Μήδοις, Παρθυαίοις, πολλῶν δὲ λέγεται καὶ ἄλλων ἐκμαθεῖν γλώττας· τῶν πρὸ αὐτῆς βασιλέων οὐδὲ τὴν Αἰγυπτίων ἀνασχομένων περιλαβεῖν διάλεκτον· ἐνίων δὲ καὶ τὸ μακεδονίζειν ἐκλιπόντων. De instaurata studio *Cleopatrae* Bibliotheca Alexandrina, quae paulo ante conflagrata incendio erat, idem Auctor l. c. pag. 943. A. Καλούϊσος Καίσαρος ἑταῖρος ἔτι καὶ ταῦτα τῶν εἰς Κλεοπάτραν ἐγκλημάτων Ἀντωνίῳ προὔφερε· χαρίσασθαι μὲν αὐτῇ τὰς ἐκ Περγάμου βιβλιοθήκας, ἐν αἷς εἴκοσι μυριάδες βιβλίων ἁπλῶν ἦσαν. De ejus sedulitate in experiundis venenis idem l. c. pag. 949. D. Κλεοπάτρα φαρμάκων θανασίμων συνῆγε παντοδαπὰς δυνάμεις, ὧν ἑκάστης τὸ ἀνώδυνον ἐλέγχουσα προὔβαλλε τοῖς ἐπὶ θανάτῳ φρουρουμένοις, ἐπεὶ δὲ ἑώρα τὰς μὲν ὠκυμόρους τὴν ὀξύτατα τοῦ θανάτου δι᾽ ὀδύνης ἐπιφερούσας, τὰς δὲ πρᾳοτέρας τάχος οὐκ ἐχούσας, τῶν θηρίων ἀπεπειρᾶτο, θεωμένης αὐτῆς ἕτερον ἑτέρῳ προσφερόντων· ἐποίει δὲ καὶ τοῦτο καθ᾽ ἡμέραν, καὶ σχεδὸν ἐν πᾶσι μόνον εὕρισκε τὸ δῆγμα τῆς ἀσπίδος ἄνευ σπασμοῦ καὶ στεναγμοῦ κάρον ὑπνώδη καὶ καταφορὰν ἐφελκόμενον, ἱδρῶτι μαλακῷ τοῦ προσώπου καὶ τῶν αἰσθητηρίων ἀμαυρώσει παραλυομένων ῥᾳδίως, καὶ δυσχεραινόντων πρὸς τὰς ἐξεγέρσεις καὶ ἀνακλήσεις, ὥσπερ οἱ βαθέως καθεύδοντες. Experimentum physicum in duobus maximis unionibus ab ipsa factum copiose enarrat *Plinius* Hist. nat. lib. IX. cap. 35. segm. 57. Exstant adhuc libri varii sub nomine *Cleopatrae*, quos tamen omnes suppositos esse Viri docti recte affirmant. *Cleopatrae* de morbis mulierum varia exhibentur in Harmonia Gynaeciorum ex diversis

diverſis collecta & edita ab *Iſr. Spachio* cum Gynæciorum libris Argent. 1597. fol. Ejusdem de ponderibus & menſuris expoſitio MSta aſſervata eſt græce in *Jo. Elichmanni* Bibliotheca, exſtat quoque in Codice MS. Chemicorum Græcorum *Auguſtano*, *Gothano* atque *Fabriciano*, ubi etiam reperitur Κομαρίου φιλοσόφου ἀρχιερέως διδάσκοντος τὴν Κλεοπάτραν τὴν θείαν καὶ ἱερὰν τέχνην τοῦ λίθου τῆς φιλοσοφίας liber, in quo *Comarius*, *Oſtanes* atque alii cum *Cleopatra* colloquentes finguntur. Libellus iſte de ponderibus allegatur à *Galeno* Tom. IV. Opp. pag. 467. & Tom. XIII. ed. Pariſ. pag. 975. Errat autem *Mart. Lippenius* in Bibliotheca Jurid. v. *Pondera* tradens, reperiri illum in Operibus *Galeni*, apud Juntas editis, Ven. 1551. F. Vid. judicium *Tho. Reineſii* de hoc libro in *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. XII. pag. 759. Ejusdem libri multi de unguentis pretiosis & de Chymia ſive arte aurum faciendi laudantur ab *Alberto M.* teſte *Laurembergio* in Acerra philolog. pag. 672. Epiſtola latina *Heraclii* Imp. ad *Sophoclem* Sophiſtam, *Sophoclis* ad Heraclium; *M. Antonii* ad Q. *Soranum*, *Cleopatræ* Reginae ad eundem, *Q. Sorani* ad *M. Antonium* & *Cleopatram* de priapiſmo *Cleopatræ* Reginae ejusve remediis è Bibliotheca *Goldaſti* exſtant in Priapeis Caſp. *Scioppii*, Patav. vel potius Amſtel. 1664. 8. & in Epiſtolis *Claud. Bartholom. Moriſoti* Cent. I. epiſt. 34. vid. de iſtis epiſtolis *Barthii* Animadvv. ad *Claudianum* pag. 285. *Colomeſii* Galliam Orient. pag. 205. & *Morhofii* Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 11. ſegm. 50. De Priapiſmo ſive propudioſa libidine *Cleopatræ* Reginae ejusque remediis epiſtola *Heraclii* Imp. ad *Sophoclem* Philoſophum pro expoſitione libri ſcripti tabulis aeneis, inventique ad caput *Cleopatræ* Reginae in ſuo ſepulchro, inſerta eſt Appendici Petronii editae 1587. & 1687. 8. Diſputatio Reginae *Cleopatræ* cum R. *Meiero* de reſurrectione mortuorum memoratur in Tractatu Talmudico Sanhedrin cap. Chelek pag. 90. b. *Cleopatra* allegatur ab Auctore Scholiorum ad tetrabiblon *Ptolemæi* lib. III. pag. 88. & ab *Aëtio* Medico Tetrab. II. Serm. II. cap. 56. Serm. IV. cap. 6. & Tetrab. IV. Serm. I. cap. 98. Ejus Scripta à *Paulo Ægineta* in compendio artis medicae lib. III. cap. 1. Ejus Κοσμητικὸν à *Claud. Galeno* Tom. II. Opp. ed. Baſil. pag. 156, 161, 163, 170. & Tom. X. ed. Pariſ. pag. 571. *Crito* medicus,

Heraclidae Tarentini, *Cleopatrae* & aliorum Κοσμητικὰ contraxit IV. libris, teste *Galeno* περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους lib. I. Tom. II. Opp. ed. Bas. pag. 163. ubi illorum argumenta recensentur & ex *Galeno* in Celeb. *Fabricii* Bibliotheca Gr. Tom. XII. pag. 689. Ejus Genesia à *Galeno* Tom. VII. ed. Paris. pag. 873. Historiam *Cleopatrae* Reginae enarrant plerique Scriptores veteres Historiae Romanae. E recentioribus consulendi sunt praeter Scriptores Numismaticos *Pag. Gaudentius* in vita *Cleopatrae* italice edita, Pis. 1643. 4. Anonymus in Compendio vitae *Cleopatrae* gallice, 1668. 12. Dan. Casp. *Lobensteinius* in Tragoedia Cleopatra, germanice, Uratisl. 1661. 8. *Balthas. Castilion*, & *Augustinus Favoritus* in Cleopatra, quam laudat *Janus Broukhusius* ad *Propertii* lib. III. eleg. IX. v. 53. De ejus eruditione conf. praeter Scriptores Historiae medicae & de foeminis doctis *Tiraquellum* in lib. de Nobilit. cap. 31. num. 342. & *Fabricium* Vol. XIII. Biblioth. Gr. pag. 122.

CLITAGORA, Poëtria. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis num. XVIII.

CLITO, Poëtria. vid. *Olearium* l. c. num. XIX.

COMNENA (Anna) vid. *Anna*.

CONGYLA, Colophonia, vid. *Gongyla*.

CONSTANTINA, filia Archiepiscopi Atheniensis, floruit Seculo XIII. medio, de qua *Matthaeus Parisiensis* in Historia Anglica ad A. C. MCCLII. p. 559 a. ed. Par. 1644. *Quaedam puella, filia Archiepiscopi Atheniensis, nomine* Constantina, *nondum vicesimum agens annum, virtutibus praedita, omnem trivii & quadrivii noverat difficultatem, unde alteram* Catherinam *consuevit Magister* Joannes (de Basingestoxes) *jocose, propter suae scientiae eminentiam, appellare. Haec magistra fuit magistri* Johannis, *& quidquid boni scivit in scientia, ut saepe asserunt, licet Parisiis diu studuisset, & legisset, ab ea mendicaverat. Haec puella pestilentias, tonitrua, eclipsin, &, quod mirabilius fuit, terrae motum praedicens, omnes suos auditores infallibiliter praemunivit.*

Ex hoc Specimine omnes Philologiae amantes facile intelligent, non immerito Virum Celeberrimum *Joannem Albertum Fabricium* Bibliothecae Græcae Vol. VI. pag. 602. in votis habuisse, ut insigne hoc Eudociæ opus, si non integrum in lucem ederetur, certe cum *Suida*, in quo multa iisdem verbis leguntur, nec non cum *Phornuto* aliisque Mythologis conferretur, & quae singularia in eo leguntur, cum Lectoribus communicarentur. Equidem ex Duumvirorum Praestantissimorum *Montfauconi* & *Targnii* literis hilare & lubenter cognovi, Virum doctissimum *Joannem Hervinum* è Congregatione Benedictina S. *Mauri* in Abbatia *S. Germani* Pratensis consilium cepisse edendi spissum hoc opus graece & latine cum notis. Praeter hunc librum alios quoque scripsit *Eudocia*, ut ipsa innuit in praefatione sive Epistola nuncupatoria ad Conjugem Romanum Diogenem, ubi, cur Bibliothecam collegerit, his verbis declarat: Βασιλικὸν ἡγησαμένη, τὸν νοῦν ἔγγραφον ἀνθρώπων συναγείρειν καὶ μὴ καταλείπειν ἀκηδίᾳ διαφθαρῆναι· τῆς σῆς τοίνυν βασιλείας κρινάσης, ἐκδοθήσεται, καὶ μετὰ τῶν ἀδελφῶν παρέσεται· i. e. *Regium opus esse putans, si hominum literis traditam mentem colligam, nec injuria deperire sinam. Decernente igitur imperio tuo* (hic liber) *edetur & cum fratribus suis collocabitur.* Fratres libri Ἰωνιὰ inscripti sunt alii ab *Eudocia* compositi, ut indicat nota ad marginem Codicis Colbertini scripta, cujus *Car. du Fresne* in Indice Auctorum ineditorum, qui Glossario ejus Graeco subjungitur,

 &

& *Bernh. de Montfaucon* in Palæographia Græca lib. IV. cap. 5. meminerunt: Μετὰ τῶν ἀδελφῶν παρέσεται, λέγει, ὅτι καὶ ἄλλα τινὰ συνέθετο ἡ ἀοίδιμος βασίλισσα, τόν τε πλόκαμον τῆς Ἀριάδνης ἐπικῶς, καὶ τὰς τῶν γυναικῶν χρείας, καὶ τί δεῖ τὰς βασιλίδας ἀσκεῖν, ἐν πεζῷ λόγῳ, χρήσιμόν τι χρῆμα, καὶ περὶ διαίτης μοναζουσῶν, ὅπερ καὶ νῦν καθ' ἡμᾶς ἐν τῷ τῆς Προκοννήσου σημείῳ σώζεται. *Cum fratribus versaturum ait, quia alia quædam præclara Imperatrix edidit, nempe filum Ariadnæ epico carmine: de mulierum officio, & qua in re Imperatrices exerceri debeant, pedestri oratione: opus sane perutile; de conversatione Monialium, quod opus jam nostro tempore in Monasterio Proconesi servatur.* Addit Scholiastes: Προκόννησος, ὁ νῦν Μαρμαρᾶς. *Proconesus nunc Marmaras.* Ὁμηρόκεντρα, sive Homerocentones, sæpius editos, *Eudociæ* nostræ in quibusdam Codicibus MSStis adscribi monuimus in notis ad *Olearii* diss. de Poëtriis Græcis num. 34. Bibliothecam numerosissimam & splendidissimam variis ex locis collectam magnis sumptibus ab *Eudocia* comparatam esse liquet ex Ipsius verbis, quæ initio libri Ἰωνιᾶς leguntur: Ἐκ τῆς τιμαλφεστάτης ἡμῶν βιβλιοθήκης ἐρανισαμένη, ᾗ τινι καὶ πολλὰ τῶν βιβλίων προσέθηκα, ἐκ διαφόρων μοι χωρῶν συναθροισθέντα μελέτῃ καὶ δαπάνῃ πολλῇ. Conf. de illa *Car. du Fresne* in notis ad *Zonaram* pag. 47. & in Indice Auctorum ined. qui in Glossario Græco laudantur pag. 25 sq. *Montfauconus* in Palæogr. Græca lib. I. cap. 6. pag. 51 sq. cap. 8. pag. 98. & cap. 9. p. 109. atque lib. IV. cap. 5. pag. 298. *Anselmus Bandurius* in notis ad Antiqq. CPolit. pag. 818 sqq. & Celeb. *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 357. Vol. VI. pag. 587. & pag. 685. Vol. VII. p. 715 & 727.

EUDOCIA, filia Neocæsaritæ Protosecretarii, uxor *Constantini Palæologi Despotæ*, qui fuit filius natu minor *Andronici Senioris Palæologi* Imperatoris Constantinopolit. ab A. C. MCCLXXXIII. De Nostra *Nicephorus Gregoras* Histor. Byz. lib. VIII. cap. 3. §. 2. pag. 180. ed. Paris. haec refert: Ἐπεὶ (Κωνσταντῖνος ὁ Δεσπότης) πρὸς τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως τὴν ἐπιτροπὴν ἐδέξατο τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πραγμάτων, καὶ Θεσσαλονίκης αὐτῆς, (διέτριβε δὲ τὰ πλεῖστα τοῦ ἄστεως ἔνδον Θεσσαλονίκης) ἔρωτι γυναικὸς ἑάλω τινὸς τῶν ἐπιφανῶν· ἦν δὲ αὕτη θυγάτηρ μὲν Νεοκαισαρείτου τοῦ πρωτασηκρῆτις, σύζυγος δὲ Κωνσταντίνου τοῦ Πα-

λαιο-

λαιολόγου. Ὅυτω δ' ἀπαράμιλλος ἦν τῷ τε τῆς ὄψεως κάλλει, καὶ τῇ τῆς γλώττης δεινότητι, καὶ τῷ ἐφέραστι τοῦ ἤθους ὑγρῷ, ὥστε ὀυ ταῖς τῶν ἐντυγχανόντων μόνον ψυχαῖς ἄφυκτόν τινα τὴν ἐρωτικὴν σαγήνην ἐπέρριπτεν, ἀλλὰ κὰκ μόνης τῆς φήμης τοὺς πλείστους πρὸς τὰς ἑαυτῆς ἀνέφλεγεν ἔρωτας. Ὅυτω γὰρ ἡ φύσις περὶ τὴν ἄνθρωπον ἐφιλοτιμήσατο, ὥστε πολλὴν μὲν ἐπὶ τοῦ προσώπου τὴν ἐυρυθμίαν ἀφήπλωσε, (ἔθηκε,) πολλὴν δὲ τὴν ὀξύτητα περὶ τὴν διάνοιαν ἐθησαύρισε, πολλὴν δὲ καὶ τῇ γλώττῃ ἐνήρμοσε τὴν πειθὼ καὶ δεινότητα, καὶ τὸ ἔυστροφον καὶ ἐπίχαρι τῆς ἠχοῦς. Ἦν δὲ καὶ σοφίας τῆς θύραθεν ὀυκ ἄμοιρος ἡ γυνή· ἦν γὰρ ἰδεῖν αὐτὴν πάντα καὶ παντοῖα ῥαδίως κατὰ καιρὸν ἐν τῇ ὁμιλίᾳ διὰ γλώττης προφέρουσαν, ὅσά τε αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἀνεγνώκει καὶ ὅσα λεγόντων ἄλλων ἀκήκοεν, ὡς Θεανώ τινα Πυθαγορικὴν, καὶ Ὑπατίαν ἄλλην ὀνομάζεσθαι ταύτην πρὸς τῶν ἐφ' ἡμῶν σοφωτέρων. Τούτων ἁπάντων Κωνσταντῖνος ὁ Δεσπότης, ὡς ἔφημεν, ἐς τὰ μάλιστα ἥττητο, καὶ ἀπεπειρᾶτο τῆς γυναικὸς, καὶ λάθρα ἠξίου μίγνυσθαι· ἡ δὲ, ἔιτε τὸν σύζυγον δεδοικυῖα, ἔιτε μυσαττομένη τὸ τῆς πράξεως ἄθεσμον, ἀνθίστατό τε καὶ ἀπετρέπετο. Ὅσ' ὅσον ἐκείνην ἀποτρεπομένην ἑώρα, τοσοῦτον αὐτὸς πρὸς μείζονας ἐξεκάετο τοὺς αὐτῆς ἔρωτας. Καὶ ἦν ἰδεῖν τὸ τοῦ Πλάτωνος, τὴν ψυχὴν τοῦ ἐρῶντος ἐν ἀλλοτρίῳ ζῶσαν τῷ σώματι. Ἐπεὶ δὲ μετὰ χρόνον τινὰ τὸν βίον ὁ ταύτης ἀπέλιπε σύζυγος, ἤδη σφοδρότερον ἦν ἐγκείμενος ὁ Δεσπότης, καὶ πάντα λίθον κινῶν, τὸ τοῦ λόγου νόμιμον ἀγαγέσθαι βουλόμενος σύζυγον. Ὅυ δὴ γεγονότος, πασῶν ἐυθὺς ἐξελάθετο γυναικῶν καὶ ἐρώτων ἄλλων, καὶ αὐτοῦ γε τοῦ ῥηθέντος ὑιέως Καθαροῦ Μιχαὴλ, ὃν ἐκ τῆς θεραπαινίδος γεγέννηκε· καὶ ἦν μόνης ὅλος θερμῶς ἐξεχόμενος Ἐυδοκίας τῆς Παλαιολογίνης.

EUGENIA, *Philippi*, nobilis Romani, & sub Imperatoribus *Commodo* & *Severo* Praefecti Ægypti, filia, relictis parentibus & sumpto habitu virili religionem Christianam amplexa & monasterio virorum in Ægypto praefecta est; deinde attentati stupri falso accusata, & à parentibus agnita, Romam cum matre & duobus fratribus ad Christum conversis rediit, tandem sub *Gallieno* Imperat. A. C. CCVIII. d. XXV. Dec. interfecta est, siquidem fides habenda fuerit Martyrologiis & Vitis Sanctorum, ubi haec copiose enarrantur. *Menologium* opera Annib. *Albani Card.* graece & lat. editum Tom. II. pag. 55. haec de illa refert:

refert: Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κομόδȣ ἦν ἡ ἁγία Εὐγενία, θυγάτηρ Φιλίππου τοῦ Ἐπάρχȣ Ῥώμης. Τοῦ δὲ πατέρος αὐτῆς εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀποςαλέντος παρὰ Κομόδȣ, ἵνα γένηται καὶ ἐκεῖ Ἔπαρχος· Ἐπεὶ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ τὰ παιδία ἀπῆλθον, ἀπῆλθε καὶ ἡ ἁγία Εὐγενία· καὶ ἐκεῖ ἔμαθε πᾶσαν γραφὴν ἑλληνικὴν καὶ χριςιανικήν. Ἐπεὶ δὲ τὰ βιβλία ἠρεύνα, ἐνέτυχε καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς τοῦ ἁγίȣ Ἀποστόλȣ Παύλȣ· καὶ ἐξ αὐτῶν γενομένη χριστιανὴ, ἔμαθε πᾶσαν ἀρετήν. Εἶτα ἀφῆκε τὴν πατρικὴν δόξαν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς μοναστήριον, καὶ ἐβαπτίσθη, καὶ γέγονε μοναχὴ, ἀλλ' ἐν σχήματι ἀνδρείῳ. Καὶ γὰρ ἑαυτὴν Εὐνοῦχον ἔλεγεν εἶναι. Τῷ χρόνῳ δὲ διαγνωσθεῖσα καὶ ἀναγνωρισθεῖσα Φιλίππῳ τῷ πατέρι αὐτῆς, ἐποίησε καὶ ἐκεῖνον χριστιανὸν, ὁμοίως καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοὺς συγγενεῖς. Μετὰ μικρὸν δὲ ὁ πατὴρ αὐτῆς Ἐπίσκοπος γέγονε, καὶ μετὰ ταῦτα ἅπαντες τὸ διὰ μαρτυρίȣ τέλος ἐδέξαντο: Ejus eruditio laudatur in ipsius vita ab auctore incerto, forte *Ruffino* interprete, scripta, quæ in *Rosweydi* vitis patrum pag. 260 sqq. legitur: Eugeniam *filiam suam dum* (Philippus) *litteris liberalibus perfectissime docuisset, & tam latino eam, quam græco eloquio instruxisset, etiam philosophiam doceri permisit. Erat enim acris ingenii & tam memoriæ capax, ut quidquid audiendo semel vel legendo potuisset arripere, perpetuo retineret. Erat autem* Eugenia *pulchra facie & eleganti corpore, sed pulchrior mente & formosior castitate.* —— Eugenia *dicit ad eunuchos pueros, nomine* Protum & Hyacinthum: *Scio vos mecum litteris eruditos & digna simul & indigna hominum legimus gesta, philosophorum quoque syllogismos vano labore constructos studio scrupulosissimo transegimus; Aristotelica argumenta &* Platonis *ideas &* Epicuri *sectas &* Socratis *monita &* Stoicorum: *& ut breviter cuncta complectar, quidquid cantat Poëta, quidquid Orator invenit, quidquid Philosophus cogitat, una hac sentententia excluduntur, qua tripudiantes Christianos audimus psallere: Omnes Dii gentium dæmonia; Deus autem noster cælos fecit.* ------ *Beata* Eugenia *virili habitu & animo in prædicto virorum monasterio permanebat, atque ita in divinis eruditionibus profecit, ut intra secundum annum omnes scripturas Dominicas memoria retineret*; & in ipsius vita, quæ legitur in *Corn. Grasii* Vitis Sanctorum Tom. IV. p. 797. *Cum esset* (Philippus) *eruditionis & eloquentiæ amantissimus,* Eugeniam *filiam suam omnibus liberalibus artibus plene erudiri, & tam latino*

tino, quam græco eloquio egregie instrui curavit. Illa vero, ut erat acerrimi ingenii, & memoriæ admodum tenacis, quidquid audiendo semel vel legendo poterat arripere, perpetuo retinebat. Jo. Jac. *Hofmannus* in Lexico Histor. tradit, hoc *Eugeniæ* dictum celebrari: *Affatim dives est, qui cum Christo pauper est*, & allegat de illa *Eusebium* lib. VI. cap. 7. apud quem tamen ne minimam quidem *Eugeniæ* mentionem reperire adhuc potui. Memoria ejus recolitur in Ecclesia latina d. XXV. Dec. & in Græca d. XXIV. Dec. vid. Menæa hujus mensis pag. 207 sqq. Vita & Acta Martyrii *Eugeniæ* & parentum ejus exstant græce MSS. in Biblioth. Coisliniana, teste *Montfaucono* pag. 213. latine apud *Surium* 25. Dec. & Tom. V. Lipomanni. Græce etiam habuit *Rosweidus*. vid. *Gudii* Epistolas p. 278. *Baronius* in notis ad Martyrolog. Rom. d. 25. Dec. monet, de Nostra agere *Bedam*, *Usuardum*, ac cæteros Latinorum, ejusdemque meminisse *Alcimum Avitum*, Episcopum Viennensem, in carmine ad *Fuscinam* sororem de laude castitatis lib. VI. cap. 20 *Fortunatum* in carmine de gaudio & spe vitæ æternæ, atque *Aldelmum* pluribus libris de laude virginit. In *Santelii* Anno Sacro Tom. II. pag. 240. in ejus laudem hoc distichon legitur:

Quam catus Eugeniæ pudor est, quam callida virtus!
Vir fit, ut effugiat virgo pudica Virum.

Conf. de illa Scriptores Martyrologiorum & Historiæ Ecclesiasticæ, inprimis *Tillemontium* Tom. IV. Memor. Eccl. pag. 20. & pag. 329. ed. in 12. ubi acta *Eugeniæ* suspectæ fidei esse fatetur.

EUMETIS Cleobuli filia, vid. *Olearii* diss. de Poëtriis Græcis, numero XVII.

EUNEEA, seu *Eunoea*, vid supra *Eianica*.

EUNICE Poëtria, vid. *Olearium* l. c. num. XXXIV.

EUNOMIA, filia *Nazarii* Rhetoris, qui laudatur à S. *Hieronymo* in libro poster. Chronicorum *Eusebii* A. MMCCCXL. Chr. CCCXXV. & ab *Ausonio* in commendatione Professorum Burdegal. XIV. v. 9. auctorque est Panegyrici *Constantino* Aug. filiisque Cæsaribus Romæ Kal. Martii A. C. CCCXXI. dicti & Pane-

gyricis veteribus inserti. Nostræ meminit S. *Hieronymus* l. c. ad A. MMCCCL. his verbis: Nazarii *Rhetoris filia in eloquentia coaequatur.* Vid. *Tiraquellum* in Leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 187. b. ubi mendose *Eunomia* appellatur, & *Fabricium* Vol. II. Biblioth. Lat. pag. 771.

EUPHEMIA, uxor *Justini* Imp. qui eam, prius *Lupicinam* seu *Lupiciam* dictam, nomine *Euphemiæ*, illustris Martyris, pietatis ergo appellari voluit, antequam *Augustæ* titulo DXVIII. ornaretur. Fuit foemina pietate insignis & pacem Ecclesiarum omni opera promovere studuit, quod ex *Hormisdæ* Papae binis literis ad eam datis liquet. Ipsa etiam ad *Hormisdam* scripsit epistolam Anno DXIX. qua ejus precibus se & virum suum commendat: Euphemia *Augusta* Hormisdae *Papæ. Beatitudinis vestræ literas grato jucundoque suscepimus animo: quem etenim non solum apostolicæ sedis auctoritas celebrat, sed vitæ quoque commendat integritas, & studiosa rectae fidei solertia, hujus verba quis non libentissimis suscipiet auribus? Igitur poscimus ac monemus, ut orationibus vestris nunquam excidat nomen meum, ac praecipue serenissimi conjugis nostri, sed tam utrique nostrorum, quam Reipublicae supernum vestris precibus placetur praesidium.* Exstant hae literae inter *Hormisdae* Epistolas Tom. X. Conciliorum Reg. & Tom. IV. Collect. *Labbaei* num. LXVII. p. 1528. Obiit Nostra A. C. DXXIII. Conf. de illa *Ge. Cedrenum* p. 363. ed. Par. *Theophanem* in Chronogr. pag. 141. ed. Par. *Jo. Zonaram* Annalium lib. XIV. cap. 5. Tom. II. pag. 58. ed. Par. aliosque Historiae Augustae Scriptores.

EURYDICE, Polliani uxor, cui ejusque marito Præcepta Conjugalia nuncupavit *Plutarchus*, qui etiam illam in philosophia educatam ait. Filiam *Plutarchi* fuisse putat *Jo. Jonsius* de Scriptoribus Hist. Philosoph lib. III. cap. 6. quod unde collegerit, nescire se fatetur *Menagius* in Historia Mul. philos. segm. 15. Addit Celeb. *Fabricius* Vol. III. Biblioth. Gr. pag. 330. not. * *Fateor sane, haud esse verosimilem* Jonsii *conjecturam; nam cum consolationem ad uxorem scriberet* Plutarchus, *tantum quatuor filios susceperat, nullam filiam, nisi unam bimulam, cujus mortem ibi solatur,* Timoxenam *matri cognominem. Oportuit igitur à scripta hac consolatione ad conjugalia præcepta intercessisse spatium viginti plus minus annorum*

rum, si Eurydicen Plutarchi *filiam esse statuamus.* De *Eurydice* Illyria vid. notas ad *Olearii* diss. de Poëtriis Græc. pag. 161.

EUSEBIA *(Aurelia)* uxor *Flavii Valerii Constantii* Imp. apud quem illa plurimum poterat, & *Arii* partibus se adjungens, Arianismum quovis modo per Imperatorem promovere annitebatur. Vid. omnino *Socratis* Historiam Eccl. lib. II. cap. 2. pag. 81. Mentionem *Eusebiae* faciunt *Zosimus* Histor. lib. III. cap. 1. Ἐυσεβία ἡ Κωνσταντίου γαμετὴ, παιδείας τε εἰς ἄκρον ἥκουσα, καὶ φρονήσει τὴν γυναικείαν ὑπεραίρουσα φύσιν. *Ammianus Marcellinus* lib. XXI. cap. 6. *Eodem tempore* (An. CCCLXI) Faustinam *nomine sortitus est* (Constantius) *conjugem, amissa jam pridem* Eusebia, *cujus fratres erant* Eusebius & Hypatius *Consulares, corporis morumque pulchritudine pluribus antistante, & in culmine tam celso humana; cujus favore justissimo exemptum periculis declaratumque Cæsarem retulimus* Julianum; & *Aur. Victor* Epitomes cap. 42. num. 20. *Ex Conjugibus, quas plurimas sortitus est* (Constantius,) *præcipue* Eusebiam *dilexit, decoram quidem, verum per* Amantias & Gorgonias *& alia importuna ministeria vexantem famam viri contra, quam fœminis modestioribus mos est; quarum sæpe præcepta maritos juvant.* De ejus sterilitate & insidiis *Helenæ*, uxori *Juliani* Cæsaris, structis vid. *Ammianum* lib. XVI. cap. 10. Plura de illa proferunt *Jo. Andr. Schmidius* in Muliere heterodoxa §. 16. & *Jo. Henr. Feustking* in Gynaeceo hæretico-fanatico pag. 268 sq.

EUSTOCHIUM (Julia) filia *Paulæ*, mulieris nobilissimæ Romanæ, cum matre Bethleemum abiit, ubi sacris exercitiis vacavit, & illibatam semper virginitatem servans, in monasterio Bethleemitico annis XXXV. exactis obiit. Scriptores varii de foeminis eruditis tradunt, illam latinarum, Græcarum atque Hebræarum literarum studiis adeo excelluisse, ut suo tempore *novum orbis prodigium* appellaretur. S. *Hieronymus* scripsit ad illam de virginitate servanda; de xeniolis sive munusculis; & Epitaphium Paulæ matris; Epist. XXII. XIX & XXVII. Tom. I. Opp. ed. Bas. & Epist. XVIII. XXIII & LXXXVI. Tom. IV. Part. II. Opp. ed. Martianay. Idem passim in scriptis suis *Eustochii* mentionem facit, non sine ingenti pietatis cæterarumque virginalium virtutum lau-

de,

de, inprimis in Epitaphio Paulæ matris Tom. IV. Opp. Part. II. pag. 686. ed. Martian. *Hebræam linguam, quam ego ab adolescentia multo labore ac sudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non desero, ne ipse ab ea* (Paula) *deserar, discere voluit, & consecuta est: ita ut Psalmos hebraice caneret, & sermonem absque ulla latinæ linguae proprietate personaret. Quod quidem usque hodie in sancta filia ejus* Eustochio *cernimus, quæ ita semper adhæsit matri, & ejus obedivit imperiis, ut nunquam absque ea cubaret, nunquam procederet, nunquam cibum caperet, ne unum quidem nummum haberet potestatis suae, sed & paternam & maternam substantiolam à matre distribui pauperibus laetaretur, & pietatem in parentem, haereditatem maximam & divitias crederet.* Et in Epist. ad *Furiam* ib. pag. 559. *O si videres sororem tuam, & illud sacri oris eloquium coram audire te contingeret, cerneres in parvulo corpusculo ingentes animos. Audires totam Veteris & Novi testamenti supellectilem ex illius corde fervere. Jejunia pro ludo habet, orationem pro deliciis. Tenet tympanum in exemplum* Mariae, & Pharaone *merso, Virginum choro praecinit: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem dejecit in mare. Has docet psaltrias Christo, has fidicinas erudit Salvatori. Sic dies, sic nox ducitur; & oleo ad lampades praeparato sponsi exspectatur adventus.* *Paulae* & *Eustochii* Epistola prolixa & elegans ad *Marcellam*, qua illam hortantur, ut relicta Roma ad ipsas Bethleemum commigret, exstat inter Epistolas *Hieronymi* Tom. I. Opp. ed. Bas. num. 17. & Tom. IV. Part. II. ed. Mart. num. 44. pag. 545 sqq. Conf. de illa Scriptores Historiae Ecclesiasticae.

F.

FABIOLA, mulier Romana, in *Tiraquelli* Comment. in Leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 187. b. & in *Eberti* Museo Gynaecei docti pag. 154. foeminis doctis annumeratur, quia S. *Hieronymus* ad Oceanum de morte *Fabiolae* Epist. XXX. Tom. I. Opp. ed. Basil. & Epist. LXXXIV. Tom. IV. Part. II. p. 660. ed. Mart. de illa scribit: *Iesu bone, quo illa fervore, quo studio intenta erat divinis voluminibus! & veluti quandam famem satiare desiderans per Prophetas, Evangelia, Psalmosque currebat: quaestiones & proponens & solutas recondens in scri-*

scriniolo pectoris sui. Nec vero satiebatur audiendi cupidine, sed addens scientiam, addebat dolorem; & quasi oleum flammae adjeceris, majoris ardoris fomenta capiebat. Quodam die, quum in manibus Moysis Numeros teneremus, & me verecunde rogaret, quid sibi vellet nominum tanta congeries: cur singulae tribus in aliis atque aliis locis varie jungerentur; quomodo Balaam *ariolus sic futura* Christi *mysteria prophetavit, ut nullus propemodum Prophetarum tam aperte de eo vaticinatus sit? respondi, ut potui, & visus sum interrogationi ejus satisfacere. Revolvens ergo librum pervenit ad eum locum, ubi catalogus describitur omnium mansionum, per quas de Ægypto egrediens populus pervenit usque ad fluenta Jordanis. Quumque causas quaereret & rationes singularum, in quibusdam baesitavi, in aliis inoffenso cucurri pede, in plerisque simpliciter ignorantiam confessus sum. Tunc vero cœpit magis urgere, & quasi non mibi liceret nescire, quod nescio, expostulare, ac se indignam tantis mysteriis dicere. Quid plura? Extorsit mibi negandi verecundia, ut proprium ei opus hujuscemodi disputatiunculae pollicerer, quod usque in praesens tempus, ut nunc intelligo, Domini voluntate dilatum, reddatur memoriae illius: ut sacerdotalibus prioris ad se voluminis induta vestibus, per mundi hujus solitudinem gaudeat se ad terram repromissionis aliquando venisse.* Et ib. pag. 661. *Laudent caeteri misericordiam ejus, bumilitatem, fidem: ego ardorem animi plus laudabo. Librum, quo* Heliodorum *quondam juvenis ad eremum cobortatus sum, tenebat memoriter.* Idem sub initium hujus epistolae pag. 657. *Fabiolam* vocat *laudem Christianorum, miraculum Gentilium, luctum pauperum, solatium Monachorum.* Nuncupavit etiam ei epistolam criticam de veste sacerdotali, quae exstat Tom. II. pag. 574 sqq. Opp. ed. laud. Conf. de illa Scriptores Historiae Eccl.

FABULLA, seu *Fabilla* Libyca. vid. *Phabulla.*

FALCONIA Proba, Civis Hortana, & uxor *Adelfii* Pro-Cos. carmen hexametrum Virgilianis versibus coaptatum de fabrica mundi & Evangeliis, sive de variis utriusque Testamenti mysteriis intra A. C. CCCXCIII & CCCCXX. composuit, illudque Virgilio-Centones modeste inscripsit. Nostram cum *Anicia Faltonia Proba*, Cive Romana, ab *Aldo Manutio, Baronio, Vossio, Barthio, Radero, Caveo, Dupinio, Tillemontio,* aliisque praestantissimis viris confundi, & à *Scaligero*

 atque

atque in variis antiquis hujus carminis editionibus Nostram perperam appellari *Centonam*, accurate ostendit Vir eximius *Justus Fontanini* lib. II. cap. 1. de Antiquitatibus Hortae. Ipse testimoniis *Boccacii*, *Aldi Manutii* Junioris, *Julii Roscii* & Codicis MSti Centonis inductus statuit, *Falconiam* hanc fuisse Hortanam, & *Adelfii* uxorem: Legitur certe in *Isidori* Hispalensis cap. 5. de Scriptor. Eccles. Proba, *uxor* Adelfii *Pro-Cos. fœmina inter viros Ecclesiasticos idcirco posita sola, pro eo, quod in laude Christi versata est, componens Centonem de Christo, Virgilianis coaptatum versiculis. Cujus quidem non miramur studium, sed laudamus ingenium. Quod tamen opusculum legitur inter apocryphas scripturas insertum.* Et in fine Codicis MS. Centonum Seculo X. exarati, qui exstat in Bibliotheca Monasterii S. Benedicti Padolironensis non procul à Mutina, apud *Montfauconum* pag. 36. Diarii Italici: Proba, *uxor* Adelphi, *mater* Olibrii & Aliepii (lege: *Alypii*, & observa eam ultimis verbis confundi cum *Anicia Faltonia Proba*,) *cum* Constantini (Constantii) *bellum adversus* Magnentium *conscripsisset*, *conscripsit & hunc libellum.* Appellatur etiam uxor *Adelfii* in *Isidori* Hisp. lib. I. cap. 28. Origg. *Vincentii Bellouac.* Speculo doctrinali lib. III. cap. CXI. & *Sixti Senensis* Bibliotheca Sancta lib. IV: fol. 293. Vir laudatus *Justus Fontanini* l. c. cap. 2. de *Falconiae* nostrae aetate scriptisque diligenter agit, cap. 3. inquirit, cur ejus Centones de Christo, Virgilianis compaginati, in Gelasii I. Decreto dicantur *apocryphi*, cap. 4. elogia & editiones hujus carminis recenset, & cap. 5. originem & significationes vocis *Centonum* exponit. Vid. de hoc Opere Romae 1708. 4. edito, & Tom. VIII. Part. III. Thesauri Antiqq. Italiae recuso, Giornale de' letterati d'Italia Tom. XXIV. pag. 139 sqq. Memoires de Trevoux An. 1708. m. Nov. pag. 1904 sqq. Acta Erudit. Lipsiensia An. 1709. pag. 1 sqq. & Ausführlichen Bericht von neuen Büchern pag. 382 sqq. Poetriam Probam ab *Anicia Faltonia Proba* omnino distinguendam esse jam ante *Fontaninum* demonstravit *Tho. de Simeonibus*, vulgo à *Monte Leone* nuncupatus, in *historica dissertatione Romano-Ecclesiastica de tollenda penes gravissimos Scriptores inclita ambiguitate & confusione inter duas antiquas Romanas matronas, professione Christiana celebres, videlicet* Aniciam Faltoniam Probam, Sex. Petronii Probi V. C. *Uxorem*, Oli-

Olibrii, Probini & Probi COSS. *Matrem*, & Valeriam Faltoniam **Probam**, **A**delphi *Pro-Cos. Conjugem, Poëtriam ingeniosissimam, quae centonem Virgil. de Christo confecit*, Bononiae 1692. 4. de quo libro conf. Giornale de letterati di Modena An. 1692. pag. 247 sqq. *Fontaninus* tamen l. c. cap. 1. observat, Poëtriam *Probam* ab illo non recte gentis nomine *Valeriam*, & familiae cognomine *Faltoniam* pro *Falconia* appellari; falli etiam Virum doctum in eo, dum *Baronii* vestigiis insistens tradit, Faltoniam Probam in crimen proditae Gothis urbis Romae adductam esse; mulierem enim istam non Faltoniam Probam sed *Probam* tantum à *Procopio* nominari. Falli omnes, quotquot post *Isidorum* de Scriptoribus Eccles. cap. 5. & *Sigebertum* de viris illustr. cap. 52. Virgilio-centones Probae Falconiae attribuunt, affirmat *Casim. Oudinus* Tom. I. Comment. de Scriptor. Eccles. pag. 901. quia S. *Hieronymus* in Epistola II. ad *Paulinum* Presbyterum de studio Scripturarum num. CIII. ed. Basil. & num. L. ed. Martianay scribit: *Taceo de mei similibus, qui si forte ad Scripturas sanctas post saeculares litteras venerint, & sermone composito aurem populi mulserint, quidquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec scire dignantur, quid Prophetae, quid Apostoli senserint. Sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit & non vitiosum docendi genus, depravare sententias, & ad voluntatem suam Scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus* Homero-centonas & Virgilio-centonas; *ac non sic etiam* Maronem *sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripserit:*

Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna,
Jam nova progenies cœlo demittitur alto.

& patrem loquentem ad filium:

Nate, meæ vires, mea magna potentia solus.

& post verba Salvatoris in cruce:

Talia perstabat memorans, fixusque manebat.

Puerilia sunt haec, & circulatorum ludo similia, docere, quod ignores; imo ut cum stoma-

stomacho loquar, ne hoc quidem scire, quod nescias. Argumentatur inde *Oudinus: Quod ergo absurdum opus atque viro gravi indignum existimavit* Hieronymus, *hoc posteri mulierum adoratores, judicio excoecante ducti,* Probae Falconiae, *mulieri nobilissimae ac pientissimae, ipsius* Hieronymi *amicae, adtribuerunt, quod certe ille non ignorasset, si* Virgilio-centones *isti ad* Probam *pertinuissent, neque despexisset ob illius vel solam reverentiam.* Rectius eodem isto argumento utitur Vir doctus ad confirmandam suam sententiam, quod nempe *Falconia Proba* Hortana, non vero *Anicia Faltonia Proba*, quam S. *Hieronymus* egregie laudavit, *Virgilio-centones* scripserit. Codices MSSti hujus carminis exstant in multis Bibliothecis, quas recensent Duumviri hi modo laudati ll. cc. Prima ejus editio inscribitur: Ausonii *Peonii, Poëtae disertissimi, Epigrammatωυ libri*; Probae Centonae *clarissimae foeminae excerptum è* Maronis *carminibus ad testimonium Veteris Novique Testamenti opusculum*; Ovidii *Consolatio ad* Liviam; Calphurnii *Bucolicum carmen*; Publ. Greg. Tiferni *Hymni & alia poëmata*, Venet. 1472. fol. vid. *Mich. Mattaire* Annales Typograph. Tom. I. pag. 98. Prodiit deinde Romae 1481. 4. cura *Jo. Phil. de Lignamine*, Equitis Siculi, quae editio memoratur in Catalogo Bibliothecae *Barberinae*, & à *Fontanino* pro prima habetur. Antwerpiae, sive in opido mercuriali Antwerpiensi per *Gerhardum Leonis* 1489. quam editionem evolvit *Henr. Stephanus.* Brixiae 1496. 8. Venet. 1501. 4. apud *Aldum*, una cum *Sulpicio Severo, Homerocentonibus Eudociae, Juvenco &c.* & circa idem tempus itidem in 4. sine loci & anni notatione, quae editio ab Aldina plurimum differt. Daventr. 1505. 4. Paris. 1509. 4. apud *Jo. Petitum.* Lugd. 1516. 8. cum *Mantuano* & aliis per *Steph. de Basignano Gorgonum*, Carmelitam Doctorem Theologum. Inscribitur: Probae Centonae, *vatis clarissimae, à D.* Hieronymo *comprobatae, de fidei nostrae mysteriis è* Maronis *Carminibus excerptum opusculum.* Oppenheimii 1517. Francof. 1541. 8. cura *Pet. Bruhachii*, una cum Homerocentonibus & *Nonno*, Paris. apud *Franc Stephanum* 1543. 8. & apud. *Henr. Stephanum* 1578. 12. cum Homerocentonibus *Eudociae*, & *Nonni* paraphrasi Evangelii *Johannis. Romae* 1588. 12. cura *Jul. Roscii*, qui ex Codicibus Vaticanis & Hortano castigavit, praefationemque *Probae* restituit, quam alii perperam

Sedu-

Sedulio tribuerunt, pollicitus etiam est commentarios, qui tamen lucem non viderunt. Helmstad. 1597. 4. cura *Henr. Meibomii*, cum *Capiluporum*, *Henr. Meibomii* aliorumque Vergilio-centonibus; Colon. 1601. 8. &c. Novissime hos centones cum notis & indice, indicatis curate ad singulos versus versibus *Virgilii*, quibus centones illi constant, edidit *Jo. Henr. Kromayerus*, Hal. 1719. 8. Inserti etiam sunt Bibliothecis Patrum, Paris. 1575. Vol. VIII. pag. 223 sqq. Paris. 1589. Vol VIII. pag. 599 sqq. Paris. 1654. Vol. VIII. pag. 708. Colon. 1618 Vol. IV. pag. 1061 sqq. Lugdun. 1677. Tom. V. & Corpori Poëtarum Latinorum cura *Mich. Maittairii*, Lond. 1713. fol. edito Vol. II. pag. 1654. Exhibentur quoque ad calcem diss. *Tho. de Simeonibus* de duabus Probis. Bonon. 1692. 4. Novam illorum editionem promisit *Jo. Gotlieb Krause* in Ausführlichen Bericht von neuen Büchern pag. 1010. in not. & in Novis Literariis Lips. An. 1719. pag. 33. Versionem gallicam Centonum *Probæ*, cum Tancredo *Philippi Beroaldi*, cura *Rich le Blanc* confectam, & Paris. 1553. editam, memorat *Croix du Maine* in Bibliotheque Françoise pag. 440. Nostram Centones istos post A. C. CCCXCIII. vulgasse, liquet ex ipsius versibus ad Honorium scriptis, cum jam Augustus esset:

Hæc relegas servesque diu, tradasque minori
Arcadio; *hæc legat ille tuo generi, hæc tua semper*
Accipiat doceatque suos Augusta propago.

Carmen quoque de bellis, Imperio Romano calamitatem inferentibus, à *Falconia Proba* compositum esse, ipsa testatur sub initium Virgilio-centonum:

Jam dudum temerasse Duces pia fœdera pacis,
Regnandi miseros tenuit quos dira cupido,
Diversasque neces Regum, crudelia bella &c. — — —
Confiteor, scripsi. Satis est meminisse malorum:
Nunc Deus omnipotens, sacrum, precor, accipe carmen,
Æternumque tui septemplicis ora resolve

Spiritus, atque mei resera penetralia cordis,
Arcana ut possim vatis Proba *cuncta referre.*

Homero-centonem autem ei perperam à *Jul. Roscio* adscribi, recte monet *Fontaninus* l. c. cap. 4. Consulendi sunt de Nostra præter *Fontaninum*, *Tho. de Simeonibus*, *Baronium*, *Pagium*, *Basnagium*, plurimosque Auctores, qui de Historia literaria, Scriptoribus Ecclesiast. fœminis doctis & poëtis egerunt, *Laur. Legatus* in primitiis musei poëtriarum, Bonon. 1668. 4. *Ol. Borrichius* diss. 4. de Poëtis, num. 58. *Andr. Christ. Eschenbach* differt. de Poëtis Christianis sacris sect. 2. §. 13. *Prosper Mandosius* Bibliothecæ Romanæ Cent. I. num. 40. Celeb. *Fabricius* Biblioth. Lat. Vol. I. pag. 230. & Vol. II. pag. 304. atque Bibliothecae medii ævi Vol. II. pag. 438 sqq.

FALTONIA *Proba (Anicia)* Civis Romana, nobilissima familia prognata, Viri Consularis filia, *Anicii Probi COS.* cum *Gratiano* Imp. A. C. CCCL. atque Prætorio Præfecti uxor, & *Olybrii*, *Probini*, *Probi*que Consulum, aliisque muneribus publicis insignium, mater, captâ ab *Alarico* Roma A. C. CCCCX. cum Juliana nuru ac Demetriade nepte in Africam confugit, ubi ab *Heracliano* Comite fortunarum reliquiis spoliata cum S. *Augustino* amicitiam contraxit, & ante obitum (cujus annus ignoratur) facultates suas omnes Ecclesiæ legavit. *Anicii Probi*, Præfecti Prætorio sub *Valentiniano*, Probæque uxoris icones exstant in *Jac. Gronovii* Tom. III. Thes. Antiqq. Græc. tab. LXXXVI. lit. RRRR. Sarcophagum marmoreum *Probi* & *Probæ* ex Vaticano cœmeterio effossum post *Baronium* Tom. IV. Annal. ad An. 395. num. 9. accuratius repræsentat & describit *Paulus Aringhus* Romæ Subterran. lib. II. cap. 10. pag. 178 sqq. Prodiit etiam Abbatis *Batelli* dissertatio de sarcophago marmoreo *Probi Anicii* & *Probæ Faltoniæ* in templo Vaticano, Rom. 1705. 8. quae recensetur in Memoires de Trevoux 1708. m. Majo pag. 876 sqq. Inscriptiones in laudem ejus leguntur apud *Baronium* l. c. *Gruterum* in Opere Inscript, pag. CCCLII sqq. & *Ferretium* Musarum Lapid. lib. III. num. 45. Disticha plurima epistyliis monumenti sepulchralis pulcherrimi *Anicii Probi* COS. insculpta, quae exstant apud *Baronium*

nium & *Aringhum* ll. cc. multi post *Baronium* uxori ejus *Probae* adscripserunt, quia haec à plerisque Auctoribus cum *Falconia Proba* Poëtria confunditur. Nihilominus Nostram in numerum feminarum illustrium referendam esse apparet ex verbis *Claudiani* in Paneg. de *Olybrii* & *Probini* Fratrum Consulatu v. 192 sqq.

> *Sic* Proba *praecipuo natos exornat amictu;*
> *Quae decorat mundum: cujus Romana potestas*
> *Fœtibus augetur; credas ex æthere lapsam*
> *Stare pudicitiam, vel sacro thure vocatam*
> *Junonem Inachiis oculos advertere templis.*
> *Talem nulla refert antiquis pagina libris;*
> *Nec Latiæ cecinere tubæ, nec Græca vetustas.*
> *Conjuge digna* Probo*: nam tantum cœtibus exstat*
> *Femineis, quantum supereminet ille maritos.*

& D. *Hieronymi* epist. ad *Demetriadem* de servanda Virginitate num. 8. ed. Bas. & num. 97. ed. *Martianay* Tom. IV. Part. 2. pag. 787. Proba *illa omnium dignitatum & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illustrius: cujus sanctitas & in universos effusa bonitas, etiam apud barbaros venerabilis fuit; quam trium liberorum*, Probini, Olibrii & Probi *non fatigarunt ordinarii consulatus; & quum incensis direptisque omnibus in urbe captivitas sit, nunc habitas venundare dicitur possessiones, & facere sibi amicos de iniquo mammona, qui se recipiant in aeterna tabernacula &c.* S. *Chrysostomus* in epistola An. 406. scripta num. 168. ed. Duc. & 188. ed Sav. legatos suos, *Johannem* Presbyterum & *Paulum* Diaconum *Probae* commendavit. S. *Augustinus* ad eam scripsit Tractatum *de videndo Deum*, & epistolam 130. alias 121. in qua ei praescribit, quomodo orandus sit Deus. Laudatur etiam Nostra in Epistola *Cælestini* I. Papae ad *Theodosium* Juniorem: *Illustris & sanctae recordationis* Proba *possessiones in Asia constitutas longa à majoribus vetustate sic reliquit, ut majorem summam redituum clericis pauperibus & monasteriis annis singulis praeciperet erogandum: sed hae possessiones ibidem constitutae in da-*

 mnum

mnum pauperum hujus negligentia, ut gravius nil dicamus, qui bis praefuerat, ea sunt ratione tractatae, ut non solum consueta non solverent, verum etiam subreptitia impetratione earum jus dominiumque violetur. Rogamus pietatem vestram, ut religiosae & illustri domui & Ecclesiae id pro clementia vestra praestetis, ut omnis ab his insidiantium inquietudo discedat, & tam ecclesiae, quam suis dominiis sit tuta possessio. Consulendi sunt de hac *Proba* Scriptores, quos supra de *Falconia* Proba allegavimus.

FANNIA *Thraseae Paeti* & *Arriae* filia, *Helvidii* uxor, bis maritum in exilium secuta est, tertio ipsa propter maritum relegata; ideoque à *Menagio* in Historia Mul. Philosoph. segm. 75. annumeratur fœminis, quae re Philosophae Stoicae fuerunt, quamvis non professione. Ejus historiam & laudes prolixe recenset *Plinius* Junior lib. VII. epist. 19. conf. etiam Ej. lib. III. epist. 11. & epist. 16. & lib. IX. epist. 13.

FULVIA P. *Clodii*, deinde *M. Antonii* uxor, in *Jo. Paschii* Gynaeceo docto pag. 35. memoratur, quia non muliebres artes, non familiam rexit, nec privatum hominem superavit, sed magistratus gessit, imperantibus imperare suffecit, Catilinae perfidiam *Ciceroni* detexit, & maritum in Caesarem instigavit. Conf. omnino *Plutarchum* in vita *Ciceronis*, & in vita *M. Antonii*, atque *Dionem Cassium* in Historia Rom. passim.

FUNDANI (Minutii) Pro-Cos. Africae, Viri doctissimi, filia natu minor mirum in modum laudatur à *Plinio* Juniore lib. V. epist. 16. Fundani *nostri filia minor est defuncta; qua puella nihil unquam festivius, amabilius, nec modo longiore vita, sed prope immortalitate dignius vidi. Nondum annos quatuordecim expleverat, & jam illi anilis prudentia, matronalis gravitas; & tamen suavitas puellaris cum virginali verecundia. Ut illa patris cervicibus inhaerebat! ut nos amicos paternos & amanter & modeste complectebatur! ut nutrices, ut paedagogos, ut praeceptores pro suo quemque officio diligebat! quam studiose, quam intelligenter lectitabat? ut parce custoditeque ludebat? - - - - Amisit* (Fundanus) *filiam, quae non minus mores ejus, quam os vultumque referebat, totumque patrem mira similitudine exscripserat.*

GEMI-

G.

GEMINAE mater & filia, Philoſophae Platonicae & *Plotini* diſcipulae, de quibus vid. verba *Porphyrii* ſupra in *Amphiclea*. Meminerunt illarum *Menagius* in Hiſtoria Mul. philoſoph. ſegm. 48. & *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. II. pag. 70.

GONGYLA Colophonia vid. *Olearii* diſſ. de Poëtriis, num. XXXV.

GORGO, *Leonidae*, Lacedaemoniorum Regis, uxor, cujus ut doctae, ſecundum *Tiraquellum* in Leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 188. a. meminit *Plutarchus* in fine praeceptorum Conjug. Tom. II. Opp. pag. 145. E. & inter doctas memorat D. *Hieronymus* ad finem libri I. in *Jovinianum* Tom. II. Opp. Part. II. pag. 192. fin. ubi tamen eam *Gorguntem* vocat, quo in loco *Eraſmus* in ſuis Scholiis de ea nihil adhuc compertum ſe legiſſe ait. *Plutarchus* in Laconicis Apophthegm. Tom. II. Opp. pag. 225. A. Τῆς γυναικὸς αὐτοῦ (Λεωνίδου) Γοργοῦς πυνθανομένης, ὅτε εἰς Θερμοπύλας ἐξῄει τῷ Πέρσῃ μαχόμενος, εἴ τι αὐτῇ ἐντέλλεται; ἔφη· ἀγαθοῖς γαμεῖσθαι καὶ ἀγαθὰ τίκτειν· & ib. pag. 227. E. περὶ Γοργοῦς ἱϛορεῖται τῆς Λεωνίδου γυναικὸς τοιοῦτον: εἰπούσης γάρ τινος (ὡς ἔοικεν) ξένης πρὸς αὐτὴν, ὡς μόναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι, ἀπεκρίνατο, μόναι γὰρ ἡμεῖς ἄνδρας τίκτομεν.

GORGONIA, ſoror *Gregorii Nazianzeni*, mulieribus doctis à variis hujus argumenti Auctoribus annumeratur, quia *Gregorius Naz.* in oratione funebri in laudem ſororis ſuae Tom. I. Opp. pag. 182. ed. Pariſ. 1609. haec de ipſa profert: Τῆς φρονήσεως καὶ τῆς εὐσεβείας (τῆς Γοργονίας) οὐκ ἔϛιν, ὅϛις ἂν ἐφίκοιτο λόγος, ἢ πολλὰ ἂν εὑρεθείη τὰ παραδείγματα, πλὴν τῶν ἐκείνης καὶ κατὰ σάρκα καὶ κατὰ πνεῦμα πατέρων, πρὸς οὓς μόνους ὁρῶσα, καὶ ὧν οὐδὲν ἐλαττουμένη τὴν ἀρετὴν, ἐνὶ τούτῳ καὶ μόνον ἡττᾶτο καὶ πάνυ προθύμως, ὅτι παρ᾽ ἐκείνων τὸ ἀγαθὸν, κἀκείνους ῥίζαν καὶ ᾔδει καὶ ὡμολόγει τῆς οἰκείας ἐλλάμψεως· τί μὲν τῆς διανοίας ἐκείνης ὀξύτερον, ἥν γε καὶ κοινὴν σύμβουλον, οὐχ οἱ ἐκ γένους μόνον, οὐδ᾽ οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λαοῦ καὶ τῆς μιᾶς μάνδρας, ἀλλὰ καὶ οἱ κύκλῳ δὲ πάντες ἐγίνωσκον, καὶ νόμον ἄλυτον τὰς ἐκείνης ἐποιοῦντο ὑποθήκας καὶ παραινέσεις; τί δὲ τῶν λόγων ἐκεί-

ἐκείνων εὐστοχώτερον; τί δὲ τῆς σιωπῆς συνετώτερον; ἀλλ' ἐπειδή γε σιωπῆς ἐμνήσθην, προσθήσω τὸ οἰκειότατον ἐκείνης, καὶ γυναιξὶ πρεπωδέστατον καὶ τῷ παρόντι καιρῷ χρησιμώτατον. Τίς μὲν ἔγνω τὰ περὶ θεοῦ μᾶλλον, ἔκ τε τῶν θείων λογίων καὶ τῆς οἰκείας συνέσεως; τίς δὲ ἧττον ἐφθέγξατο, ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις τῆς εὐσεβείας μείνασα;

GRACCHA (*Cornelia*) vid. *Cornelia.*

H.

HECAMEDA. vid *Agameda.*

HECATE ab *Hesiodo Persae* à *Sole* procreati & *Asteriae*, ab *Orpheo Cereris*, à *Bacchylide Noctis*, à *Pherecyde Aristei*, à *Musaeo Jovis* & *Asteriae*, ab aliis mythologis *Jovis* & *Latonae* filia, eademque cum *Diana* traditur. Peritiam artis medicae ei tribuunt *Diodorus Siculus* Biblioth. Hist. lib. IV. pag. 173. A. Φασὶ Ἡλίῳ δύο γενέσθαι παῖδας, Αἰήτην τὲ καὶ Πέρσην, τούτων δὲ τὸν μὲν Αἰήτην βασιλεῦσαι τῆς Κολχίδος, τὸν δὲ ἕτερον τῆς Ταυρικῆς, ἀμφοτέρους δὲ διενεγκεῖν ὠμότητι. Καὶ Πέρσου μὲν Ἑκάτην γενέσθαι θυγατέρα, τόλμῃ καὶ παρανομίᾳ προέχουσαν τοῦ πατρὸς, φιλοκύνηγον δ' οὖσαν, ἐν ταῖς ἀποτυχίαις ἀνθρώπους ἀντὶ τῶν θηρίων κατατοξεύειν· φιλότεχνον δ' εἰς φαρμάκων θανασίμων συνθέσεις γενομένην, τὸ καλούμενον ἀκόνιτον ἐξευρεῖν, καὶ τῆς ἑκάστου δυνάμεως πεῖραν λαμβάνειν, μίσγουσαν ταῖς διδομέναις τοῖς ξένοις τροφαῖς· ἐμπειρίαν δὲ μεγάλην ἐν τούτοις ἔχουσαν, πρῶτον μὲν τὸν πατέρα φαρμάκῳ διαφθεῖραι, καὶ διαδέξασθαι τὴν βασιλείαν· ἔπειτ' Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρυσαμένην, καὶ τοὺς καταπλέοντας ξένους θύεσθαι τῇ Θεῷ καταδείξασαν, ἐπ' ὠμότητι διονομασθῆναι. Μετὰ δὲ ταῦτα συνοικήσασαν Αἰήτῃ, γεννῆσαι δύο θυγατέρας, Κίρκην τὲ καὶ Μήδειαν, ἔτι δ' υἱὸν Αἰγιαλέα. Et Soholia *Apollonii Rhodii* ad Argonaut. lib. III. v. 200 Τὴν Κίρκην τινὲς μὲν Αἰήτου ἀδελφὴν, τινὲς δὲ θυγατέρα φασὶν εἶναι. Ταύτην Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν θυγατέρα Αἰήτου καὶ Ἑκάτης τῆς Περσέως ἀδελφὴν δὲ Μηδείας λέγει. Ἡλίῳ γάρ φησιν υἱοὺς γενέσθαι δύο ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις, οἷς ὀνόματα ἦν Περσεὺς καὶ Αἰήτης. Τούτους δὲ κατασχεῖν τὴν χώραν. Καὶ Αἰήτην μὲν Κόλχους καὶ Μαιώτας, Πέρσεα δὲ τῆς Ταυρικῆς βασιλεῦσαι, καὶ γῆμαι γυναῖκα τῶν ἐγχωρίων τινὰς καὶ γενέσθαι

νέσθαι αὐτῷ θυγατέρα, ᾗ ὄνομα Ἑκάτη. Οἱ δὲ ἐκ νύμφης τινὸς ἐγχωρίας τὴν Ἑκάτην φασὶν αὐτῷ γενέσθαι ἀνδρικὴν περὶ τὰ κυνηγετικά, καὶ πρώτην θανασίμους ῥίζας εὑρεῖν, καὶ ἐμπειροτάτην γεγονέναι τῶν τε δηλητηρίων καὶ τῶν ἰᾶσθαι δυναμένων, καὶ τὸν ἑαυτῆς πατέρα φαρμάκοις ἀποκλεῖναι. Ταύτην γήμασθαι πεμφθεῖσαν εἰς Κόλχους Αἰήτῃ τῷ πατραδέλφῳ, ἀφ' ἧς γενέσθαι Κίρκην καὶ Μήδειαν. Τὴν δὲ Κίρκην πρεσβυτέραν οὖσαν ὑπερβαλέσθαι τὴν ἑαυτῆς μητέρα, τὰ μὲν διακούσασαν παρ' αὐτῆς, τὰ δὲ καὶ αὐτὴν ἐφευρηκυῖαν πολλὰ καὶ δεινά. Μήδειαν δὲ νεωτέραν μὲν Κίρκης, οὐχ ἡττωμένην δὲ αὐτῆς. Conf. *Tiraquellum* de Nobilit. cap. 31. num. 325. vid. etiam supra *Circe* & *Diana*.

HEDIA, amica *Epicuri* Philosophi, cujus meminit *Diogenes Laërtius* lib. X. segm. 7.

HEDIBIA è stirpe *Patherae* & *Delphidii*, Rhetorum celebrium, in extremis Galliae finibus habitans, misit per *Apodemium* Commonitoriolum de XII. Quaestionibus SS. Scripturarum ad S. *Hieronymum*, quibus ipse respondet in Epistola ad *Hedibiam*, quae exstat Tom. IV. P. I. Opp. ed. *Martianay*, pag. 168 sqq.

HEDONE *(Flavia)* Mulier medica, quae memoratur in Inscriptione antiqua apud *Gruterum* pag. DCXXXV. n. 9.

HEDYLA Attica, Iamborum Poëtria; vid. *Olearii* diss. de Poëtriis Graecis n. XXXVI.

HELENA, *Jovis* & *Ledae* filia, *Menelai* Regis Spartae uxor, pestis illa urbis Trojae, mulieribus doctis à *Tiraquello* ad leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 188. a. annumeratur, quia *Homerus* Odyss. δ. v. 172 sqq. palam indicat, eam augurandi peritam fuisse.

HELENA, *Musaei* filia, inter plures *Helenas* celebratur, & ante *Homerum* de bello Iliaco scripsisse traditur à *Ptolemaeo Hephaestionis* lib. IV. apud *Photium* Cod. CXC. pag. 248, 16. ed. *Hoeschel*. Ὧν καὶ ἡ πρὸ Ὁμήρου Ἑλένη, ἡ τὸν Ἰλιακὸν συγγραψαμένη πόλεμον, Μουσαίου τοῦ Ἀθηναίου θυγάτηρ γενομένη, παρ' ἧς καὶ Ὅμηρον λέγεται λαβεῖν ὑπόθησιν, καὶ κτήσασθαι τὸ δίγλωσσον ἄρνιον. vid. Celeb. *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 44.

HE-

HELENA, *Simonis Magi* ſcortum, appellatur *Selene* ab *Irenaeo* adv. haereſes lib. I. cap. 20. & ab *Auguſtino* de haereſ. cap. I. quia judice *Lamb. Danaeo* in comment. ad *Auguſtini* l. c. facile fuit imperito ſcribae ex voce Ἑλένη facere Σελένη, latino autem vocabulo *Luna* à *Clemente Romano* Recognitionum lib. II. pag. 31 ſq. ubi tradit, *Doſitheum* triginta diſcipulos pro numero dierum menſis, & mulierem quandam nomine *Lunam*, in conſortio ſuo habuiſſe; deinde vero uni ex triginta illis diſcipulis defuncto *Simonem* ſurrogatum *Lunam* illam deamare & magiſtro ſuo derogare coepiſſe. Sed *Juſtinus* M. in Apologia I. ſegm. 34. pag. 52. ed. Grab. *Euſebius Caeſ.* Hiſt. Eccleſ. II. 13. & *Tertullianus* de anima cap. 34. teſtantur, eam in urbe Phoeniciae Tyro in lupanari publice proſtitiſſe, & ex loco publicae libidinis à *Simone Mago* redemtam eſſe. Hic *Simon*, teſte S. *Hieronymo* in Epiſt. ad Cteſiphontem adverſus Pelagianos Tom. *IV*. Opp. P. II. pag. 477. med. ed. *Martianey*, *haereſim condidit*, Helenae *meretricis adjutus auxilio*, cujus aſſeclas non ſolum *Simonianos* ſed etiam *Helenianos* appellatos eſſe, Scriptores Eccleſiaſtici affirmant. *Helenam*, quemadmodum *Irenaeus* l. c. refert, Simon *dixit eſſe primam mentis ejus conceptionem, matrem omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere & Archangelos. - - - - - Poſteaquam autem generavit eos, haec detenta eſt ab ipſis propter invidiam, quoniam nollent progenies alterius cujusdam putari eſſe. Ipſum enim ſe in totum ignoratum ab ipſis, Ennoiam autem ejus detentam ab iis, quae ab ea emiſſae eſſent poteſtates & Angeli; & omnem contumeliam ab iis paſſam, uti non recurreret ſurſum ad ſuum Patrem, usque adeo ut & in corpore humano includeretur, & per ſecula veluti de vaſe in vas transmigraret in altera muliebria corpora. Fuiſſe autem eam & in illa* Helena, *propter quam Trojanum contractum eſt bellum; quapropter &* Steſichorum *per carmina maledicentem eam, orbatum oculis; poſt deinde pœnitentem eum, & ſcribentem eas, quæ vocantur, palinodias, & in quibus hymnizavit eam, rurſus vidiſſe. Transmigrantem autem de corpore in corpus, ex eo ut ſemper contumeliam ſuſtinentem in noviſſimis & in fornice proſtitiſſe, & hanc eſſe perditam ovem, quapropter & ipſum veniſſe, ut eam aſſumeret primam, & liberaret eam à vinculis, hominibus autem ſalutem præſtaret per ſuam agnitionem.* Nomina autem *Notionis*, *Minervæ*, & *Helenæ* aliaque quamplurima

ad

ad eam transtulit secundum *Tertullianum* de anima cap. 34. Addit *Epiphanius* hær. XXI. segm. 2. pag. 56. C. Δῆθεν ἑαυτὸν εἶναι δύναμιν θεοῦ λέγων τὴν μεγάλην, τὴν δὲ σύζυγον πορνάδα πνεῦμα ἅγιον εἶναι τετόλμηκε λέγειν, καὶ διὰ ταύτην κατεληλυθέναι φησίν· ἐν ἑκάστῳ δὲ οὐρανῷ, μετεμορφούμην φησὶ κατὰ τὴν μορφὴν τῶν ἐν ἑκάστῳ οὐρανῷ, ἵνα λάθω τὰς ἀγγελικάς μου δυνάμεις, καὶ κατέλθω ἐπὶ τὴν ἔννοιαν, ἥτις ἐστὶν αὕτη, ἡ καὶ Προύνικος καὶ Πνεῦμα ἅγιον καλουμένη, δι᾽ ἧς τοὺς ἀγγέλους ἔκτισα, οἱ δὲ ἄγγελοι τὸν κόσμον ἔκλισαν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Idem l. c. pag. 58. A. nec non *Eusebius* Hist. Eccl. II. 13. & *Augustinus* de hæres. cap. I. referunt, *Simonianos*, postquam *Simon* discipulis suis imaginem quandam sub Jovis specie, quam sui effigiem esse dicebat, & aliam *Helenæ* figuram, cujusmodi Minerva pingi solet, tradiderat, eas venerari & adorare consuevisse. Conf. *Tho. Ittigii* diss. de Hæresiarchis Sect. I. cap. 2. §. 4. *Jo. Henr. Feustkingii* Gynaeceum hæretico-fanaticum pag. 340. & *Jo. Andr. Schmidii* diss. de Muliere heterodoxa §. 2 sq.

HELENA *(Flavia Julia) Constantii Chlori* Imp. prima uxor, & *Constantini M.* Imp. mater, quibusdam Scriptoribus cauponaria, obscuris natalibus orta & *Constantii Chlori* concubina, aliis Coëli II. Britanniæ Regis unica proles fuisse fertur. vid. *Eutrop.* X. 2. S. *Ambros.* in conc. de obitu Theodosii Imp. sub fin. *Ruffin.* Aquil. Hist. Eccl. l. 7. *Jo. Zonaras* Annal. XIII. 1. Tom. II. p. 1. ed. Paris. & *Nicephorus Callistus* Hist. Eccl. VII. 18. pag. 463 sq. Repudiata est à marito A. C. CCXCII. ut ipse *Theodoram Maximiani Herculei* privignam uxorem ducere posset. Post *Constantii* mariti mortem maximo in honore à *Constantino M.* filio est habita, & *Augustæ* titulo A. C. CCCXXV. ornata. Tradunt nonnulli, eam à prima ætate Christianæ religioni addictam fuisse, precibusque & assiduis admonitionibus filium ad veri Dei cultum adduxisse; *Eusebius* autem variis in locis testatur, veram religionem ab ea non prius quam à *Constantino* susceptam esse, atque adeo hujus pietatem & admonitiones matri non parum profuisse. Obiisse fertur anno ætatis LXXX. A. C. CCCXXVI. secundum alios A. C. CCCXXXVII. Appellatur à *Jo. Pitseo* in libro de illustribus Britanniæ Scriptoribus pag. 81. *Fœmina decore incomparabili, stupendo ingenio,*

 fide,

fide, religione, pietate, & animi magnitudine; liberalitate etiam & magnificentia plane incredibili. In omnibus artibus liberalibus, in hebraea, graeca & latina lingua, in instrumentis praeterea musicis peritissima. Denique in iis etiam omnibus egregie instructa, quae ad regnum administrandum pertinent, & eo magis, quod pater aliam prolem non haberet. - - - - - - A Christo nato usque ad illud tempus vix viderat sol faeminam omnibus virtutibus ornatiorem, & in omnibus scientiis doctiorem. Eandem multis laudibus celebrat *Jo. Lelandus* lib. de Scriptoribus Brit. cap. 15. qui etiam testatur, se in *Sylvestri* Pontificis vita D. *Helenae* Augustae epistolas aliquot docte, eleganter, argute scriptas offendisse, quae tamen in *Sylvestri* Actis apud *Lipomannum* Tom. V. & XXXI Dec. ex graeco latine versis non reperiuntur, nisi forte *Lelandus* in illa Sylvestri Acta inciderit, quae laudat *Agobardus* lib. de imagin. pag. 292. Tomi XIV. Biblioth. PP. Lugd. *Eisengreinius* ad An 327. *Baleus* Cent. I. cap. 35. & *Pitseus* l. c. pag. 81 sq. tradunt eam scripsisse *de immortalitate animae* lib. *I. de providentia Dei* lib. *I. de norma bene vivendi* lib. *I. Domino semper Augusto. Monita pietatis* lib. *I. Revelationum suarum* lib. *I. Carminum graecorum* lib. *I. Epistolarum ad Sylvestrum Papam* lib. *I. Epistolarum ad Constantinum filium* lib. *I.* cujus initium: *Veritatem sapientis animus non re &c.* & alia plura. Rectissime autem existimat Celeb. *Fabricius* Vol. III. Biblioth. mediae Latin. pag. 587. nec illos Auctores, nec quenquam mortalium haec Helenae scripta oculis unquam usurpasse. Plura de illa in Commentario de vitis Heroinarum, Reginarum & Augustarum, quas ex nummis & Scriptoribus antiquis exponere constitui, aliquando proferentur. Conf. interea *Baronium* in Annalibus Eccl. & ad Martyrol. Rom. XVIII. Aug. aliosque Historiae Ecclesiasticae Scriptores.

HELOISA, de qua *Menagius* in Historia mulierum Philosoph. segm. 45. *Haec fuit* Pet. Abaelardi, *Theologi non unius è multis amica primum, postea uxor, deinde monialis ac Priorissa monasterii Argentoliensis prope Parisios, & postremo monasterii Paracletensis prope Novigentum ad Sequanam An. MCXXX. ad annum MCLXIV. Abbatissa. Philosopham eam fuisse, docuit me, qui ejus &* Abaelardi *Opera publici juris fecit,* Franc. Amboisius. Heloisa, *inquit ille in praefatione apologetica*

logetica pro Abælardo, *ut altera* Susanna *aut* Esthera *pulchra*, *& Deum timens*, *vetustissimos illos Montmoriantios legitima agnitione contingens*; *Canonici Parisiensis non notha*, *sed neptis*; *psalmos hebraice personare ab incunabulis docta*; *clarum sui sexus sidus & ornamentum*; *tres illas linguas*, *nec non Mathesin*, *Philosophiam & Theologiam à viro suo edocta*, *illo solo minor fuit*. *De ejus &* Abaelardi *amoribus historiam*, *cum sit res omnibus nota*, *hic narrare supersedeo*. *Heloisæ* Epistolae & Problemata XLII. exstant in *Pet. Abælardi & Heloisæ Conjugis ejus Operibus editis ex MSS. Codicibus Franc. Amboisii*, *cum ejusdem praefatione apologetica*, *& censura Doctorum Parisiensium*. Paris. 1616. 4. *Pet. Abælardi Abbatis Ruyensis*, *& Heloisæ Abbatissæ Paracletensis Epistolæ à prioris editionis erroribus purgatæ*, *& cum codicibus MSS. collatae* prodierunt cura Ricardi *Rawlison*, Lond. 1718. 4. In Christiani ab *Hofmanswaldau* Poëmat. Germ. quae inscribuntur: *Heldensbriefe* pag. 153 sqq. *Abælardi* Epistola ad *Heloisiam*, & hujus responsio versibus germanicis exhibentur. Conf. etiam libellum: *Amours d'Abelard & d'Heloise*, à Paris 1672. 12. qui Hagae Com. recusus est 1693. sub tit. *Histoire abregée d'Eloise & d'Abelard.*

HELPIS Boëthii uxor. vid *ELPIS*.

HELPIS LIVIA Ad. Valetudinar. forte Adjutrix Valetudinaria i. e. clinica appellatur in *Jac. Sponii* Miscellan. Erud. Ant. Sect. IV. pag. 144.

HELVIA mater *L. Annæi Senecæ*, Philosophi celeberrimi, qui A. V. C. DCCXCIIII in insulam Corsicam relegatus, in consolatione ad Helviam matrem de exsilio suo scripta, eam cap. 14 sqq. egregie laudat, ejusque studium Philosophiae cap. 16. his verbis celebrat: *Illo te duco, quo omnibus, qui fortunam fugiunt, confugiendum est, ad liberalia studia: illa sanabunt vulnus tuum, illa omnem tristitiam tibi evellent. His etsi nunquam assuesses, nunc utendum erat: sed quantum tibi patris mei antiquus rigor permisit, omnes bonas artes non quidem comprehendisti, attigisti tamen. Utinam quidem virorum optimus, pater meus, nimis majorum consuetudini deditus voluisset te sapientum præceptis erudiri potius, quam imbui! non parandum tibi nunc contra fortunam esset auxilium, sed proferendum. Propter istas, quae literis non ad sapientiam utuntur, sed ad luxuriam instituuntur, minus est*

 in-

indulgere studiis passus; beneficio tamen rapacis ingenii plus, quam pro tempore hausisti; jacta sunt disciplinarum omnium fundamenta. Nunc ad illas revertere, tutam te praestabunt. Meminit *Helviae* Celeb. *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. II. p. 416. & Vol. III. p. 608. not.

HEPIONE. vid. EPIONE.

HERINNA, seu *Erinna*. vid. *Olearii* dissertat. de Poëtriis Graecis, num. XXXI.

HEROPHILA, seu *Erophila*, Sibylla. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis, num. IV. & VII.

HESTIAEA, seu *Histiaea*. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis Graecis, num. XXXVIII.

HIPPARCHIA, Maronitis, *Metroclis* Maronitae, Philosophi Cynici, soror, & *Cratetis* Thebani, Philosophi itidem Cynici, uxor, floruit Olymp. CVII. secundum *Ge. Syncellum*, (num. XXXIV.) vel Olymp. CXI. secundum *Suidam* (num. XXIX.) De illa *Æg. Menagius* in Historia mulierum Philosoph. segm. 63 sq. sequentia profert: *De ejus cum* Cratete *nuptiis egregium poëma scripsit* Pet. Petitus *noster*, Ferdinando Furstembergio, *Episcopo Paderbornensi & Monasteriensi, Literatorum Maecenati nuncupatum. Fuere autem celebratae hae nuptiae in* Poecile *porticu Atheniensi celeberrima, quod nos docuit* Clemens Alexand. (num. XXX.) Hipparchiae *vitam scripsit* Laërtius, (num. XXXVIII.) *ex qua* Hipparchiam *germanissimam Cynicam, hoc est inimicam verecundiæ fuisse dicas; ut publice quoque cum* Cratete *congrederetur; quod stupendum in fœmina; sunt enim fœminæ pudoris amantes, & quod* Demades *ajebat apud* Stobæum, *pudor in muliere pulchritudinis acropolis.* (Adde *Sextum Empir. Simplicium* & *Theodoretum* num. XXXI -- XXXIII.) *Scripsit* Hipparchia, *teste* Suida, (num. XXIX.) *hypotheses philosophicas & epicheremata quædam & Quæstiones ad* Theodorum, *cognomento* Atheum. (Tragœdias quoque eam scripsisse ex *Laërtio* colligunt *Delrio, Menagius*, aliique, vid. not. 64. ad num. XXVIII.) *Exstat in* Hipparchiam *Epigramma* Antipatri, (num. XXXV.) Conf. de illa Celeb. *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. II. pag. 363. & Vol. I. pag. 680.

HIP-

HIPPIAS, mulier erudita ficta & commentitia apud *Tiraquellum* in Legem XI. Connub. Tom. II. pag. 189. a. ubi de illa fcribit: *Hippias Lycurgi Lacedæmoniorum Legiflatoris hofpita*; *de qua* Plutarchus *in vita ipfius Lycurgi*. Sed *Plutarchus* l. c. Tom. I. Opp. pag. 54. B. *Hippiam* quidem Sophiftam, non vero *Hippiam* Lycurgi hofpitam memorat: Ἀυτὸν τὸν Λύκουργόν Ἱππίας ὁ Σοφιστὴς πολεμικώτατόν φησι γενέσθαι, καὶ πολλῶν ἔμπειρον στρατιῶν.

HIPPO, feu *Hippe*, filia *Chironis*, Centauri, quæ *Æolum* docuit naturæ contemplationem, prout teftantur *Clemens Alexandr.* Strom. lib. I. cap. 15. pag. 306. Ἵππω ἡ θυγάτηρ Χείρωνος τοῦ Κενταύρου, συνοικήσασα Ἀιόλῳ, ἐδιδάξατο αὐτὸν τὴν φυσικὴν θεωρίαν, τὴν πάτριον ἐπιστήμην. Μαρτυρεῖ καὶ Ἐυριπίδης περὶ τῆς Ἱππούς, ὧδέ πως·

Ἡ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα, προὐμαντεύσατο - -
Χρησμοῖσιν, ἢ δι' ἀστέρων ἐπαντολῆς.

& *Cyrillus Alexandr.* contra *Julianum* lib. IV. pag. 134. ed. Lipf. Ἵππην δή φασι τὴν Χείρωνος τοῦ Κενταύρου θυγατέρα συνοικισθεῖσαν Ἀιόλῳ φιλοσοφίαν αὐτὸν διδάξαι τὴν φυσικὴν, ὥσπερ τινὰ κλῆρον πατρῷον λαχοῦσαν τὴν ἐπιστήμην. Ἐυριπίδης δὲ περὶ αὐτῆς φησίν·

Ἡ πρώτη μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
Χρησμοῖσι σαφέσιν ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς.

Recenfetur etiam inter mulieres futura prædicentes à *Clemente Alexandr.* l. c. cap. 21. pag. 333. Quoniam naturæ contemplatio eft pars philofophiæ præcipua, *Hippo* primum locum obtinet in *Menagii* Hiftoria Mulierum Philofoph. fegm. 3. Meminit etiam illius Celeb. *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 12. in not. & Vol. II. pag. 82.

HISTIÆA, vid. *Olearii* diff. de Poëtriis Gr. num. XXXVIII.

HISTRINA vid. ISTRINA.

HOLDA vid. OLDA.

HOMOLOÏA, *Ennyei* filia, mendofe *Homeloea Eunexi* filia apud *Tiraquel-*

 lum

lum in XI. legem Connub. Tom. II. Opp. pag. 188. b. fuit mulier fatidica teste *Suida:* Ὁμολώιος Ζεὺς ἐν Θήβαις καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι Βοιωτικαῖς, καὶ ἐν Θεσσαλίᾳ, ἀπὸ Ὁμολωίας προφήτιδος, τῆς Ἐνυέως, ἣν προφῆτιν εἰς Δελφοὺς πεμφθῆναι, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν δευτέρῳ Θηβαικῶν.

HORTENSIA, Q. *Hortensii*, Oratoris apud Romanos celeberrimi, filia, ob eloquentiam egregie laudatur à *Valerio* M. VIII. 3. segm. 3. Hortensia, Q. Hortensii *filia*, *cum ordo matronarum gravi tributo à Triumviris esset oneratus, nec quisquam virorum patrocinium eis accommodare auderet, causam feminarum apud Triumviros & constanter & feliciter egit. Repraesentata enim patris facundia, impetravit, ut major pars imperata pecuniae bis remitteretur. Revixit tum muliebri stirpe* Q. Hortensius, *verbisque filiae aspiravit. Cujus si virilis sexus posteri vim sequi voluissent, Hortensianae eloquentiae tanta haereditas una feminae actione abscisa non esset.* Et à *Quintiliano* Institt. Orat. lib. I. cap. 1. Q. Hortensii *filiae oratio apud Triumviros habita legitur non tantum in sexus honorem.* Argumentum hujus orationis graece profert *Appianus* Alexand. de Bell. Civ. IV. pag. 607 sq. ed. *Steph.* Προύγραφον (οἱ τρεῖς Ἄρχοντες) χιλίας καὶ τετρακοσίας γυναῖκας, αἳ μάλιστα πλούτῳ διέφερον, καὶ αὐτὰς ἔδει τὰ ὄντα τιμωμένας ἐσφέρειν ἐς τὰς τοῦ πολέμου χρείας, ὅσην ἑκάστην οἱ τρεῖς δοκιμάσειαν. Ἐπέκειτό τε ταῖς ἀποκρυψαμέναις τι τῶν ὄντων ἢ τιμησαμέναις κακῶς ἐπιτίμια, καὶ τοῖς ταῦτα μηνύουσιν ἐλευθέροις τε καὶ δούλοις μήνυτρα. Αἱ δὲ γυναῖκες ἔκριναν τῶν προσηκουσῶν τοῖς ἄρχουσι γυναικῶν δεηθῆναι· τῆς μὲν δὴ Καίσαρος ἀδελφῆς οὐκ ἀπετύγχανον, οὐδὲ τῆς μητρὸς Ἀντωνίου. Φουλβίας δὲ τῆς γυναικὸς Ἀντωνίου τῶν θυρῶν ἀπωθούμεναι, χαλεπῶς τὴν ὕβριν ἤνεγκαν, καὶ ἐς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τὸ βῆμα τῶν ἀρχόντων ὠσάμεναι, διισταμένου τοῦ τε δήμου καὶ τῶν δορυφόρων, ἔλεγον, Ὁρτησίας ἐς τοῦτο προκεχειρισμένης· Ὁ μὲν ἥρμοζε δεομέναις ὑμῶν γυναιξὶ τοιαῖσδε, ἐπὶ τὰς γυναῖκας ὑμῶν καταφύγομεν, ὃ δὲ οὐχ ἥρμοζεν, ὑπὸ Φυλβίας παθοῦσαι, εἰς τὴν ἀγορὰν συνεώσμεθα ὑπ' αὐτῆς. Ὑμεῖς δ' ἡμῖν ἀφείλεσθε μὲν ἤδη γονέας τε καὶ παῖδας καὶ ἄνδρας καὶ ἀδελφοὺς, ἐπικαλοῦντες, ὅτι πρὸς αὐτῶν ἠδίκησθε· εἰ δὲ καὶ τὰ χρήματα προσαφέλοισθε, περιστήσετε εἰς ἀπρέπειαν ἀναξίαν γένους καὶ τρόπων καὶ φύσεως γυναικείας· εἰ μὲν δή τι καὶ πρὸς ἡμῶν, οἷον ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἠδικῆσθαί φατε, προγράψατε καὶ ἡμᾶς ὡς ἐκεί-

ιους·

νυς· εἰ δὲ οὐδένα ὑμῶν αἱ γυναῖκες οὔτε πολέμιον ἐψηφισάμεθα οὔτε καθείλομεν οἰκίαν, ἢ στρατὸν διεφθείραμεν, ἢ ἐπηγάγομεν ἕτερον, ἢ ἀρχῆς ἢ τιμῆς τυχεῖν ἐκωλύσαμεν· τί κοινωνοῦμεν τῶν κολάσεων, αἱ τῶν ἀδικημάτων οὐ μετασχοῦσαι; τί δὲ ἐσφέρομεν, αἱ μήτε ἀρχῆς μήτε τιμῆς μήτε στρατηγίας μήτε τῆς πολιτείας ὅλως, τῆς ὑμῖν ἐς τοσοῦτον ἤδη κακοῦ περιμαχήτου μαχεύουσαι; ὅτι φατὲ πόλεμον εἶναι, καὶ πότε οὐ γεγόνασι πόλεμοι; καὶ πότε γυναῖκες συνήνεγκαν, ἃς ἡ μὲν φύσις ἀπολύει παρὰ ἅπασιν ἀνθρώποις; αἱ δὲ μητέρες ἡμῶν ὑπὲρ τὴν φύσιν εἰσήνεγκάν ποτε ἅπαξ, ὅτε ἐκινδυνεύετε περὶ τῇ ἀρχῇ πάσῃ καὶ περὶ αὐτῇ τῇ πόλει, Καρχηδονίων ἐνοχλούντων· καὶ τότε δὲ εἰσήνεγκαν ἑκοῦσαι, καὶ οὐκ ἀπὸ γῆς, ἢ χωρίων, ἢ προικὸς, ἢ οἰκιῶν, ὧν χωρὶς ἀβίωτον ἐστὶν ἐλευθέραις, ἀλλὰ ἀπὸ μόνων τῶν οἴκοι κόσμων οὐδὲ τούτων τιμωμένων, οὐδὲ ὑπὸ μηνυταῖς, ἢ κατηγόροις, οὐδὲ πρὸς ἀνάγκην ἢ βίαν, ἀλλ᾽ ὅσον ἐβούλοντο αὐταί. Τίς οὖν καὶ νῦν ἐστιν ὑμῖν περὶ τῆς ἀρχῆς ἢ περὶ τῆς πατρίδος φόβος; ἴτω τοίνυν ἢ Κελτῶν πόλεμος ἢ Παρθυαίων, καὶ οὐ χείρους ἐς σωτηρίαν ἐσόμεθα τῶν μητέρων· ἐς δὲ ἐμφυλίους πολέμους μήτε ἐσενέγκαιμέν ποτε μήτε συμπράξαιμεν ὑμῖν κατ᾽ ἀλλήλων· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ Καίσαρος ἢ Πομπηΐου συνεφέρομεν, οὐδὲ Μάριος ἡμᾶς, οὐδὲ Κίννας ἠνάγκασεν, οὐδὲ Σύλλας ὁ τυραννήσας τῆς πατρίδος· ὑμεῖς δὲ φατὲ καὶ καθίστασθαι τὴν πολιτείαν.

HYDRA illa fabulofa fœminis doctis annumeratur à *Tiraquello* in leg. XI. Connub. Tom. II. pag. 188. b. quia *Plato* in Euthydemo pag. 206. Opp. ed. Francof. de ea fcribit: Πολύ που εἰμὶ φαυλότερος τοῦ Ἡρακλέους· ὃς οὐχ οἷός τε ἦν τῇτε ὕδρᾳ διαμάχεσθαι σοφιστρίᾳ οὔσῃ, καὶ διὰ τὴν σοφίαν ἀνιείσῃ, εἰ μίαν κεφαλὴν ἀποτμηθείη τοῦ λόγου, πολλὰς ἀντὶ τῆς μιᾶς.

HYGIA, feu *Hygea*, feu *Hygiea*, feu corrupte *Hygine*, Latinis *Salus* Dea, *Æfculapii* filia, & medicæ artis Numen tutelare, in nummis aliisque monumentis exhibetur vefte talari induta, modo ftans, modo fedens, & ferpentem altera manu tenet, altera pateram, verfus quam ferpens caput extendit. Ex ejus capite nonnunquam ad inftar ftellae relucet pentagonum, lineis peculiari ratione inter fe deductis. De illa *Martialis* XI. epigr. 60. v. 6. *Quod fanare* Criton, *non quod* Hygea *poteft*. Ejus mythologiam & cultum apud varias gentes copiofe præ cæteris defcribunt *Jo. Henr. Meibomius* in commentario in Jusjurandum

Hip-

Hippocratis cap. *6.* pag. *52* sqq. *Gros de Boze* in dissertation sur le Culte, que les anciens ont rendu à la Déesse de la Santé, on y a joint les medailles & quelques autres monumens antiques, à Paris 1705. 8. quæ è gallico in latinum sermonem translata exstat in *Christoph Woltereckii* Electis rei nummariæ pag. 23-41. & *Guilb. Musgrave* in dissertatione de Dea Salute, in qua illius symbola, templa, statuae, nummi & inscriptiones exhibentur, illustrantur, Oxon. 1716. 4. Conf. de *Hygea* praeter Scriptores historiae Medicae *Tiraquellum* de Nobilit. cap. 31. n. 331. & Celeb. *Fabricium* Biblioth. Gr. Vol. XIII. pag. 249.

HYPATIA, seu *Hypathia*, (à nonnullis *Hyparchia* vel *Hyptachia* appellata, teste *Tiraquello* in XI. legem Connub. Tom. II. Opp. pag. 188. b. qui dubitat, an *Hypathia*, *Isidori* Philosophi uxor, distinguenda sit à *Theonis* Philosophi & Geometrae filia?) fuit mulier in scientiis mathematicis aliisque Philosophicis disciplinis multum versata, & Alexandriae in schola Platonica à *Plotino*, vel rectius, ab *Ammonio* instituta sub initium Seculi V. post C. N. successit. Ejus vitam & fata ex *Menagii* historia mulierum Philosoph. segm. 49-56. proferre operae pretium fuerit: Hypatia *Alexandrina, mulier in Philosophicis & Mathematicis versatissima*, Theonis *Alexandrini, Philosophi, Geometrae & Mathematici filia & discipula, patre & magistro doctior.* (vid. *Philostorgius* num. XLIX.) Theonis *cujusdam, qui temporibus* Ionici *Sardiani, medici præstantissimi, magnum nomen in Gallia consecutus erat, meminit* Eunapius *in* Ionico, *quem de* Theone *nostro sunt, qui interpretentur*; *sed minus verosimiliter, mea quidem sententia. At verosimili omnino conjectura* Theonem *hunc nostrum putabat* Henr. Savilius, *illum esse* Theonem, *qui* Ptolemaeum *interpretatus est, quod nos docuit* Henr. Valesius *ad Historiam Eccles.* Socratis *lib. VII. cap. 15. Idem &* Ismaëli Bullialdo, qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat, *Gallorum in rebus Astronomicis longe doctissimo videbatur. Platonicae autem sectae addictam fuisse* Hypatiam, *discimus ex eadem* Socratis *Historia lib. VII. cap. 15.* Socratis *verba ex* Valesiana *interpretatione infra ponam, sunt enim lectu dignissima.* (vid. num. XLVII.) *Quibus consona habet* Nicephorus *lib.* XIV. *cap. 16.* Nicephori *verba, quia nos alia docent, non pigebit adscribere, adscribam autem latine*; *est enim locus prolixior.* (vid. num.

num. XLVIII.) Hypatiae *mortem similiter narrat* Socrates *Historiae Eccl. lib. VII. cap.* 15. *à quo sua babuit* Nicephorus. *At* Philostorgius *apud* Photium *laceratam dicit ab* Homoousiastis, *quo nomine à* Photio *impietatis arguitur.* (vid. num. XLIX.) *Id illi accidisse ex invidia orta ob eximiam peritiam rerum praesertim Astronomicarum ait* Hesychius, *cognomento* Illustris. (vid. num. LI. Veriora videntur, quae de ejus interitu tradunt *Socrates, Nicephorus* atque ex *Damascio Suidas*, vid. num. XLVI–XLVIII.) *Eam* Synesius *magno babuit in pretio, & ad eam plures literas scripsit, quae omnes* τῇ φιλοσόφῳ *inscriptae sunt. Epist. XVI. matrem, sororem, & magistram & benefactricem vocat, & si quae est alia res appellatione bonorifica. Decima quinta rogat eam, ut sibi baryllium faciendum curet. Ita bydroscopium vocant ad aquarum puritatem cognoscendam; qua de voce nos in Amoenitatibus Juris cap.* 41. *Vicesimam quartam sic orditur:* Quod si *Erebi* vita functorum oblivia tangant, at ego illic vel carae potero meminisse *Hypatiae.* (vid. num. XXXVII–XLV.) quibus addenda sunt verba Epistolae IV. ad *Euoptium* Fratrem pag. 169. B. Opp. Ἄσπασαι τὴν σεβασμιωτάτην καὶ θεοφιλεστάτην φιλόσοφον, καὶ τὸν εὐδαίμονα χορὸν τὸν ἀπολαύοντα τῆς θεσπεσίας αὐδῆς. & Epistolae *CXXXII.* ad Olympium pag. 269. B. Opp. Ταύτην τὴν ἐπιστολὴν Πέτρον οἶμαι διακομιεῖν, παρὰ μέσης λαβόντα τῆς ἱερᾶς χειρός· στέλλω γὰρ αὐτὴν ἀπὸ Πενταπόλεως ἐγὼ πρὸς τὴν διδάσκαλον τὴν κοινήν· αὕτη δὲ ὅτῳ βούλεται δώσει· βουλήσεται δὲ, εὖ οἶδ᾽ ὅτι τῷ γνωριμωτάτῳ παρασχεῖν.) *De ea bonorifice meminit* Gregoras. (vid. num. LIII.) *Formosam fuisse ait* Suidas, *sive potius* Anonymus *apud* Suidam. (num. XLVI.) Addit, *cum de auditoribus quidam eam deperiret, pannos mensibus fœdatos,* [*φυλάκια vocabant sui Alexandrini,*] *illi ostendisse, & dixisse:* Hoc quidem adamas, o adolescens; *& sic animum ejus sanasse. Uxorem fuisse* Isidori *Pbilosopbi ait idem:* (*Tillemontio* Memoriarum Eccl. Tom. XIV. pag. 274. not. 1. verosimile fit, *Suidam* id ex verbis *Damascii* apud *Photium:* οἷα γυναικὸς ἀνήρ· collegisse, quae tamen multo aliter intelligenda sint; additque, *Isidorum* sibi videri juniorem. *Tolandus* in Tetradymo pag. 121. opinatur, *Hypatiam Isidoro* desponsam ante nuptias periisse,) *qui tamen ipsam virginem permansisse scribit. Etiam* Isidori *uxorem eam facit* Damascius *in vita* Isidori *apud* Photium, [num. LII.] *ubi &*

Hypatiam *Geometriae deditam dicit.* *De* Isidoro *Philosopho videndus* Damascius *in Bibliotheca Photiana.* *Scripsit Commentarium in* Diophantum, *Astronomicum Canonem, & in Conica* Apollonii; *testatur hoc* Suidas. [num. XLVI.] *Exstat apud* Steph. Baluzium *Tomo I. Conciliorum in Synodico adversus Tragædiam* Irenaei cap. 216. *sub* Hypatiae *nomine ad* B. Cyrillum, *Archiepiscopum Alexandrinum, Epistola.* [num. XXXVI.] *Sed cum ex* Socrate *constet,* Hypatiam *interemptam anno quarto Episcopatus* Cyrilli, Honorio X. & Theodosio VI. *Consulibus, hoc est, anno Christi* CCCCXV, [non anno CCCCVI. ut tradit *Theophanes* supra num. L. *Vossius* quidem in lib. de Mathesi cap. 51. §. 5. & cap. 55. §. 8. scribit, *Hypatiam* floruisse *Theodosii* Junioris tempore circa annum CCCCXXX. sed ipse l. c. cap. 16. §. 9. refert, tristissimum hujus feminae exitum incidisse in VIII. annum *Theodosii* Junioris, Christi vero CCCCXV.] Nestorii *autem exilium in hac epistola memoratum anno CCCCXXXVI. contigerit, ut constat ex* Evagrio, *hanc* Hypatiae *ad* Cyrillum *Epistolam putabat* Steph. Baluzius *nothum esse ac suppositilium, cujus ego sententiae lubens accedo.* *Exstat in Anthologia* lib. I. *Epigramma de* Hypatia *Philosopha.* [vid. num. LIV.] *Epigramma graecum vetus in laudem* Hypatiae, *needum editum, edidit* Jac. Gothofredus *ad* Philostorgium. [vid. supra pag. 90. not 115.] Claud. Salmasius *in Epistola nuncupatoria ad* Puteanos, *praefixa Observationibus suis ad Jus Atticum & Romanum, ubi de* Schurmannia, *Batava, puella doctissima,* Hypatiam *hanc nostram* Hippiam *appellavit, errore typographico vel memoriae lapsu.* Rectissime autem observat Celeb. *Fabricius* Vol. VIII. Biblioth. Gr. pag. 220. not. 1. *Salmasium* utique de *Hippia* Sophista, non de *Hypatia* ibi loqui, & respicere ad ea, quae de *Hippia* nullum genus artis vel opificii inexpertum relinquente narrat *Apuleius* in Floridis. Confer de *Hypatia* praeter Scriptores historiae Ecclesiasticae *Jac. Gothofredum* in Differtt. ad *Philostorgii* lib. VIII. cap. 9. pag. 337 sqq. *Jo. Meursium* in notis ad *Hesychium Illustrem* pag. 209 sq. *Henr. Valesium* in notis ad *Socratis* historiam Eccles. VII. 15. *Jo. Andr. Schmidium* in differt. de *Hipparcho, Theonibus,* doctaque *Hypatia,* Jen. 1689. 4. Celeb. *Fabricium* Vol. VIII. Biblioth. Gr. pag. 219 sq. *Anonymum* in Bibliotheque Germanique Tom. III. pag. 157 sq. & *Jo. Tolandum* in Tetradymo

mo, anglice Lond. 1720. 8. edito, cujus dissertatio tertia inscribitur: *Hypatia, or the history of a most beautiful, most virtuous, most learned, and every way accomplished Lady, who was torn to pieces by the Clergy of Alexandria, to gratify the pride, emulation and cruelty of their Archbishop Cyril.*

I.

IAMBE Poëtria, vid. *Olearii* diff. de Poëtriis Gr. num. XXXIX.

IASO, filia *Æsculapii*, vid supra *Æsculapii filiæ*.

ICASIA, seu *Cassia*, Poëtria. vid. notas ad *Olearii* diff. de Poëtriis Gr. pag. 141. not. 18. quibus adde verba *Simeonis Magistri* in Annalibus pag. 415. ed. Par. Scriptorum post Theophanem: Τῆς μητρὸς αὐτοῦ [Θεοφίλυ τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων] Εὐφροσύνης βουληθείσης δοῦναι αὐτῷ γυναῖκα, ἄγει κόρας διαφόρους ἀσυγκρίτυς τῷ κάλλει· μεθ᾽ ὧν μία τις ἐξ αὐτῶν κόρη ὡραιοτάτη ὑπῆρχε, Ἐικασία λεγομένη, καὶ ἑτέρα Θεοδώρα ὀνομαζομένη. Τούτῳ δοῦσα ἡ μήτηρ χρυσοῦν μῆλον, εἶπε δοῦναι τῇ ἀρεσάσῃ αὐτῷ· ὁ δὲ Βασιλεὺς Θεόφιλος, τῷ κάλλει τῆς Ἐικασίας ἐκπλαγεὶς, ἔφη· ὡς ἄρα διὰ γυναικὸς ἐῤῥύη τὰ φαῦλα· ἡ δὲ μετ᾽ αἰδοῦς πῶς ἀντέφησεν· ἀλλὰ καὶ διὰ γυναικὸς πηγάζει τὰ κρείττονα· ὁ δὲ τῷ λόγῳ τὴν καρδίαν πληγεὶς, ταύτην μὲν εἴασε· Θεοδώρᾳ τε τὸ μῆλον ἀπέδωκεν· - — Ἡ μὲν Ἐικασία τῆς βασιλείας ἀποτυχοῦσα, μονὴν κατεσκεύασεν, εἰς ἣν καὶ ἀποκειραμένη, φιλοσόφῳ βίῳ καὶ Θεῷ ἀρέσκοντι διετέλεσε μέχρι τελευτῆς αὐτῆς, πολλὰ ἴδια συγγράμματα αὐτῆς καταλιποῦσα.

IMUTH, seu *Imuthe*, fertur mater *Asclepii*, discipuli *Hermetis Trismegisti*. *Zosimus Panopolita* ἐν τῷ ἐνάτῳ Ἰμοὺθ βιβλίῳ allegatur in *Georgii Syncelli* Chronographia pag. 13. ed. Paris. vid. Celeb. *Fabricii* Bibliothecam Græcam Vol. I. pag. 71.

IRENE, *Cratini* filia, artis pictoriæ perita, in numerum fœminarum doctarum refertur à *Tiraquello* in Leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 188. b. quia *Clemens Alexandrinus* Strom. IV. 19. pag. 523. ex *Didymi* Symposiacis ejus mentionem facit.

IRENE *Ducæna*, filia *Andronici Ducæ*, neptis *Joannis Ducæ* Cæsaris, & uxor

altera

altera *Alexii* Imp. floruit Sec. XII. ineunte, & ex *Alexio* tres filios & quatuor filias procreavit. Maritus eam initio non admodum dilexit, quia ipse vaga venere oblectabatur, postea summo in honore habuit; quæ cum imperium *Nicephoro Bryennio*, Annæ filiæ conjugi, post *Alexii* mortem asserere destinasset, in *Joannis* & *Isaaci* filiorum odium incurrit, & *Joanne II. Comneno* imperante, in monasterium concessit, ubi mutato nomine *Xene* est appellata. Ejus amorem summum in litteras laudat *Anna Comnena* Alexiados lib. V. extremo pag. 147. ed. Paris. Μέμνημαι τῆς μητρὸς καὶ βασιλίδος πολλάκις, ἀρίστου προκειμένου, βίβλον ἐν χεροῖν φερούσης, καὶ τοὺς λόγους διερευνωμένης τῶν δογματιστῶν ἁγίων πατέρων, μάλιστα δὲ τοῦ φιλοσόφου Μαξίμου καὶ μάρτυρος. Ἐσπουδάκει γὰρ οὐ τοσοῦτον περὶ τὰς φυσικὰς συζητήσεις, ὁπόσον περὶ τὰ δόγματα, τὴν ὄντως σοφίαν καρποῦσθαι βουλομένη· Καί μοι πολλάκις θαυμάζειν ἐπῄει, καὶ θαυμάζουσα ἔφην ποτὲ πρὸς αὐτήν· πῶς αὐτόθεν πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἐπέβλεψας; ἔγωγε τρέμω, καὶ οὐδ᾽ ἄκροις ὠσὶν ἀποτολμῶ τούτων ἐπαΐειν: Τὸ γὰρ πάνυ θεωρητικόν τε καὶ νοερὸν τοῦ ἀνδρὸς, ὥς φασιν, ἴλιγγον παρέχεται τοῖς ἀναγινώσκουσιν. Ἡ δὲ μειδιάσασα ἔφη· ἐπαινετὴν οἶδα τὴν δειλίαν ταύτην· καὶ οὐδ᾽ αὐτὴ ἀτρέμας ταῖς βίβλοις ταύταις πρόσειμι· ἀλλ᾽ ὅμως ἀποσπᾶσθαι τούτων οὐ δύναμαι. Σὺ δέ μοι μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐγκύψασα βίβλοις πρότερον, καὶ τῆς τούτων ἀπογεύσῃ ἡδύτητος. *Car. du Fresne* in Indice Auctorum Græcorum ineditorum, qui in ejus Glossario Græco laudatur, commemorat *Irenes Ducænæ* Imperatricis Typicum Monasterii Deiparæ, τῆς κεχαριτωμένης, ab ipsa ædificati, eo titulo, quem descripsit laudatus *du Fresne* in CPoli Christiana lib. IV. pag. 87. MS. ex Codice Reg. 2630. Ita vero subscribitur litteris Cinnabaricis post cap. 78. nam ad octogesimum excurrit: Εἰρήνη ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὴ βασίλισσα Ῥωμαίων ἡ Δούκαινα.

IRENE, uxor *Leonis IV.* Imperatoris, qui A. C. DCCLXXX. obiit, à *Paschio*, *Eberto* & *Meuschenio* doctis mulieribus annumeratur, quia fuit ingenio præstans, quo tamen in mariti filiique exitium & in Iconolatriæ triumphum misere abusa est. Vitam ejus & fata in Commentario de Vitis Heroinarum, Reginarum & Augustarum uberius exponere constitui. Conf. interea *Friderici Spanhemii* Historiam Imaginum restitutam Sect. V. Tom. II. pag. 788 sqq. *Jo. Andr.*

Andr. Schmidii diss. de muliere Heterodoxa §. 28. & *Jo. Henr. Feustkingii* Gynaeceum haeretico-fanaticum pag. 385 sqq.

IRENE, Poëtria, vid. notas ad *Olearii* diss. de Poëtriis Graecis pag. 163. num. 42.

IRENE, Theodori Metochitae filia, vid. infra *Panyperſebaſta*.

ISIS, Ægypti Regina antiquissima, cujus patrem Mythologi nonnulli tradiderunt fuisse *Prometheum*, alii autem *Mercurium*, teste *Plutarcho* in lib. de Iside & Osiride Tom. II. Opp. pag. 352. A. Qui *Isidem* eandem fuisse dicunt, quam *Ionem* Graecorum, filiam *Inachi* Archivorum Regis, aut fluvii ejusdem nominis, quae vulgatior erat opinio. Alii parentes ejus dicebant *Neptunum* & *Callirrhoen*, aut *Hallirrhoen*, alii *Argum* & *Ismenen*. *Osiris* dicitur *Isidis* conjux *Diodoro Siculo* lib. I. pag. 9. A. & *Martiano Capellae* lib. I. de nuptiis Philol. pag. 2. ima ed. Plant. ejus frater & conjux *Diodoro Sic.* lib. I. pag. 16. C. & *Plutarcho* in lib. de *Iside* & *Osiride* Tom. II. Opp. pag. 356. A. ejus filius *M. Minucio Felici* in Octavio pag. 165. ed. Lugdun. B. 1672. *Lactantio* Instit. divinar. lib. I. cap. 21. & *Firmico* de errore profan. relig. pag. 5. denique ejus conjux, frater filiusque *Eusebio* Praepar. Evang. lib. III. cap. 11. pag. 116. ed. Valeſ. *Sibylla* lib. V. Oracul. v. 52. pag. 553. ed. *Gallaei* de se ipsa canit:

> Τείρομαι ἡ τριτάλαινα κακὴν φάτιν ἐν φρεσὶ θέσθαι,
> Ἴσιδος ἡ γνωστὴ καὶ χρησμῶν ἔνθεον ὕμνον.
>
> *Torqueor infelix, dum tristia fata recordor,*
> *Isidis ipsa soror divina oracula pandens.*

Mendax autem hic deprehenditur *Sibylla*, quae alibi profitetur, se cum *Noacho* diluvii tempore in arca degisse. Magicam artem in adytis ex libris *Isidis* & *Ori* didicisse Ægyptios probat *Gilb. Gaulminus* lib. I. notarum ad vitam *Mosis* pag. 236. ex *Luciani* Somnio s. Gallo Tom. II. Opp. pag. 173. ima. Ἀπεδήμησα εἰς Αἴγυπτον, ὡς συγγενοίμην τοῖς προφήταις ἐπὶ σοφίᾳ· καὶ ἐς τὰ ἄδυτα κατελθὼν, ἐξέμαθον τὰς βίβλους τὰς Ὥρου καὶ Ἴσιδος. *Gaulminus* laudatus testatur

 loco

loco citato pag. 237. apud *Lucianum* alibi legi: μαγεύειν παιδευόμενος ὑπὸ τῆς Ἴσιδος. In Collectione MS. Chemicorum Graecorum, quam Celeber. *Fabricius* Biblioth. Gr. lib. VI. cap. 8. §. 3. Vol XII. pag. 760 sqq. recenset, inscribitur Apospasmation num. 46. Ἶσις Προφῆτις τῷ υἱῷ Ὥρῳ· in quo angelus *Amnaël* docet mysterium Chrysopoeiae, & per omnia sacra adjurat mystam, illud aliis non prodere. Hinc multis fit verisimile, *Isidem* esse eandem cum *Isatide*, quam inter Scriptores ante *Homerum* recenset *Tatianus* in Orat. ad Graecos segm. 62. pag. 137. ed. Oxon. & ex illo *Eusebius* Praepar. Evang. lib. X. cap. 11. pag. 495. C. Τὰ ἐν Αἰγύπτῳ τὸν πολὺν τοῦτον σεσωσμένα χρόνον Μέλη, τῆς Ἴσιδος ποιήματα γεγονέναι, multi tradiderunt, teste *Platone* lib. II. de Legg. pag. 790. A. ed. Francof. quem locum non de carminibus, sed modulis musicis intelligendum esse, ex verbis, quae apud *Platonem* praecedunt, colligere licet. Summam artis medicae peritiam *Isidi* tribuit *Diodorus Siculus* lib. I. Biblioth. Hist. pag. 15. B. φασὶ δ' Αἰγύπτιοι τὴν Ἶσιν φαρμάκων τε πολλῶν πρὸς ὑγείαν εὑρέτιν γεγονέναι καὶ τῆς ἐπιστήμης ἰατρικῆς μεγάλην ἔχειν ἐμπειρίαν, καὶ τὸ σύνολον πολλὰ μηχανήσασθαι· διὸ καὶ νῦν τυχοῦσαν ἀθανασίας, ἐπὶ ταῖς θεραπείαις τῶν ἀνθρώπων μάλιστα χαίρειν, καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους τοῖς ἀξιοῦσι διδόναι βοηθήματα, φανερῶς ἐπιδεικνυμένην τήν τε ἰδίαν ἐπιφάνειαν καὶ τὸ πρὸς τοὺς δεομένους τῶν ἀνθρώπων εὐεργετικόν. Ἀποδείξεις δὲ τούτων φασὶ φέρειν ἑαυτοὺς οὐ μυθολογίας, ὁμοίως τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ πράξεις ἐναργεῖς. Πᾶσαν γὰρ σχεδὸν τὴν οἰκουμένην μαρτυρεῖν ἑαυτοῖς εἰς τὰς ταύτης τιμὰς, φιλοτιμουμένην διὰ τὴν ἐν ταῖς θεραπείαις ἐπιφάνειαν· κατὰ γὰρ τοὺς ὕπνους ἐφισταμένην διδόναι τοῖς κάμνουσι βοηθήματα πρὸς τὰς νόσους, καὶ τοὺς ὑπακούσαντας αὐτῇ, παραδόξως ὑγιάζεσθαι, καὶ πολλοὺς μὲν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν διὰ τὴν δυσκολίαν τοῦ νοσήματος ἀπελπισθέντας, ὑπὸ ταύτης σώζεσθαι, συχνοὺς δὲ παντελῶς πηρωθέντας τὰς ὁράσεις, ἤ τινα τῶν ἄλλων μερῶν τοῦ σώματος, ὅταν πρὸς ταύτην τὴν θεὸν καταφεύγωσιν, εἰς τὴν προϋπάρξασαν ἀποκαθίστασθαι τάξιν. Εὑρεῖν δ' αὐτὴν καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας φάρμακον, δι' οὗ τὸν υἱὸν Ὧρον, ὑπὸ τῶν Τιτάνων ἐπιβουλευθέντα, καὶ νεκρὸν εὑρεθέντα καθ' ὕδατος, μὴ μόνον ἀναστῆσαι δοῦσαν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀθανασίας ποιῆσαι μεταλαβεῖν. Huc etiam pertinent ea, quae idem Auctor de morte & epitaphio *Isidis* atque *Osiridis* tradit

tradit l. c. pag. 16. C. Ταφῆναι λέγουσι τὴν Ἶσιν ἐν Μέμφει, καθ᾽ ἣν μέχρι τοῦ νῦν δείκνυσθαι τὸν σηκὸν, ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἡφαίστου· ἔνιοι δέ φασι τὰ σώματα τῶν Θεῶν τούτων κεῖσθαι κατὰ τὴν ἐν Φίλαις τοῦ Νείλου νῆσον, ὥσπερ προείρηταί μοι. Ὀυκ ἀγνοῶ δὲ, διότι τινὲς τῶν συγγραφέων ἀποφαίνονται τοὺς τάφους τῶν Θεῶν τούτων ὑπάρχειν ἐν Νύσῃ τῆς Ἀραβίας, ἀφ᾽ ἧς καὶ Νυσαῖον τὸν Διόνυσον ὀνομάσθαι· εἶναι δὲ καὶ στήλην ἑκατέρου τῶν Θεῶν, ἐπιγεγραμμένην τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν. Ἐπὶ μὲν τῆς Ἴσιδος ἐπιγεγράφθαι· Ἐγὼ Ἶσις εἰμὶ ἡ βασίλισσα τῆς χώρας, ἡ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ, καὶ ὅσα ἐγὼ ἐνομοθέτησα, οὐδεὶς δύναται λῦσαι. Ἐγώ εἰμὶ ἡ τοῦ νεωτάτου Κρόνου Θεοῦ θυγάτηρ πρεσβυτάτη. Ἐγώ εἰμι γυνὴ καὶ ἀδελφὴ Ὀσίριδος βασιλέως. Ἐγώ εἰμι ἡ πρώτη καρπὸν ἀνθρώποις εὑροῦσα. Ἐγώ εἰμι μήτηρ Ὥρου τοῦ βασιλέως. Ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα. Ἐμοὶ Βούβαστος ἡ πόλις ᾠκοδομήθη. Χαῖρε, χαῖρε, Ἄιγυπτε, ἡ θρέψασά με. *Isis* Graecis Ὑγεία, Romanis *Salus* dicta est; vid. *Pausaniam* lib. II. in Corinth. c. 27. p. 174. nec non nummos & lapides, in quibus non rara haec Dea vocatur SALUTARIS, eidem pro salute hominum vota nuncupantur, atque ex MONITU EJUS dona dantur. Irata autem homines coecos reddidit. vid. *Ovidium* lib. I. ep. 1. ex Ponto. v. 51 sqq. *Juvenalem* Sat. XIII. v. 92 sqq. & *Apulejum* lib. VIII. Metamorph. pag. 257 sq. ed. *Floridi*. *Isidem*, sive haec fuit, de qua loquimur, sive alius aut mas, aut foemina, citat *Galenus* in libris de compositione pharmacorum & lib. V. Methodi. Est & Isis medicamenti nomen apud *Galenum* Tom. II. pag. 333, 334. ἐκ τῶν ἱερῶν τῶν ἐν Ἀιγύπτῳ pag. 338. Atque Isis emplastrum atrae bili accommodatum ab ea, ut verosimile est, inventum & nuncupatum apud *Galenum* lib. VI. Methodi ad fin. & lib. II. artis Curativae ad *Glauconem* & *Aëtium* Tetrabib. lib. III. serm. 4. cap. 41. & Tetrab. lib. IV. serm. 2. cap. 53 & 56. atque Serm. 3. cap. 12. non semel & *Paulum Æginetam* lib. IV cap. 45 & 48. & lib. VII. cap. 17. Haec leguntur in Elencho Medicorum veterum apud Celeberrimum *Fabricium* Bibliothecae Graecae Vol. XIII. pag. 303. ex *Andr. Tiraquelli* lib. de Nobilitate cap. 31. num. 3. sumpta. Caetera quae ad *Isidis* fabulas harumque sensum mysticum pertinent, copiose enarrant *Diodorus Siculus* lib. I. Biblioth. Histor. pag. 9 sqq. & *Plutarchus* lib. singulari

gulari de Iside & Osiride Tom. II. Opp. pag. 351 sqq. *Isis* à *Plutarcho* loc. cit. pag. 372. E. appellatur μυριώνυμος, & in Inscriptionibus saepe dicitur: VNA QVAE ES OMNIA, quia omnium fere Dearum nomina huic tribuebantur. vid. *Gudii* notas ad *Phaedri* lib. III. fab. 19. *Isidem* in Theologia Ægyptiorum eandem esse atque Deas omnes, & *Osiridem* eundem atque omnes Deos statuit Celeberrimus *Montfauconus* Antiquit. illustr. Tom. II. Part. II. lib. 1. cap. 2. pag. 271 sq. qui in hoc Opere ejusque Supplemento permulta hujus Deae simulacra partem Ægyptiaco partem Romano more elaborata repraesentat & describit. *Jac. Gutherius* lib. I. cap. 25. de Jure Pontificio Tom. V. Thes. Graeviani pag. 49. docet, *Isidem* vocatam esse *Lunam* Deam, Matrem Deûm magnam, Cybelen, Proserpinam, Liberam, Cererem, aliisque nominibus celebrari, in qua tamen multiformi specie una Dei potentia agnita fuerit. Ostendit simul laudatus auctor, *Isidis* & *Osiridis* sacra primum Persas habuisse, à Persis Phryges, à Phrygibus Romanos. Ejus sacra Romam perlata refert *Ælius Spartianus* in vita *Antonini Caracallae* cap. 9. Tom. I. Scriptorum Historiae August. pag. 728. Illa tamen vetustissimis Romanis olim non incognita fuisse, testantur *Ennii* versus apud *Ciceronem* lib. I. cap. ult. de Divinatione in *Ennii* fragmentis pag. 226. ed. *Hessel.* Cultum *Isidis* apud veteres Gallos describit Mr. *Martin* in Religion des Gaulois Tom. II. lib. IV. cap. 22. pag 131 sqq. Suevorum partem *Isidi* sacrificasse, tradit *Tacitus* de moribus Germanorum cap. 9. De Tabula sive mensa Isiaca, cujus ectypon, historiam & explicationem praeter alios exhibet Celeber. *Montfaucon* Antiquitatis illustr. Tom. II. Part. 2. lib. 2. cap. 1 sqq. pag. 331 sqq. exstat liber singularis *Laur. Pignorii*, Amstelodami 1669. 4. Conf. etiam *Jo. Christoph. Wagenseilii* librum de Norimberga pag. 83 sqq. & Ejusdem lib. germanice editum, de institutione Principis juvenis à litterarum studiis abhorrentis pag. 226 sq. In illa magnetis pyxidisque nauticae usum & mirandos effectus adumbrari statuit *Jo. Frider. Hervartus* ab *Hohenburg* in admirandis Ethnicae Theologiae mysteriis, Monachii 1626. 4. Triades divinae potentiae *Athan. Kircherus* Tom. III. Oedipi Ægypt. Syntagm. I. pag. 79 sqq. qui Synt. III. pag. 255. *Hervarti* sententiam explodit. Figuras duodecim anni

men-

menſium *Olaus Rudbeckius* Part. II. Atlant. cap. 11. cujus conjecturam approbat Celeb. *Fabricius* lib. I. Biblioth. Græcæ cap. 14. §. 6. pag. 95. Alii cum *Pignorio* & *Montfaucono* fatentur, ſe hujus tabulae myſteria intepretari non poſſe.

ISTRINA, ſeu *Hiſtrina*, *Aripithis*, Regis Scytharum uxor, de qua *Herodotus* in Melpomene lib. IV. cap. 78. Ἀριπειθεῖ τῷ Σκυθέων βασιλεῖ γίνεται μετ᾽ ἄλλων παίδων Σκύλης· ἐξ Ἰστρινῆς δὲ γυναικὸς οὗτος γίνεται, καὶ οὐδαμῶς ἐγχωρίης· τὸν ἡ μήτηρ αὕτη γλῶσσάν τε Ἑλλάδα καὶ γράμματα ἐδίδαξε.

JULIA DOMNA fuit natione Syra, *Baſſiani*, Sacerdotis Solis, filia, *Maeſæ*, aviæ *Elagabali*, ſoror, L. *Septimii Severi*, Imperatoris Romani, uxor, *Caracallæ* & *Getæ* atque duarum *Septimiarum* mater. Illam ab *Oppiano* Cyneget. lib. I. v. 4. & in nummis Græcis vocari Δόμναν, quaſi Dominam vel δέσποιναν, quia fuerit Auguſtorum uxor & mater, exiſtimant *Scipio Gentilis* Parergorum Juris lib. II. cap. 22. *Conr. Ritterſhuſius* ad *Oppiani* l. c. & *Pet. Poſſinus* in notis ad *Nicephori Bryennii* libros IV. Commentariorum de rebus Byzantinis. Sed *Joſephus Juſtus Scaliger* in animadvv. ad *Euſebii* Chronicon An. MMCCXXXII. *Claud. Salmaſius* ad *Ælii Spartiani* Severum cap. 20. *Jo. Triſtanus* in Hiſtoire des Empereurs Tom. II. pag. 119 ſq. *Æg. Menagius* Amoenitatum Juris cap. 25. & *Ez. Spanhemius* in Opere de uſu Numiſmatum Vol. II. diſſert. XI. pag. 294. accurate contra illos probarunt, *Domnam* eſſe *Juliæ* nomen proprium, vel potius cognomen. Frequens enim occurrit in Oriente & Ægypto apud Auctores Eccleſiaſticos hæc appellatio, & non ſolum in Græcis, ſed etiam latinis nummis, *Julia* noſtra ſæpe, at praeter hanc nulla alia Auguſtarum, dicitur *Domna*. Vocata etiam eſt in quibusdam nummis Græcis ΙΟΥΛΙΑ ϹΕΟΥΗΡΑ, quia illam *Septimius Severus* Imp. in matrimonio habebat. Patria ejus fuit *Apamea* ſecundum *Dionem*, (num. LVI.) vel etiam *Emeſſa*, ſive *Emeſa*, ſive *Emiſſa* ſecundum *Herodianum* (num LV.) & *Capitolinum* in vita *Opilii Macrini* cap. 9. Tom. I. Script. Hiſtoriæ Aug. pag. 759. *Fuit quædam mulier* Mæſa, *ſive* Varia, *ex Emiſſena urbe, ſoror* Juliæ, *uxoris* Severi Pertinacis *Afri, quæ poſt mortem Antonini Baſſiani ex aulica domo fuerat expulſa per Macrini ſuperbiam.* Quod ad genus attinet, *Dio Caſſius* lib. LXXVIII. pag. 899. B. ſcribit, illam ἐκ δημο-

τικοῦ γένους è genere plebejo in altum evectam esse; *Lampridius* vero in *Alexandro Severo* cap. 5. Tom. I. Script. Historiæ Aug. pag. 890. nobilem Orientis mulierem appellat. Patrem Juliæ fuisse *Bassianum*, Sacerdotem Solis, liquet ex *Sex. Aurelii Victoris* Epitome cap. 21. pag. 103. *Aurelius Antoninus Bassianus Caracalla, Severi filius, Lugduni genitus, imperavit solus annos sex. Hic Bassianus ex avi materni nomine dictus est*; & ex cap. 23. pag. 108. *Hujus* (Heliogabali) *matris* Semeæ *avus*, Bassianus *nomine, fuerat Solis Sacerdos*; *quem Phœnices, unde erat*, Heliogabalum *nominabant, à quo iste* Heliogabalus *dictus est*. *Tristano* l. c. pag. 121. fit verisimile, hunc fuisse *M. Julium Bassianum*, *Bassiani* Proconsulis Africae sub *Hadriano* Imp. filium, & *Valerii Bassiani*, Viri Consularis à *Commodo* interfecti, fratrem, quorum mentionem fecerint *Spartianus* & *Capitolinus* in *Albino* & *Commodo*, matrem autem *Juliæ Domnæ* & *Juliæ Mesæ* appellatam esse *Variam Soæmiadem*, à qua *Mesa Variæ* ejusque filia *Soæmiadis* nomen acceperit. *Juliam* nostram, ob ipsius genituram regiam, *Septimius Severus*, amissa ante Imperium sumptum *Marcia*, uxorem duxit, teste *Æl. Spartiano* in vita *Severi* Imp. cap. 3. pag. 594. *Quum amissa uxore aliam vellet ducere, genituras sponsarum requirebat, ipse quoque mathefeos peritissimus*; *& quum audisset esse in Syria quandam, quæ id genituræ haberet, ut regi jungeretur, eandem uxorem petiit*, Juliam *scilicet*, *& accepit interventu amicorum, ex qua statim pater factus est*. Addere juvat verba *Lampridii* in *Alexandro Severo* cap. 5. pag. 890. *Nobilem Orientis mulierem* Severus, *cujus hanc genituram esse compererat, ut uxor Imperatoris esset, adhuc privatus, & non magni satis loci, duxit uxorem*. Annum, quo hæ nuptiæ celebratæ fuerint, vix definiri posse, prolixe ostendit *Balius* in Dictionario gallice edito in *Julia* lit. L. *Septimius Severus* ex *Julia* praeter duas filias, quas dotatas maritis *Probo* & *Aëtio* dedit, teste *Spartiano* in *Severi* vita cap. 8. pag. 603. *Caracallam* & *Getam* suscepit. vid. *Dionem*, (num. LVII.) *Herodianum*, (num. LVIII.) *Oppianum*, (num. LIX.) & *Philostratum*. (num. LXII.) Reperiuntur quidem Auctores, qui *Caracallam Juliæ* privignum non vero filium fuisse, & novercæ suæ post *Severi* mortem nupsisse tradunt. *Æl. Spartianus* in *Antonino Caracalla* cap. 10. pag. 730. *Interest scire, quemadmodum novercam suam Juliam uxorem duxisse*

duxisse dicatur; quae quum esset pulcberrima, & quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudasset, dixissetque Antoninus: Vellem, si liceret; *respondisse fertur:* Si libet, licet. An nescis te imperatorem esse, & leges dare, non accipere. *Quo audito furor inconditus ad effectum criminis roboratus est, nuptiasque eas celebravit, quas si sciret se leges dare, vere solus probibere debuisset. Matrem enim, (non alio dicenda erat nomine,) duxit uxorem, ad parricidium junxit incestum, siquidem eam matrimonio sociavit, cujus filium nuper occiderat. Aurelius Victor* de Cæsaribus cap. 31. segm. 3. *Juliam novercam, cujus facinora supra memoravi, forma captus, conjugem affectavit,* (Caracalla,) *cum illa factiosior, aspectui adolescentis, praesentiae quasi ignara, semet dedisset, intecto corpore, asserentique:* Vellem, si liceret, uti; *petulantius multo,* (*quippe quae pudorem velamento exuerat,*) *respondisset;* libet? plane licet. *Eusebius Pamphilus* Chronicorum libro poster. An. MMCCXXXII. *Antoninus tam impatiens libidinis fuit, ut novercam suam Juliam uxorem duxerit. Eutropius* in Historiae Romanae Breviario lib. VIII. cap. 20. *Impatiens libidinis,* (Caracalla) *ut qui novercam suam Juliam duxerit.* & *Paulus Orosius* Historiarum lib. VII. cap. 18. *Vixit,* (Caracalla,) *patre asperior, omnibus autem bominibus libidine intemperantior, qui etiam novercam suam Juliam uxorem duxerit.* Hos tamen omnes cum permultis Scriptoribus recentioribus prorsus falli, probarunt pridem Viri Magni, *Claud Salmasius* ad *Spartiani* Severum Imp. cap. 18. pag. 627 sq. & cap. 20. pag. 632 sq. *Jac. Sponius* in Miscellaneis eruditae Antiqu. sect. VIII. pag. 270. *Jo. Vaillant* in Numismat. Imperatorum Rom. & *Ez. Spanbemius* in Opere de Praestantia numismatum Tom. II. diss. XI. pag. 294. non solum ex Scriptorum coævorum, *Dionis, Herodiani* aliorumque alto silentio de *Caracallae* incestu cum *Julia,* sed etiam ex nummis & Inscriptionibus plurimis, in quibus *Iulia* mox MATER AUGG. *Caracallae* nempe & *Getae,* mox MATER ANTONINI AVG. expresse appellatur. Praeter caeteros fabulam istam exploserunt *Io. Tristanus* in Histoire des Empereurs Tom. II. pag. 113 sq. & *Pet. Baelius* in Dictionario historico in *Iulie* lit. G. Interim pravae libidini *Iuliam* indulsisse, non immerito colligitur ex verbis mulieris cujusdam Britannae apud *Xipbilinum.* (num. LX.) Adulteriorum pariter atque conjurationis illam in-

incusent *Spartianus* in Severo Imp. cap. 18. pag. 626. *Domi tamen minus cautus, qui uxorem Iuliam famosam adulteriis tenuit, etiam conjurationis consciam*; & *Aurelius Victor* cap. 20. de Caesaribus pag. 348. ed. *Pitisci*. *Huic tanto domi forisque uxoris probra summam gloriae demsere: quam adeo famose amplexus est, uti cognita libidine, ac ream conjurationis retentarit.* Aliorum quoque vitiorum ream illam facit *Xiphilinus* in Epitome *Dionis* cap. 22. pag. 349. B. de Caracalla scribens: Πρὸς τούτοις εἶχε καὶ τὸ πανοῦργον τῆς μητρὸς καὶ τῶν Σύρων, ὅθεν ἐκείνη ἦν. Attamen *Iuliam* nostram inter foeminas doctas principem locum obtinuisse liquet ex *Philostrati* Sophistae epistola ad illam scripta, num. 13. pag. 920. Opp. ed. Lips. ubi appellatur οἷά που σοφία καὶ μῆτις. Apud eundem (num. LXI.) Nostra dicitur rhetoricae facultatis studiosissima, & (num. *LXII.*) vocatur ἡ φιλόσοφος. Conf. *Reinesii* Var. *Lect.* lib. II. cap. 12. *Xiphilinus* (num. *L*XIII. & *LXV.*) & *Tzetzes* (num. *LXIV.*) tradunt, illam philosophiae operam dedisse, & tempus cum Sophistis transegisse. Eruditio ejus inprimis in causa fuisse videtur, cur *Antoninus Caracalla* Matris suae opera in administrandis imperii rebus uteretur, eamque in summo honore haberet, teste *Xiphilino*, (num. *LXV.* & *LXVI.*) cujus verba *Tristanus* l. c. pag. 110. de *Severi* Imp. temporibus perperam intellexit. Post *Antonini Caracallae* interitum ipsa sibi mortem inedia Antiochiae intulit. vid. *Xiphilinum*, (num. LXVII.) & *Dionem Cassium*. (num. XVIII.) In nummis & inscriptionibus dici solet, PIA FELIX AVGVSTA, MATER CASTRORVM ET SENATVS ET PATRIAE. Vitam *Iuliae* descripserunt *Io. Tristanus* in Histoire des Empereurs Tom. II. pag. 109——148. *Æg. Menagius* in historia mulierum philosopharum segm. 16--19. & *Pet. Baelius* in Dictionarico historico in Julie.

JULIA *Sabina*, *Quinti* liberta, mulier medica, cujus epitaphium exstat in *Gruteri* Opere Inscriptionum pag. DCXXXVI. 1. *Io. Rhodii* notis ad *Scribonium Largum*, num. CXXII. pag. 194. & in *Dan. Clerici* Historia Medicinae gallice edita, Part. II. lib. 3. cap. 13.

JULIANA *Anicia*, decus gentis nobilissimae *Aniciae*, in qua praeter *Probas* plures etiam *Iulianae* claruerunt, fuit consobrina *Pompeji*, Viri clarissimi, teste

ſte *Paulo Diacono* in Hiſtoria Miſcella lib. XV. quem *Pompejum* fuiſſe conſobrinum Imperatoris *Juſtiniani*, & *Anaſtaſium* (de qua egimus ſupra pag. 272.) uxorem duxiſſe, tradit *Cyrillus* in Actis S. Sabæ apud *Surium* d. 5. Dec. Chalcedonenſis Concilii aſſeclas invito *Anaſtaſio* Imp. fovit, vid. Hiſt. Miſcel. lib. XV. & *Polyeucti* Martyris aedis cameram auro puriſſimo texit, ut *Anaſtaſium*, ipſius facultatibus inhiantem, eluderet. vid. *Gregorium Turon.* de glorioſis Martyribus cap. 133. & ex illo *Baronium* in Annal. Eccleſ. ad A. C. 527. num. 58--61. In urbe Conſtantinopolitana vitam egit, atque obiit A. C. DXXVII. ut ex *Cyrillo* l. c. colligitur. Eam paci Eccleſiae & Hormiſdae Papae ſtuduiſſe liquet, non ſolum ex hujus epiſtola ad *Julianam Aniciam* ſcripta, quae exſtat in Epiſtolis Pontif. Tom. I. Collect. Concil. Regiae Tom. X. & Labbeanae Tom. IV. num. XLVIII. pag. 1500. ſed etiam ex II. Epiſtolis noſtrae Julianae, quae in Operibus modo laudatis reperiuntur, & prior quoque in *Baronii* Annal. Eccl. ad A. C. 519. num. LXVIII. En tibi illam: *Domino beatiſſimo patri* Hormiſdae Juliana Anicia. *Precibus veſtræ beatitudinis, adventu legatorum principalis ſedis apoſtolicæ, eliſis erroribus hæreticorum, in unitatem fidei catholicæ convenimus congregati ſimul ad ubera materna Eccleſiæ in die ſanctæ reſurrectionis. Quapropter ſtylo venerationis alloquentes ſanctitatem veſtram, admonemus, ut intimetis deſtinatis à vobis reverendiſſimis viris, nullo modo abſcedere, antequam, ſicut praevideritis, ut oportet, firmentur ea, quae bene diſpoſita ſunt ab eis; ut amputatis omnibus reliquiis transacti erroris, impendiis veſtrae beatitudinis roborata unitas ad effectum perpetuum deducatur. Anno Domini DXIX.* Poſterior eſt mutila: *Domino beatiſſimo atque apoſtolicae ſedis probatiſſimo pontifici* Hormiſdae *Patri* Juliana Anicia. *Quae prima ſunt tuae beatitudinis ſalutationis obſequia perſolvimus, optantes, ut hanc paginam tuis venerandis obtutibus divinitas faciat recenſeri, & pro ſuae eccleſiae rigore augmenta ſalutaria veſtrae vitae ſuffragari dignetur, quatenus te pervigili poſſit contra adverſos & rabidos canes ſtatus eccleſiae vindicari. Etenim, venerabilis pater, quod de noſtrae fidei integritate curam geris, vicariis glorioſi Petri Apoſtoli iſta conveniunt, cui Dominus paſcendarum ovium injunxit officium. Cognoſcat ergo tua pro nobis ſancta ſollicitudo, nos firmius tenere rectæ fidei firmitatem immobilem; pro qua ne ejus violaretur ſanctimo-*

 nia,

nia, hactenus repugnavimus. Quod vero tuus apostolatus pro tantae pietatis causa curam ferre praecepit, in quantum potuimus, pro nostris viribus non desivimus spiritu lenitatis adversos admonere, & Dei nobis gratia cooperante —— deest reliquum. Confer de illa Scriptores Historiae Eccles.

IULITTA, Caesareae in Cappadocia XXX. Jul. martyrium passa, doctis fœminis annumeratur à *Io. Paschio* & *Io. Casp. Eberto* in Gynaeceo docto, quia causam ipsa in judicio adversus potentem Imperatoris præfectum avarumque atque agri, villae, pecudum atque servorum raptorem egerit. Sed ex Actis Martyrum liquet, hos plerumque coram tribunali causam suam agere debuisse. Exstat oratio S. *Basilii* Caesar. in martyrem *Iulittam* Tom. II. Opp. pag. 33 sqq. ed. Garner. Confer de illa aliisque duabus martyribus hujus nominis Scriptores Martyrologiorum & Historiae Eccles.

L.

LABISSA, vel **LIBYSSA**, *Craci*, Bohemiæ Regis, filia fatidica. vid. supra *Craco*.

LAELIA fuit filia natu major C. *Laelii Sapientis* Cos. A. V. DCXIII. uxor *Q. Mutii* Auguris, & socrus *L. Crassi*. Ejus eloquentiam egregie laudant *Cicero* in Bruto de claris Orator. cap. 58. *Auditus est nobis* Laeliae, Caji *filiae, saepe sermo; ergo illam patris elegantia tinctam vidimus; & filias ejus* Mucias *ambas, quarum sermo mihi fuit notus; & neptes* Licinias, *quas nos quidem ambas, hanc vero* Scipionis *etiam tu*, Brute, *credo, aliquando audisti loquentem. Ego vero ac lubenter quidem, inquit* Brutus, *& eo lubentius, quod L.* Crassi *erat filia. L. Crassus* apud *Ciceronem* de Oratore lib. III. cap. 12. *Equidem cum audio socrum meam* Laeliam, (*facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conservant, quod multorum sermonis expertes, ea tenent semper, quae prima didicerunt*) *sed eam sic audio, ut* Plautum *mihi, aut* Nævium *videar audire: sono ipso vocis ita recto & simplici est, ut nihil ostentationis aut imitationis afferre videatur: ex quo sic locutum esse ejus patrem judico, sic majores; non aspere, non vaste, non rustice, non hiulce; sed presse & aequabiliter & leniter.* Et *Quintilianus* Institt. Orat. lib. I. cap. 1. Laelii filia,

filia reddidisse in loquendo paternam eloquentiam dicitur. Hanc *Tiraquellus* in XI. Legem Connub. Tom. II. Opp. pag. 188. b. male distinguit à *Lelia*, C. *Gracchi* filia, *Tullio* in Bruto de claris Oratoribus celebrata. *Guevarra* autem in Horologio Principum lib. II. cap. 33. pag. 360. ex nostra effinxit *Leliam Sabinam*, filiam *L. Cornelii Syllae*, quae sororibus quidem suis duabus forma plurimum cesserit, inter cunctas vero Romanas doctissima fuerit, quippe quae Romae graece simul & latine publice profiteretur. His addit: " Post bellum Mithri- " daticum Romam rediens *Sylla* trium civium Romanorum millia, qui manus " illi exosculaturi obviam processerant, securi percussit, quod facinus ei certissi- " mum attulisset interitum, nisi orationem filia in Senatu habuisset elegantissi- " mam. Narrant historici illam, non solum in docendo suavissimam, sed in scri- " bendo gravissimam atque elegantissimam fuisse. Multas enim epistolas & ora- " tiones sua manu scripsit, quas *Sylla* pater, memoriae mandatas, ut erat inge- " niosus, ad institutum suum accommodatas, in Senatu recitabat."

LAIS, artis medicæ perita, de qua *Plinius* Hist. Nat. lib. XXVIII. cap. 7. segm. 23. Tom. IV. ed. *Hard.* pag. 587, 13. *Quæ* Lais & *Elephantis inter se contraria prodidere de abortivis, carbone è radice brassicae vel myrti, vel tamaricis in eo sanguine exstincto; item asinas non concipere tot annis, quot grana hordei contacta ederint: quaeque alia nuncupavere monstrifica, aut inter ipsas pugnantia: cum haec fecunditatem fieri iisdem modis, quibus illa sterilitatem, praenunciaret, melius est non credere.* Et pag. 588, 2. Lais & Salpe (tradiderunt,) *canum rabiosorum morsus, & tertianas quartanasque febres menstruo in lana arietis nigri* (leniri,) *argenteo brachiali incluso. Tiraquellus* in XI. legem Connub. gloss. I. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 188. b. testatur, illam *Plinio* citatam esse lib. XXXII. cap. 6. & alibi sæpe, quos locos adhuc reperire haud potui.

LAMIA, mulier fatidica. vid. *Olearii* dissertatio de Poëtriis Graecis, num. *XL.*

LAMPUSA Sibylla, vid. *Olearium* l. c. num. *XLI.*

LASTHENIA Mantinea, Arcadica, quam *Lastineam* perperam vocat *Tiraquellus* in XI. legem Connub. gloss. I. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 188. b.

Pytha-

Pythagoricis fœminis accenſetur à *Iamblicho* in vita *Pythagorae* cap. ult. Diſcipula autem *Platonis* & *Speuſippi* appellatur à *Diogene Laërtio*, (num. LXIX ſq.) *Clemente Alexandr*. (num. LXXI.) & *Athenaeo*, (num LXXII ſq.) Operae pretium fuerit proferre de hac re verba *Menagii* in Hiſtoria Mulierum Philoſoph. ſegm. 104. " *Plato* tam multa à *Pythagora* habuit, ut Pythagoricus dici poſſit. " Heracliteorum, Pythagoricorum & Socraticorum rationes commiſcuit, inquit " de eo *Laërtius* in Platone. Sed & *Ariſtoteles* lib. I. Metaphyſic. cap. 6. do" ctrinam *Platonis* vocat in plerisque ſectantem Pythagoricos; & tres *Philolai* " *Pythagorici* libros decem millibus denarium mercatum ait *Gellius*, & unicum " minis quadraginta Alexandrinis *Laërtius*. Et philoſophiam contemplatricem " ac naturalem eum à *Pythagora* in Italia didiciſſe ferunt, inquit incertus de " vita Pythagorae. Sed *Pythagoram* audiiſſe qui potuit *Plato?* Natus eſt *Plato* " 88. Olympiade, ut eſt apud *Laërtium*; at *Pythagoras*, referente *Euſebio* in " Chronico, mortuus eſt Olympiade LXX. " *Laërtius*, [num. LXIX.] ex *Dicaearcho* refert, *Laſtheniam* virili uſam eſſe veſte; & *Athenaeus*, [num. LXXII ſq.] *Speuſippo* in Dionyſii Tyranni epiſtolis meretricis hujus amorem exprobrari. *Tiraquellus* loc. cit. ait, Noſtram memorari *Plutarcho* & *Apulejo* in libro de dogmate Platonis, cum tamen neuter illam nominatim appellaverit. Confer de illa *Menagium* in Hiſtoria mulierum Philoſopharum ſegm. 46 & 104. atque Celeb. *Fabricium* Biblioth. Gr. lib. II. cap. 13. §. 2. pag. 527. & lib. III. cap. 3. Vol. II. pag. 70.

LATONA ex Mythographorum ſententia fuit *Coei* Titanis ex *Phoebe* filia, quam cum *Jupiter* ob eximiam formam compreſſiſſet, & *Juno* prægnantem ſenſiſſet, è cœlo dejecit in terram, ipſa terra prius jurare juſſa, ne parituræ locum daret. Immiſit quoque *Juno* Pythonem ſerpentem, qui *Latonam* ubique perſequeretur. Haec autem in inſula Delo, quae adhuc, cum terra juraret, in mari fluctuaſſe, & ſub undis latuiſſe fertur, *Dianam* enixa eſt, quae ſtatim obſtetricis officium matri praeſtitit, & *Apollinem* fratrem ſuſcepit. Plura de *Latonae* parentibus tradunt *Scholia* minora *Homeri* ad Ιλ. ά. v. 9. & v. 36. & ad Ιλ. ξ'. v. 327. atque de ejus hiſtoria fabuloſa Interpretes *Callimachi* ad hymnum in Delum.

Scri-

Scriptores Historiæ Medicæ illam inter mulieres medicas antiquissimas recensere solent, primum, quia mater fuit *Dianæ* & *Apollinis* medicinæ inventoris; deinde quia *Homerus* Ιλ. έ. v. 445 sqq. cecinit:

> Αἰνείαν δ' ἀπάτερθεν ὁμίλου θῆκεν Ἀπόλλων,
> Περγάμῳ εἰν ἱερῇ, ὅτι οἱ νηός γ' ἐτέτυκτο.
> Ἤτοι τὸν Λητώ τε καὶ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα
> Ἐν μεγάλῳ ἀδύτῳ ἀκέοντό τε κύδαινόν τε.

Jo. Clericus in notis ad Theogoniam *Hesiodi* v. 406. observat, *Latonam* nomen forte habuisse à *lut* h. e. magicis carminibus uti, hinc *lito*, vel *leto*, quia *Apollo* & *Diana* ejus liberi magicarum artium periti fuisse, easque docuisse alios dicuntur, & *Circe* filia *Solis* seu *Apollinis* nobilissima fuit venefica. Nonnulli Mythographi recentiores Nostram Numinibus parturientium annumerant, ob verba *Æliani* de Hist. Anim. lib. IV. cap. 29. malè intellecta: Πυνθάνομαι, ὅτι ἄρα καὶ τῇ Λητοῖ φίλον ἐστιν ὁ ἀλεκτρυὼν τὸ ὄρνεον· τὸ δὲ αἴτιον· παρέστη φασὶν αὐτῇ τὴν διπλῆν τε καὶ μακαρίαν ὠδῖνα ὠδινούσῃ· ταῦτά τοι καὶ νῦν ταῖς τικτούσαις ἀλεκτρυὼν πάρεστι, καὶ δοκεῖ πως εὐώδινας ἀποφαίνειν.

LEÆNA, meretrix Atheniensis, à nonnullis pro muliere Pythagorea habita. vid. *Timycha*.

LEARCHIS, Poëtria, vid. *Olearii* diss. de Poëtriis Gr. num. XLII.

LEONTIUM, vel hypocoristica forma **LEONTARIVM**, sive *Leontiolum*, meretrix Atheniensis, vocatur amica *Epicuri* à *Diogene Laërtio*, (num. LXXV.) *Plutarcho*, (num. LXXVI.) *Athenæo*, (num. LXXVII.) & *Cleomede*, (num. LXXVIII) *Epicuri* & *Metrodori Atheniensis*, qui ex illustribus fuit *Epicuri* discipulis, à *Laërtio*, (num. LXXV.) nec non *Hermesianactis Colophonii*, Poëtæ elegiaci, cujus ætatem inde colligere licet, ab *Athenæo*, (num. LXXIX.) Illam tamen *Metrodori* legitimam uxorem fuisse, & falsa esse, quæ de illa tanquam meretrice feruntur, contendit *Pet. Gassendus* in epistola ad *Ludov. Valesium* scripta Tom. VI. Opp. pag. 128. a. *Fuere quidem foeminæ quædam cum* Epicuro *in hortis versatæ; sed quo versatæ modo fuerunt*. Lasthenia & Axiothea

 cum

cum Platone *in Academia*; Theano *& aliae cum* Pythagora; Gemina *& aliae cum* Plotino; *& aliae cum aliis Philosophorum Coryphaeis*; *nempe ut philosopharentur. Et quoniam* Leontium *potissimum objicitur*, *sane illam non meretricem*, *sed studiosam foeminam fuisse*, *vel illud unum arguit*, *quod ex* Cicerone *librum scripsit adversus* Theophrastum *scito sermone & attico*; *quodque* Plinius *memorat illam depictam fuisse cogitabundam. Praetereo autem*, *fuisse ipsam* Metrodori *uxorem*, *ut &* Themistiam Leontei; *& aliorum familiarium alias*; *ac Epistolam*, *ipsi attributam*, (vide num. LXXIV.) *fuisse* Alciphronis, *stylum exercentis*, *commentum.* Verba *Ciceronis* leguntur lib. I. cap. 33. de Natura Deorum: *Istisne fidentes somniis non modo* Epicurus *&* Metrodorus *&* Hermachus *contra* Pythagoram, Platonem, Empedoclem*que dixerunt*; *sed meretricula etiam* Leontium *contra* Theophrastum *scribere ausa sit? scito illa quidem sermone & attico: sed tamen tantum* Epicuri *hortus habuit licentiae.* Confirmat id *Plinius* in praef. ad Hist. Natural. Tom. I. pag. 11, 9. ed. *Hard.* in 4. *Ceu vero nesciam adversus* Theophrastum *hominem in eloquentia tantum*, *ut nomen divinum inde invenerit*, *scripsisse etiam foeminam*, *& proverbium inde natum*, *suspendio arborem eligendi.* Idem Auctor lib. XXXV. cap. 11. segm. 40. refert, Theodorum pinxisse *Leontium Epicuri cogitantem*, quod ipsum argumento esse putat *Menagius* in Historia mulierum philosoph. segm. 70. philosophicis eam meditationibus fuisse deditam. *Athenaeus* quoque, (num. LXXVII.) scribit, illam non solum amicam, sed etiam discipulam *Epicuri* fuisse, atque philosophiae operam dedisse. Filiam habuit *Danaen*, & ipsam meretricem celebrem, *Sophronis* Ephesi praefecti amicam, de qua consulendus est *Athenaeus*. (num. LXXX.) De *Leontio* confer *Menagii* Historiam mulierum philosoph. segm. 70 sq. & *Fabricii* Bibliothecam Graecam lib. III. cap. 33. 3. Vol. II. pag. 816.

LEOPARDA, mulier artis medicae perita. *Theodorus Priscianus*, sub falso & per errorem nato nomine *Q. Octaviani Horatiani* editus lib. IV. de physica scientia ad *Eusebium* filium pag. 88. memorat medicamentum, quod monstravit *Leoparda.*

LESBIA SALPE, Poëtria. vid. notas ad *Olearii* diss. de Poëtriis Gr. pag. 180. not. 79.

LIBYSSA, vel *Lubissa*, Craci Boëmiæ Regis filia, vid. ſupra *Craco*.

LICINIAE duæ, ſorores, *M. Licinii Craſſi* ex Mutia filiæ. vid. ſupra *Laelia*.

LIVIA (*Helpis*) vid. *HELPIS*.

LUCCEÏA, Mima, à *Paſchio*, *Eberto* aliisque in numerum fœminarum doctarum refertur, quia *Plinius* Hiſt. Nat. lib. VII. cap. 48. teſtatur, eam centum annis in ſcena pronunciaſſe.

LUCILLA, mulier Hiſpana doctiſſima, ſed ſchiſmatica, vixit Sec. IV. poſt C. N. de qua *Hieronymus* in Epiſt. ad *Cteſiphontem* adverſus Pelagianos Tom. IV. Opp. Part. II. pag. 477. F. ed. *Martian.* Donatus *per Africam ut infelices quasque fœtentibus pollueret aquis*, Lucillæ *opibus adjutus eſt.* Mentionem ejus faciunt S. *Auguſtinus* lib. I. contra Epiſt. *Parmeniani* cap. 3. Tom. IX. Opp. edit. Pariſ. pag. 14. B. lib. de Unitate Eccleſiae cap. 3. ibid. pag. 341. D. & cap. 18. ib. pag. 369. F. & cap. 24. ibid. pag. 385. C. lib. III. contra *Creſconium* Donatiſtam cap. 28. pag. 450. E. & cap. 29. ibid. pag. 451 F. & Epiſt. XLIII. olim CLXII. variis in locis, Tom. II. Opp. pag. 88 ſqq. atque *S. Optatus Afer* de Schiſmate Donatiſt. lib. I. cap. 16-19. pag. 14-17. Opp. Conf. de illa *Jo. Andr. Schmidii* Mulierem heterod. §. 19. pag. 24 ſq. *Jo. Henr. Feuſtkingii* Gynaeceum Fanaticum p. 424. & reliquorum Auctorum Eccleſiaſticorum ſcripta.

LUNA Simonis Magi ſcortum, vid. *HELENA*.

M.

MAIA, mulier medica, cujus remedium quoddam memorat *Claud. Galenus* lib. *V.* περὶ συνθέσεως τῶν φαρμάκων τῶν κατὰ γένος Tom. II. Opp. pag. 389, 12. ed. Baſil. Τὸ τῆς Μαίας καλὸν, πρὸς κονδυλώματα καὶ ῥαγάδας.

MAMMÆA (*Julia*) ſeu *Mammea*, ſeu *Mamæa*, *Juliæ Mæſæ* filia, *Juliæ Soæmiadis* ſoror, *Vari* uxor, & *Severi Alexandri* Imp. mater, appellatur ab *Euſebio* Hiſt. Eccl. lib. VI. cap. 21. pag. 223. γυνὴ θεοσεβεστάτη εἰ καί τις ἄλλη γεγονυῖα καὶ εὐλαβὴς τὸν τρόπον, ἣ τῆς Ὠριγένους πανταχόσε βοωμένης φήμης, ὡς καὶ μέχρι τῶν αὐτῆς ἐλθεῖν ἀκοῶν, περὶ πολλοῦ ποιεῖται τῆς τοῦ ἀνδρὸς θέας ἀξιωθῆναι, καὶ τῆς ὑπὸ πάντων θαυμαζομένης περὶ τὰ θεῖα συνέσεως αὐτοῦ πεῖραν λαβεῖν. Ἐπ' Ἀντιοχείας δῆτα διατρίβουσα, μετὰ στρατιωτικῆς δορυφορίας αὐτὸν ἀνακαλεῖται· παρ' ᾗ

 χρόνον

χρόνον διατρίψας πλεῖστά τε ὅσα εἰς τὴν τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ τῆς τοῦ θείου διδασκαλείου ἀρετῆς ἐπιδειξάμενος, ἐπὶ τὰς συνήθεις ἔσπευδε διατριβάς. S. *Hieronymus* in Catalogo Scriptorum Eccleſ. num. LIV. de *Origene Adamantio*: *Ad* Mammeam *matrem* Alexandri *Imperatoris religioſam fœminam rogatus venit Antiochiam, & ſummo honore habitus eſt*; *atque ad* Philippum *Imperatorem, qui primus de Regibus Romanis Chriſtianus fuit, & ad matrem* (uxorem *Severam* ſecundum *Euſebium* Hiſt. Eccleſ. lib. VI. cap. 36. pag. 233.) *ejus litteras fecit, quæ uſque hodie exſtant.* Et *Suidas* in Ὠριγένης Tom. II. pag. 762. ed. Cantabr. Ἡ Ἀλεξάνδρου τῶν Ῥωμαίων Βασιλέως μήτηρ Μαμμαία εἰς λόγους ἐν Ἀντιοχείᾳ συνῆλθεν Ὠριγένει, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ κατηχήθη τὸν λόγον. Multi quidem tradiderunt, eam fuiſſe Chriſtianam mulierem, alii tamen id merito in dubium vocarunt. Vid. omnino *Chriſtiani Kortholti* differt. de Philippi Arabis, Alexandri, Mammææ, Plinii Jun. & Annæi Senecæ Chriſtianiſmo, Kilon. 1667. 4. & *Frider. Spanhemii* Hiſtoriam Eccleſiaſticam N. T. Sec. III. ſect. II. Tom. I. Opp. p. 700. Ejusdemque Miſcellanea S. Antiquit. lib. III. Part. II. Append. Tom. II. Opp. p. 400 ſqq. Interfecta eſt à militibus A. C. CCXXXV. cum *Alexandro* Imperatore. Plura de illa in Commentario de Vitis Auguſtarum proferre conſtitui. Confer interea *Herodianum* lib. V. & *Lampridium* in Vita *Alexandri* Imp.

MANTO, mulier fatidica, vid. *Olearii* diſſ. de Poëtriis Gr. num. XLIII.

MARCELLA, primæ nobilitatis femina, & *Albinæ* filia, ſeptimo conjugii menſe marito orbata *Cerealem* Coſ. A. C. CCCLVIII. nuptias ejus ambientem pertinaciter rejecit, & vitæ monaſticæ atque lectioni Scripturæ ſacræ ſe totam addixit. *Origeniſtis*, qui *Hieroſolymis* invaleſcere coeperunt, acriter ſe oppoſuit, tandemque effecit, ut damnarentur. Obiit Romæ A. C. CCCCX. paulo poſt urbem à Gothis captam. Ejus Epitaphium à S. *Hieronymo* ſcriptum eſt Epiſt. XCVI. (al. XVI.) ad Principiam virginem Tom. IV. Part. II. Opp. pag. 778 ſqq. ed. *Martianay*, ex quo hæc tantum proferre lubet: *Quid in illa virtutum, quid ingenii, quid ſanctitatis, quid puritatis invenerim, vereor dicere, ne fidem credulitatis excedam, & tibi majorem dolorem incutiam, recordanti, quanto bono carueris. Hoc ſolum dicam, quod quidquid in nobis longo ſtudio fuit congregatum, &* medi-

meditatione diuturna quasi in naturam versum; *hoc illa libavit, hoc didicit atque possedit*; *ita ut post profectionem nostram, si de aliquo testimonio Scripturarum oborta esset contentio, ad illam judicem pergeretur. Et quia valde prudens erat, & noverat illud, quod appellant Philosophi* τὸ πρέπον, *id est*, decere *quod facias*: *sic ad interrogata respondebat, ut etiam sua, non sua diceret, sed vel mea, vel cujuslibet alterius, ut in eo ipso, quod docebat, se discipulam fateretur. Sciebat enim dictum ab Apostolo* (1 Tim. II. 12.) Docere autem mulieri non permitto; *ne virili sexui & interdum sacerdotibus, de obscuris & ambiguis sciscitantibus, facere videretur injuriam.* Permulta *Marcellæ* elogia ex scriptis S. *Hieronymi* diligenter collecta profert *Tillemontius* Mem. Eccles. gallice edit. Tom. 12. pag. 66 sqq. Scripsit S. *Hieronymus* ad illam Epistolam VII. de Ephod & Teraphim Tom. II. Opp. pag. 611. ed. *Martianay.* Epist. X. de Commentariis *Rheticii* in Canticum Canticorum ibid. pag. 622. Epist. XIV. de decem nominibus Dei ib. pag. 704. Epist. XV. de quibusdam Hebræis nominibus ib. pag. 705. Epist. XVI. de voce diaspalma ib. pag. 706. Epist. XVIII. de aliquot locis Psalmi CXXVI. ibid. pag. 711. Epist. V. contra Novatianos hæreticos Tom. IV. Part. I. Opp. pag. 164. Epist. VI. de quinque quæstionibus N. T. ibid. pag. 165. Epist. XIX. de aegrotatione Blesillae ib. Part. II. pag. 49. Epist. XX. de exitu Leae, ibid pag. 51. Epist. XXI. de laudibus Asellae ibid. pag. 52. Epist. XXIV–XXVII. ibid. pag. 61 sqq. & Epist. LXXXVII. ad *Pammachium* & *Marcellam* ibid. pag. 689. Exhortatio ad *Marcellam*, ut adversa tolleret, S. *Hieronymo* falso adscripta, exstat Tom. V. pag. 37. Confer de illa *Jo. Andr. Schmidium* in muliere orthodoxa §. 12. aliosque Scriptores Historiae Eccles.

MARCELLINA Seculo II. post. C. N. vixit, & tempore *Aniceti* Romani Episcopi Romam veniens, atque *Carpocratianam* haeresin omnibus modis divulgans, multos seduxit. S. *Irenæus* lib. I. cap. 24. adv. Haereses: Marcellina *Romam sub* Aniceto *venit, & cum esset hujus doctrinæ, multos exterminavit.* & ex illo S. *Epiphanius* haeres. 27. segm. 6. Tom. I. Opp. pag. 107. A. Ἦλθε εἰς ἡμᾶς ἤδη πῶς Μαρκελλίνα τις ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθεῖσα, καὶ πολλοὺς ἐλυμήνατο ἐν χρόνοις Ἀνικήτου Ἐπισκόπου Ῥώμης· & pag. 108. A. Ἐν χρόνοις, ὡς ἔφημεν, Ἀνική-

του ἡ προδεδηλωμένη Μαρκελλίνα ἐν Ῥώμῃ γενομένη, τὴν λύμην τῆς Καρποκρᾶ διδασκαλίας ἐξεμέσασα, πολλοὺς τῶν ἐκεῖσε λυμηναμένη ἠφάνισε. S. *Augustinus* lib. de haeresibus num. VII. *Secte ipsius* (Carpocratianorum) *fuisse traditur quedam* Marcellina, *que colebat imagines* Jesu, *&* Pauli, *&* Homeri, *&* Pythagorae, *adorando incensumque ponendo*, atque Auctor Praedestinati cap. 7. *Habebant* Marcellinam *quandam, que imagines* Iesu, *&* Pauli, *&* Pythagorae *Philosophi ponebat in medio populi, quem decipiebat, & faciebat eos his imaginibus honorem deitatis exhibere & incensum ponere. Marcelline* etiam cujusdam mentio fit in *Origenis* lib. V. contra *Celsum* pag. 272. ed. Cantabr. Κέλσος οἶδε καὶ Μαρκελλιανοὺς ἀπὸ Μαρκελλίνας, καὶ Ἁρποκρατιανοὺς ἀπὸ Σαλώμης, καὶ ἄλλους ἀπὸ Μαριάμμης, καὶ ἄλλους ἀπὸ Μάρθας. Ἡμεῖς δὲ, οἱ διὰ τὴν κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν φιλομάθειαν οὐ μόνα τὰ ἐν τῷ λόγῳ καὶ τὰς διαφορὰς τῶν ἐν αὐτῷ ἐξετάσαντες· ἀλλ᾽ ὅση δύναμις, καὶ τὰ τῶν φιλοσοφησάντων φιλαλήθως ἐρευνήσαντες, οὐδέποτε τούτοις ὡμιλήσαμεν. *Spenserus* in notis ad h. l. pro Ἁρποκρατιανοὺς legendum esse putat Καρποκρατιανοὺς. *A Marcellina* haeretica distinguenda est S. Marcellina, Soror S. *Ambrosii*, qui ad illam scripsit epistolam, num. 54. de corporum SS. Gervasii & Protasii Martyrum inventione, translatione, basilicae dedicatione, miraculis & ad populum concione. De haeretica vid. *Tillemontii* Memor. Eccl. gallice editas Tom. II. Part. II. pag. 161. ed. in 12. *Jo. Andr. Schmidii* diss. de muliere heterodoxa §. 5. *Tho. Ittigii* diss. de Haeres. sect. II. cap. 3. §. 6. pag. 112. & *Teustkingii* Gynaeceum Fan. pag. 433.

MARCIA Varronis *filia, non solum docta literis, sed etiam pictura & sculptura, que tamen Viros nunquam aut pingere voluit, aut sculpere, ne partes, quas natura pudendas effecit, fingere cogeretur.* Haec nescio, quo auctore tradunt *Jo. Bapt. Fulgosus* lib. VI. cap. 1. factorum & dictorum memorabilium, *Jo. Ravisius Textor* in Officina lib. V. cap. 52. & *Laelius Bisciola* Horarum subseciv. Tom. II. lib. XIV. cap. 19.

MARCIA CREMUTIA vid. *Cremutia*.

MARIA ἡ Θεοτόκος, Virgo sanctissima & mulierum fortunatissima, inter feminas pias & sapientes primum omnino locum obtinet, quia Spritus S. testatur,

eam

eam fuisse beatam, quae credidit, Luc. I. 45. *eam audivisse & custodivisse verbum Dei*, Luc. XI. 27. *eam conservasse omnia verba, & contulisse omnia facta haec in corde suo*, *Luc*. II. 19 & 51. Quamvis autem dubium non sit, quin S. *Maria* Servatoris nostri dictis & factis certum testimonium una cum Apostolis perhibuerit, Christus tamen pari eam munere cum discipulis suis fungi noluit, unde *Epiphanius* haeres. LXXIX. diserte negat, *Mariam* munus Ecclesiasticum attigisse. Scripta quidem varia sub nomine Mariae circumferuntur, sed inter ipsos Pontificios non defuerunt Viri celeberrimi, qui ista falso S. Mariae adscribi affirmarent. Sunt autem haec: I. Epistola ad S. *Ignatium*. II. Epistola ad Messanenses. III. Epistola ad Florentinos. Exstant illae in Celeb. *Fabricii* Codice Apocrypho N. T. Vol. I. pag. 843 sqq. ubi simul variorum judicia de illis proferuntur, earumque editiones recensentur. Adde libri laudati Vol. II. pag. 663. sq. ubi quoque pag. 661 sq. S. *Mariae Lauretanae* Epistola satirica ad *Glaucoplutum* exhibetur. *IV*. & *V*. Interrogationes majores & minores; libri à Gnosticis jactati, ex quibus quaedam prorsus turpia, obscoena & plena blasphemiae affert *Epiphanius* haeres. *XXVI*. cap. 8. *VII*. Precatio Magica, cujus excerpta exhibet laudatus *Fabricius* l. c. Vol. II. pag. 561 sqq. *VIII*. Liber colloquii S. *Mariae* Virginis, qui memoratur in catalogo membranarum & laminarum, quae ex arabico versae latine traduntur repertae An. 1595. in cavernis Granatensibus. VIII. Liber de miraculis Christi & de annulo Regis *Salomonis*, quem memorat *Jo. Tolandus* in Nazareno suo pag. 22. Silentio praetereo Scriptores de vita & miraculis B. Mariae, qui in Bibliothecis Theologicis recensentur, nec non alias mulieres sanctas hujus nominis, de quibus consulendi sunt Scriptores Eccles.

MARIA Chemica saepe allegatur & laudatur in collectione MSta Chemicorum Graecorum, quam recenset Celeb. *Fabricius* Biblioth. Gr. *Vol. XII*. p. 670 sqq. vid. infra *Mirjam*.

MARIA PILIA, filia *Demetrii Coresae* & uxor *Sylvestri Misimilangae*, coenobium intratura, An. Chr. CIↃIↃLXXIIII. testamentum fecit, cujus partem habes (num. *LXXXI*.)

MARIAMNA & MARTHA, haeresibus quibusdam originem dederunt

se-

fecundum *Celſum* Epicureum, quarum tamen nullam mentionem facere Auctores Eccleſiaſticos & philoſophicos affirmat *Origenes* lib. V. contra *Celſum* pag. 272. ed. Cant. vid. *Spencerus* ad. h. l.

MARMARIUM amica Epicuri Philoſophi, teſte *Diogene Laërtio* lib. X. ſegm. 7.

MARSEPIA, mulier fatidica commentitia. vid. notas ad *Olearii* diſſ. de Poëtriis Gr. pag. 164. not. 44.

MARTHA, Syra fatidica. vid. notas ad *Olearii* diſſ. de Poëtriis Gr. pag. 165. not. 44.

MARTHA, Poëtria, vid. notas ad *Olearium* l. c.

MARTHANA, à *Damaſceno* lib. de haereſibus pag. 295. *Marthina* appellata, & MARTHO, ſeu *Marthus*, fuerunt mulieres haereticae Sec. III. oriundae ex ſtirpe *Elxaï* Judaei ſub Trajano Imp. auctoris *Helceſaitarum*, qui etiam *Elceſaei*, *Samoſaei* & *Oſſeni* dicebantur. Hi iſtas mulieres adeo venerabantur, ut illarum ſputum & pedum pulverem ad remedium morborum colligerent, & ad amuleta atque phylacteria reſervarent. Confer de illis praeter *Epiphanium* haer. XIX. cap. 2. pag. 41: & haer. LIII. cap. 1. pag. 461. & *Euſebium* Hiſt. Eccleſ. *VI*, 38. pag. 233. plurimos Scriptores recentiores Hiſtoriae Eccleſ. & inprimis *Jo. Andr. Schmidium* in muliere heterodoxa §. 13. & *Jo. Henr. Feuſtkingium* in Gynaeceo haeretico pag. 440.

MARTIA, vid. *Marcia*.

MARTIA *Proba*, natione Britanna, & Britannorum Regis *Guithelini* circa A. M. MMMDCXX Conjux, appellatur Regina, omnibus inſignioribus naturae dotibus praedita, omnibus tum animi tum corporis excellentioribus dotibus ornata à *Jo. Pitſeo* de illuſtribus Britanniae Scriptoribus pag. 66. qui addit: *Mortuo Rege marito ipſa per integros ſeptem annos ſtrenue regnum adminiſtravit, quia filiolus ejus toto illo tempore per aetatis teneritudinem, nondum erat idoneus imperio. Hujus reginae fuerunt leges illae, quae* Martianae *vocari ſolebant, quarum omnis vis & conatus in eo ſitus erat, ut foverentur virtutes, exterminarentur vitia; & bona diſciplina in Republica conſervaretur. Has leges* Gildas *in latinam, & multo*

poſt

post tempore Rex Alfredus *in Saxonicam linguam vertit.* Hunc tamen non *Martianas*, sed *Mercianas* leges digessisse, & Saxonicis inseruisse, non vero in Saxonicam linguam transtulisse, observat *Miltonus* in Historia Angliae anglice edita lib. I. ad A. M. MMMDCXV. Confer de Martia Scriptores Historiae Anglicae, & *Baleum* de Scriptoribus Angliae Cent. I. num. 15.

MAXIMILLA (quod nomen φοβερώτατον, ἄγριον καὶ βαρβαρικὸν dicit *Epiphanius* num. XCII.) & PRISCA, sive PRISCILLA, fuerunt *Montani* haeretici discipulae atque pseudoprophetissae, in Cataphrygarum sive Phrygastarum haeresi omnium sermone laudibusque celebratae, quod post *Eusebium*, (num. LXXXII.) testatur *S. Hieronymus* in Epistola ad *Marcellam* adversus *Montanum*: *Aperta est convincenda blasphemia dicentium, Deum primum voluisse in Veteri Testamento per Moysen & Prophetas salvare mundum; sed quia non potuerit explere, corpus sumpsisse de virgine, & in Christo sub specie filii praedicantem obiisse mortem pro nobis. Et quia per duos gradus mundum salvare nequiverit, ad extremum per Spiritum Sanctum in* Montanum, Priscam & Maximillam *insanas feminas descendisse, & plenitudinem, quam Paulus non habuerit, dicens* 1 *Cor. XIII. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & nunc videmus per speculum in aenigmate; abscisum & semivirum habuisse* Montanum. Idem Auctor in Epistola ad *Ctesiphontem* adversus *Pelagianos* Tom. IV. Opp. Part. II. pag. 477. ed. *Martian.* scribit: Montanus *immundi spiritus praedicator multas Ecclesias per* Priscam & Maximillam, *nobiles & opulentas feminas, primum auro corrupit, deinde haeresi polluit.* Illas, simulac spiritu repletae fuerint, à viris suis profugisse, & *Priscam* impudenter à suis virginem appellatam esse, affirmat *Apollonius* Ephesi Episcopus apud *Eusebium*, (num. LXXXIII.) quin etiam *Nicephorus Callistus* (num. *LXXXIV.*) has duas mulieres *Montani* uxores appellat. Earum scripta libros propheticos appellari, & in majori pretio apud Montanistas esse, quam divinum Evangelium, tradunt *Theodoretus*, (num. LXXXV.) & *Nicephorus Callistus.* (num. LXXXVI.) Approbantur istæ prophetiae à *Tertulliano* Montanistarum fautore in libro adversus *Praxeam* sub initium: *Idem* (Praxeas) *Episcopum Romanum*, (Anicetum) *agnoscentem jam prophetias* Montani, Priscæ, Maximillæ, *& ex ea*

 agni-

agnitione pacem Ecclesiis Asiae & Phrygiae inferentem, falsa de ipsis Prophetis & Ecclesiis eorum adseverando, & praecessorum ejus auctoritates defendendo, coëgit & litteras pacis revocare jam emissas, & à proposito recipiendorum charismatum concessare. Ita duo negotia diaboli Praxeas *Romae procuravit; prophetiam expulit, & haeresin intulit. Paracletum fugavit, & Patrem crucifixit.* Atque in lib. de Jejuniis cap. 1. *Exteriores & interiores botuli Psychicorum Paracleto controversiam faciunt; propter hoc novae prophetiae recusantur, non quod alium Deum praedicent* Montanus & Priscilla & Maximilla, *nec quod Jesum Christum solvant, nec quod aliquam fidei aut spei regulam evertant; sed quod plane doceant, saepius jejunare, quam nubere.* Auctor quoque Actorum Passionis SS. *Perpetuae* & *Felicitatis*, cum notis *Lucae Holstenii* editorum, ad has prophetias respicere videtur, dum in praefatione pag. 2 sq. novas visiones defendit. Attamen *Apollinaris* Episcopus Hierapolitanus in Phrygia, vel secundum *Valesium*, *Asterius Urbanus* apud *Eusebium*, (num. *LXXXVII.*) & *Epiphanius*, (num. XCI.) duas istas mulierculas vesano spiritu à diabolo repletas esse expresse dicunt. Plura Excerpta ex hujus *Apollinaris*, nec non *Apollonii* Episcopi Ephesini libris adversus Montanistas exstant in *Eusebii* Historia Eccles. lib. V. cap. 17 sq. p. 179 sqq. quae magna ex parte in *Nicephori Callisti* Historia Ecclesiast. lib. IV. cap. 23 – 26. Tom. I. pag. 320 sqq. repetuntur. Alios etiam quamplures, & in his nominatim *Miltiadem* & *Cajum* contra *Montani* asseclas scripsisse, testantur *Eusebius* l. c. cap. 17. pag. 179. B. & *Theodoretus* Haeretic. Fabul. lib. III. cap. 2. Tom. IV. Opp. pag. 227. D. Concilia tria contra *Montanum* & *Maximillam* habita ex libello Synodico memorantur in *Labbei* Conciliis, (num. LXXXVIII — XC.) Dicta vel vaticinia tria *Maximillae* recenset, & copiose refutat *Epiphanius*. (num. XCI — XCIII.) Alia duo profert, & explodit *Apollinaris Hieropolitanus* Episcopus, vel ex *Valesii* sententia *Asterius Urbanus* apud *Eusebium*, (num. XCIV sq.) ex cujus verbis recte colligit *Tillemontius* in Commentariis Historiae Ecclesiasticae gallice editis Tom. II. in Montanistarum haeresi art. 5. pag. 427. *Maximillam* periisse demum A. C. CCXVIII. vel CCXIX. quia intra duo integra secula Ecclesia & Imperium Romanum tantum ab Anno CCXVIII. usque ad Annum CCXXXII. pacem cum hostibus habuerunt.

runt. Illam autem laqueo sibi gulam fregisse refert *Apollinaris* laudatus apud *Eusebium*, (num. XCVI.) qui paulo post addit: *ἴσως μὲν οὕτως, ἴσως δὲ οὐχ οὕτως τετελευτήκασι Μοντανός τε καὶ Θεόδοτος καὶ ἡ προειρημένη γυνή.* *Priscillam* tamen apud *Montanistas* majore in honore fuisse, quam *Maximillam*, liquet ex *Epiphanio*, [num. XCVII.] qui ab illa *Priscillianorum* haeresin nomen traxisse refert, & ex *Basilio M.* (num. XCVIII.) qui testatur, *Montanistas* illam *Montanum*que Paracleti nomine appellasse, & in illorum nomen baptizasse; quod vero non ad literam intelligendum esse censet *Tillemontius* l. c. art. 9. pag. 436, & *Garnerius* in notis ad *Basilium*. Ejus dictum quoddam memorat *Tertullianus* in lib. de Resurrectione carnis cap. 11. *Nemo tam carnaliter vivit, quam qui negant carnis resurrectionem. Negantes enim ejus pœnam, despiciunt & disciplinam. De quibus luculenter & Paracletus per Prophetidem* Priscam: Carnes sunt & carnem oderunt. Existimavit *Jac. Pamelius* in notis ad *Tertullianum* de anima cap. IX. Sororem, cujus vaticinia *Tertullianus* l. c. laudat, fuisse *Priscillam*, reliqui autem Interpretes ab illo dissentiunt. Illam ante An. CCXI. mortuam esse, recte observat *Tillemontius* l. c. art. 5. pag. 428. & art. 11. pag. 440. quia *Apollonius*, qui circa Annum CCXI. contra *Montanistas* scripsit, ejus tanquam jam defunctae, (num. LXXXIII.) mentionem facit. Confer de *Maximilla* & *Priscilla Jo. Andr. Schmidii* differt. de muliere heterodoxa §. 9-12. & *Johan. Henr. Feustkingii* Gynaeceum haeretico-fanaticum pag. 444 sqq. & pag. 515 sqq. de *Priscilla Gust. Ge. Zeltneri* diss. de *Priscilla* Aquilae uxore §. 1.

MEDEA fuit filia *Æetae*, regis Colchorum, & *Idyiae*, teste *Hesiodo* in Theogonia v. 958 sqq.

Αἰήτης υἱὸς φαεσιμβρότου Ἠελίοιο,
Κούρην Ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο
Γῆμε θεῶν βουλῇσιν Ἰδυῖαν καλλιπάρηον.
Ἡ δέ οἱ Μηδείαν εὔσφυρον ἐν φιλότητι
Γείναθ' ὑποδμηθεῖσα διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

& *Cicerone* lib. III. cap. 19. de Natura Deorum: *Quid* Medeae *respondebis? quae*

duo-

duobus avis, Sole & Oceano, Æeta patre, & matre Idyia procreata est. Dissentire tamen Auctores de ejus matre, tradit *Scholiastes Apollonii Rhodii* ad Argonaut. III. v. 242. Διονύσιος ὁ Μιλήσιος λέγει, Ἑκάτην μητέρα Μηδείας καὶ Κίρκης, ὡς προείρηται· Σοφοκλῆς Νεαίραν, μίαν τῶν Νηρηΐδων. Ἡσίοδος δὲ Ἰδυῖαν. Sorores ejus fuerunt *Circe* secundum *Diodorum Siculum* lib. IV. pag. 176. D. & *Dionysium Milesium* apud *Scholiastem Apollonii* l. c. atque *Chalciope* secundum *Ovidium* in Epistola *Helenae* ad *Paridem* XVII. Heroid. v. 232. & *Hyginum* fab. 14 & fab. 21. quibus *Angitiam* addit *Solinus* in Polyhistore cap. 2. *Cælius Æetæ treis filias dicit,* Angitiam, Medeam, & Circen: Circen *Circejos insedisse montes, carminum maleficiis varias imaginum facies mentientem;* Angitiam *vicina Fucino occupavisse, ibique salubri scientia adversus morbos resistentem, cum dedisset hominem vivere, Deam habitam;* Medeam *ab* Jasone *Buthroti sepultam, filiumque ejus Marsis imperasse.* De *Angitia* canit *Silius Italicus* Punicorum lib. VIII. v. 500 sqq.

Æetae prolem Angitiam mala gramina primam
Monstravisse ferunt, tactuque domare venena,
Et Lunam excussisse polo, stridoribus omnes
Frenantem, ac silvis montes nudasse vocatis.

Illam esse Deam unam eandemque cum *Angerona*, vel *Angeronia*, (quas tamen diversas esse nonnulli statuunt,) multis fit verisimile, primum, quia *Boccatius* Genealogiae Deorum lib. IV. cap. 15 è *Theodontio* refert, *Angitiam* & *Angeroniam* haberi à quibusdam pro synonymis; deinde quia in scriptura quadam Inscriptionis veteris apud *Reinesium* Class. I. num. CCXXXVI. ANGITIA ANGERONA ET SOL INVICTUS, omissa inter duo priora vocabula propria copulâ, & II. SIGNA tantum memorantur. De *Angeronia Macrobius* Saturn. lib. I. cap. 10. " Duodecimo Kalendarum Januar. feriae sunt divae " Angeroniae, cui Pontifices in sacello Volupiae sacrum faciunt: quam *Verrius* " *Flaccus* Angeroniam dici ait, quod angores ac animorum solicitudines propi- " ciata depellat. *Masurius* adjicit simulacrum hujus Deae ore obligato atque " signato in ara Volupiae propterea collocatum; quod qui suos dolores anxie-

" tates-

" tatesque diſſimulant, perveniant patientiae beneficio ad maximam voluptatem. " *Julius Modeſtus* ideo ſacrificari huic Deae dicit, quod populus Romanus mor- " bo, qui angina dicitur, praemiſſo voto ſit liberatus. " & lib. III. cap. 9. *Sunt qui Angeronam, (Deam, in cujus tutela urbs Roma eſt, crediderunt,) quae digito ad os admoto ſilentium denuntiat.* Feſtus: *Angeronae Deae ſacra à Romanis inſtituta ſunt, cum angina omne genus animalium conſumeretur, cujus feſta Angeronalia dicebantur.* *Plinius* lib. III. cap. 9. " Diva Angerona, cui ſacrificatur ad diem " XII. Calend. Januarii, ore obligato obſignatoque ſimulacrum habet. Et *Soli-* " *nus* cap. 1. Inter antiquiſſimas ſane religiones ſacellum colitur Angeronae, cui " ſacrificatur ante diem duodecimum calendarum Januariarum, quæ diva prae- " ſul ſilentii iſtius praenexo obſignatoque ore ſimulacrum habet. " Schemata tria *Angeronae*, digitum ad os admoventis, exhibet Celeberrimus *Montfauconus* Antiquit. illuſtr. Tom. I. Part. 2. lib. 3. cap. 11. tab. CCXIII. Ipſam *Medeam* vocatam eſſe in Italia *Angitiam*, tradit *Servius* ad *Virgilium* Æn. VII. v. 790: Quin & Marrubia venit de gente Sacerdos; " ſcilicet *Medea*, quando re- " lictis Colchis *Jaſonem* ſecuta eſt, dicitur ad Italiam perveniſſe, & populos " quosdam circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui *Marrubii* appella- " bantur, quaſi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinem, docuit " remedia contra ſerpentes. Quanquam alii *Marrubios* à rege dictos velint. Hi " ergo populi *Medeam Angitiam* nominaverunt ab eo, quod ejus carminibus " ſerpentes angerent. ". In hanc ſententiam Gloſſarium vetus: Angicia, ſive Anguitia, Μήδεια· *Angitia* tacta eſt ab *Anguitia*, ut angiportus ab anguiportu, ſecundum *Donatum* ad *Terentii* Adelph. Act. IV. ſc. 2. v. 37. *Anguiae*, vel *Anguitiae* nemus memorat *Vibius Sequeſter* de Fluminibus &c. pag. 166. ed. *Heſſel.* adde Interpp. *Virgilii* ad Æn. VII. v. 759. & *Cluverium* Ital. Ant. lib. II. pag. 177. *Anguitia* proprie eſt Ἐχῖτις, ſive Ἐχιδναῖα, ab anguibus ciendis carmine, quia poteſtatem habebat in ſerpentes, vid. *Delrionem* ad *Senecæ* Medeam v. 1024. Anguis ex Græco ἔχις, quod Siculi Dores dicebant ἄχις. Addito ν more Latinorum, *anguis*, ut ἔγχελυς *anguilla*. Mutabant etiam χ in G. ut ἄγχω *ango*; ſic angis ἔχις, *Angitia* ἡ Ἐχῖτις, Ἐχίδνα, Ἐχιδναία. Confer *Salmaſii* Exercitt.

 Plin.

Plin. Tom. I. pag. 60. b. & *Reinesii* Opus Inscript. cl. 1. pag. 220. Fabulas de *Medeæ* crudelitate & veneficiis praeter *Ovidium* Metamorph. lib. VII. fab. 1-5. *Senecam* Tragicum in Medea, *Apollodorum* Bibliothecæ lib. I. cap. 9. §. 23 sqq. *Hyginum* fab. 21-26. aliosque Mythologos & Poëtas copiose recenset *Diodorus Siculus* lib. IV. Biblioth. pag. 176 sqq. qui pag. 180. B. addit: Καθόλου διὰ τὴν τῶν τραγῳδῶν τερατείαν ποικίλη τὶς καὶ διάφορος ἱςορία περὶ Μηδείας ἐξενήνεκται. Fabulam de Argonautarum expeditione, & *Jasone Medeæ* ope aureum vellus occupante, ad Alchemiæ antiqitatem demonstrandam trahunt *Suidas* in χρυσόμαλλον δέρας, *Eustathius* ad *Dionysii Perieg.* v. 691. & multi alii hos secuti. Confer omnino *Ol. Borrichii* diss. de origine & progressu Chemiæ pag. 84 sq. & Hermetem vindic. pag. 87 sqq. Multi credunt, *Medeam* Græcis commendasse balneorum & unctionum usum, forte etiam exercitationum, quibus corpora meliorem habitum pulchritudinemque acciperent; quod poëtis ansam dedit fingendi, quod illa homines unguentis magicis, eosque percoquendo in lebete, ad pulchritudinem roburque juvenile revocaverit. Hæc fuit jam olim sententia *Diogenis* apud *Stobæum* Serm. XXIX. περὶ Φιλοπονίας pag. 207. summa: Ὁ Διογένης ἔλεγε τὴν Μηδείαν σοφὴν, ἀλλ᾽ οὐ φαρμακίδα, γενέσθαι· λαμβάνουσαν γὰρ μαλακοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰ σώματα διεφθαρμένους ὑπὸ τρυφῆς, ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ τοῖς πυρατηρίοις διαπονεῖν καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν καὶ σφριγῶντας· ὅθεν περὶ αὐτῆς ῥυῆναι τὴν δόξαν, ὅτι τὰ κρέα ἕψουσα, νέους ἐποίει. Fabulam istam de *Medea*, canos senum capillos tingere excogitante, intelligendam esse, asserunt *Palæphatus* περὶ ἀπίςων cap. 44. Φασὶν, ὡς Μηδεία ἀφέψουσα τοὺς πρεσβυτέρους, νέους ἐποίει. Ἐγένετο δὲ τοιοῦτον. Μήδεια πρώτη τοιοῦτον ἄνθος εὗρε, δυνάμενον καὶ λευκὰς ποιῆσαι τὰς τρίχας καὶ μελαίνας. Τοὺς οὖν γέροντας ἐκ πολιῶν μελαίνας τρίχας ἐποίει φαίνεσθαι ἔχοντας. Πυρίαν οὖν πρώτη Μήδεια ἐξεῦρεν. Ἐπυρία οὖν τοὺς βουλομένους, οὐκ ἐν τῷ προφανεῖ ἵνα μή τις μάθῃ τῶν ἰατρῶν. Ὄνομα ἦν τῷ πράγματι παρέψησις. Οἱ γοῦν ἄνθρωποι ταῖς πυριάσεσιν ἐγίνοντο κουφότεροι, καὶ ὑγιεινότεροι. Ἐκ δὴ τούτου ὁρῶντες τὴν παρασκευὴν, λέβητας καὶ ξύλα, καὶ πῦρ, ἐνόμισαν ὡς ἕψει τοὺς ἀνθρώπους. Ὁ δὲ Πελίας, ἄνθρωπος γέρων καὶ ἀσθενὴς, πυριώμενος ἐτελεύτησε. Et *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. I. cap. 16. pag. 307. atque ex

illo

illo *Eusebius* Praepar. Evangel. X. 6. pag. 476. A. Μήδεια, ἡ Αἰήτου, ἡ Κολχὶς, πρώτη βαφὴν τριχῶν ἐπινόησεν. Omnes affirmant, eam herbarum vires probe cognitas habuisse, unde *Ovidius* Artis amat. lib. II. v. 101.

Non facient, ut vivat amor, Medeides herbe,
Mixtaque cum magicis naenia Marsa sonis.

& *Macrobius* Saturn. lib. I. cap. 12. *Quidam* Medeam *putant, quod in aedem ejus omne genus herbarum sit, ex quibus antistites dant plerumque medicinas; & quod templum ejus virum introire non liceat, propter injuriam, quam ab ingrato viro* Jasone *perpessa est. Apollonius* Medeae tribuit arculam pharmacis repletam Argon. III. v. 801.

Ἦ καὶ φωριαμὸν μετεκίαθεν, ᾧ ἔνι πολλὰ
Φάρμακά οἱ, τὰ μὲν ἐσθλά, τὰ δὲ ῥαιστήρι' ἔκειτο.

In eodem libro v. 1040 sqq. Auctor refert, ipsam Jasoni unguentum aliquod dedisse, quo se armaque sua perungeret, ut humano majus robur sibi compararet, omnibusque armis ac telis impenetrabilis esset. *Tibullus* lib. I. eleg. 2. v. 51.

Sola tenere malas Medeae *dicitur herbas.*

Confer de illa *Tiraquelli* lib. de Nobilitate cap. 31. num. 327. & Historiae medicae Scriptores.

MEGARA, Poëtria. vide *Olearii* dissertationem de Poëtriis Graecis, num. XLV.

MELISSA, Samia, Pythagorica, cujus epistola ad *Claretam*, sive *Clearetam* exstat, dorice scripta, de moribus & vestibus honestarum feminarum; in qua colorem, qui ex pudore provenit, solum rubeum colorem esse dicit, quo honestarum mulierum vultus ornari debeat. (vide num. XCIX.) Addit *Menagius*: *Est enim erubescentia virtutis color, quod dicebat* Diogenes Cynicus *adolescentulo, quem erubescentem cernebat, ut est apud* Laërtium *in* Diogene Cynico. *Sed &* Synesius *oratione de regno*, ubi de erubescentia: τό τοι χρῶμα τοῦτο τὴν ἐκ μεταγνοίας

νοῖας ἀρετὴν ὑπισχνεῖται. *Et* Pythias, Aristotelis *filia, interrogata, qui color esset pulcherrimus, dixit, qui per verecundiam ingenuis oboritur. Dictum hoc refert* Stobaeus *Sermone de verecundia.* S. Ambrosium *vide sis* lib. I. *de Virginitate* cap. 6. Alia est *Melissa* Periandri uxor & *Proclis* Epidaurii filia, cujus mentionem faciunt *Herodotus* in Thalia lib. III. cap. 50. & in Terpsichore lib. V. cap. 92. *Plutarchus* in Convivio VII. Sapientum Tom. II. Opp. pag. 146. D. *Athenaeus* lib. XIII. pag. 589. F. & *Diogenes Laërtius* lib. I. segm. 94. ubi vide notas *Menagii*, qui ex *Porphyrio* de antro Nympharum, *Scholiaste Theocriti* ad Idyll. XV. v. 94 *Hesychio* & *Auctore Etymologici* probat, Nymphas aquarum & Sacerdotes Cereris ab antiquis vocatas esse Μελίσσας, ab antiquo verbo μελίσσω, quod est πραΰνω, ἀρέσκω, *placo. Melissam* uxorem Carneadis Philosophi memorat *Valerius Maximus* lib. VIII. cap. 7. extern. num. 9. *Eum* (Carneadem) Melissa, *quam uxoris loco habebat, temperato inter studia non interpellandi, sed inediae succurrendi officio, dexteram suam necessariis usibus aptabat. Melissi* Samiorum praefecti, Viri Philosophiae dediti, meminit *Plutarchus* in vita Periclis Tom. I. Opp. pag. 166. C. qui forte fuit gentilis *Melissae* nostrae, de qua confer *Menagii* Historiam Mulierum Philos. segm. 109. & *Fabricii* Bibliothecam Gr. Vol. I. p. 425, 432, 527 & 530.

MEMMIA, seu *Emmia*, seu *Inemia*, seu *Mnemia Timothoe*, seu *Cymothoe*, temporibus *Ennii* scripsit hymnos in *Apollinem* & *Musas*, teste *Isidoro* Hispal. Originum lib. I. cap. 38.

MENEXENA, *Diodori Croni* filia, Dialectica. vide ARGIA.

MICHALE vid. MYCALE.

MINERVA vide PALLAS.

MINUCIA C. L. *Aste Medica* memoratur in veteri lapide apud *Fulv. Ursinum* pag. 100. & apud *Gruterum* pag. DCXXXVI. 2.

MIRIAM, seu *Maria*, soror *Aaronis* & *Mosis*, memoratur in Scriptura S. Exod. II. 4 sqq. Exod. XV. 20 sq. & Num. XII. 1 sq. atque Prophetissa appellatur Exod. XV. 20. Huic tribui librum chemicum de Chrysopoeia, docet Celeberrimus *Fabricius* Vol. I. Codicis Pseudepigraphi Vet. Test. num. CLXV. pag.

pag. 869 sqq. ex *Georgii Syncelli* Chronographia pag. 248. ed. Par. qui tamen l. c. tempora mire confundit, *Dan. Sennerti* cap. 3. de Chymicorum cum Aristotelicis & Galenicis consensu, & *Olai Borrichii* Conspectu scriptorum chemic. pag. 40. Confer de illa præter Interpretes Scripturæ S. & Auctores Bibliothecarum Hebræarum, *Gerh. Jo. Vossium* II. 75. de Idololatria, *Pet. Bælium* in Dictionario Histor. in *Marie*, & *Herm. Witsium* Miscellan. S. lib. I. cap. 23. §. 1 sqq.

MNESARCHIS, Poëtria. vid. *Olearii* dissertatio de Poëtriis Gr. num. XLVI.

MONIMA Milesia, uxor Mithridatis, Regis Ponti, laudatur à *Plutarcho* in vita *Luculli* Tom. I. Opp. pag. 503. A. Ἦσαν Μιθριδάτῃ τοῦ βασιλέως γαμεταὶ δύο, γένος Ἰωνίδες· Βερενίκη μὲν ἐκ Χίου, Μονίμη δὲ Μιλησία. Ταύτης ὁ πλεῖστος ἦν λόγος ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι τοῦ βασιλέως πειρῶντος αὐτὴν, καὶ μυρίους πεντακισχιλίους χρυσοῦς προσπέμψαντος, ἀντέσχε, μέχρις οὗ γάμων ἐγένοντο συνθῆκαι, καὶ διάδημα πέμψας αὐτῇ, βασίλισσαν ἀνηγόρευσεν. Αὕτη καὶ παρὰ τὸν ἄλλον χρόνον ἀνιαρῶς εἶχε, καὶ ἀπεθρήνει τοῦ σώματος εὐμορφίαν, ὡς δεσπότην μὲν ἀντ' ἀνδρὸς αὐτῇ, φρουρὰν δὲ βαρβάρων ἀντὶ γάμου καὶ οἴκου προξενήσασαν· πόῤῥω δέ που τῆς Ἑλλάδος ἀπῳκισμένη, τοῖς ἐλπισθεῖσιν ἀγαθοῖς ὄναρ συνέστη, τῶν δ' ἀληθινῶν ἐκείνων ἀπεστέρηται. Καὶ δὴ τοῦ Βακχίδου παραγενομένου καὶ προστάξαντος αὐταῖς ἀποθνήσκειν, ὡς ἑκάστῃ δοκοίη ῥᾷστον εἶναι καὶ ἀλυπότατον, περισπάσασα τῆς κεφαλῆς τὸ διάδημα, τῷ τραχήλῳ περιῆψε, καὶ ἀνήρτησεν ἑαυτήν· ταχὺ δ' ἀποῤῥαγέντος· ὦ κατηραμένον ἔφη ῥάκος, οὐδὲ πρὸς τοῦτό μοι χρήσιμον ἔσῃ; κἀκεῖνο μὲν ἀπέῤῥιψε προσπτύσασα, τῷ δὲ Βακχίδῃ τὴν σφαγὴν παρέσχεν. Idem in vita *Pompeji* Tom. I. Opp. pag. 639. A. tradit, hunc in arce quadam arcana monumenta *Mithridatis* nactum esse, & in his *Monimes* ad illum, & ad hanc illius lascivas epistolas.

MOSCHINA, Poëtria. vide *Olearium* l. c. num. *XLVII.*

MOSO, nomen fictum & commentitium. *Suidas* in Ἀλέξανδρος ὁ Μιλήσιος· ἐν τούτοις λέγει, ὡς γυνὴ γέγονεν Ἑβραία Μωσὼ, ἧς ἐστι σύγγραμμα ὁ παρ' Ἑβραίοις νόμος, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Μιλήσιος ὁ Πολυΐστωρ.

MUTIAE duæ forores, Q. *Mutii Scævolæ* ex *Lælia* filiæ, vid. fupra *Lælia.*

MYCALE five *Mirbale*, mulier Centaurea & venefica, de qua *Ovidius* Metamorph. lib. XII. v. 263.

— — — — Orio
Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
Sæpe reluctanti constabat cornua lunæ.

Et *Seneca* in Hercule Oetæo v. 525.

Hoc docta Mycale *Thessalas docuit nurus,*
Unam inter omnes Luna quam sequitur magam,
Astris relictis.

MYIA, Poëtria. vid. *Olearii* differtatio de Poëtriis Graecis, num. XLVIII.

MYIA, five *Musca*, fuit *Pythagoræ* & *Theanus* filia, Samia fecundum *Clementem Alexandrinum* Strom. lib. IV. cap. 19. pag. 522. & *Suidam*, (num. CI.) atque uxor *Milonis* Crotoniatæ, tefte *Iamblicho* in vita Pythagoræ fub finem. Ad hanc *Pythagoræ* filiam referenda putat *Menagius* in hiftoria mulierum Philofoph. fegm. 87. verba *Porphyrii*, (num. CII.) quibus confona habent *Iamblichus*, (num. CIII.) & S. *Hieronymus* lib. I. adverfus *Jovinianum* Tom. IV. Opp. Part. II. pag. 186. ed. *Martianay: Sed* & Timæus *fcribit*, Pythagoræ *virginem filiam choro virginum præfuisse, & castitatis eas instituisse doctrinis.* Exftat ejus Epiftola ad *Phyllida* de optima nutrice eligenda, (num. C.) in cujus fine aliam epiftolam de liberorum educatione pollicetur. *Myiæ* epiftolas in Bibliotheca Bodlejana affervari, legitur in Catalogo *Tho. Jamesii* pag. 347. a. & *Tho. Hyde* pag. 477. a. quod intelligendum eft de Collectione Epiftolarum Græcarum *Aldina*, Venetiis 1499. 4. *Myiæ* aliarumque mulierum Pythagoricarum virtutes celebrat *Proclus*, (num. CV.) Addere juvat verba *Menagii*, in Hiftoria mulierum Philofoph. fegm. 88. fcribentis: Lucianus *in* Mufcæ *encomio*, (num. CIV.) *postquam* Myiam

Myiam *Poëtriam, formoſam & doctam, (quod de Theſpiaca, non de Spartana accipiendum,) &* Myiam, *meretricem Athenienſem celeberrimam, commemoravit, addit, ſe multa quoque de* Myia *Pythagorica habere dicenda, niſi nota eſſet omnibus hiſtoria. Hodie hæc hiſtoria ignoratur. Nollem eam publicare* Lucianum *ſuperſediſſe. Accidit* Tacito *idem, quod* Luciano. Noviſſimo quoque momento, ſuppeditante eloquentia, advocatis ſcriptoribus, pleraque tradidit, quæ in vulgus edita ejus verbis, invertere ſuperſedeo, inquit ille de *Seneca. Hæc* Senecæ *noviſſima verba perierunt, magno Philoſophiæ damno.* De aliis mulieribus *Myiæ* nomine appellatis vide ſis *Olearii τοῦ μακαρίτε* diſſertat. de Poëtriis Græcis ſegm. 48. De noſtra confer *Menagium* l. c. ſegm. 86 – 88. & *Fabricium* Bibliothecæ Græc. Vol. I. pag. 425, 527 & 530.

MYRO Rhodia, de qua *Suidas:* Μυρὼ, Ῥοδία, φιλόσοφος· (ἔγραψε) Χρείας γυναικῶν βασιλίδων, καὶ μύθους. vide *Menagii* Hiſtoriam mulierum Philoſophic. ſegm. 20. & ſupra *Eudociam*, quæ in Ionia ſua plura *Myrus* ſcripta memorat. De *Myrone Byzantia*, Poëtria, vid. *Olearii* diſſertatio de Poëtriis Graecis, num. XLIX.

MYRTALE. vid. *Olympias.*

MYRTHIS, Poëtria. vid. *Olearii* diſſertatio de Poëtriis Graecis, num. L.

MYRTIS, de qua *Anton. de Guevarra* in horologio Principum lib. II. cap. 35. pag. 366. Strabo *de Situ orbis dicit, quintam Lydorum Reginam fuiſſe* Myrtin, *corpore adeo humilem, ut nana videretur, animo ſapientiaque tam excelſam, uti gigantea diceretur. Hanc reginam nobiliſſimam* Myrtin, *quod & in conjugio prudens, & in viduitate caſtiſſima, & quod familiam duxit, philoſophiæ doctiſſima fuit, Lydi inter ſeptem Reges, quos ſe glorioſiſſimos habuiſſe jactant, connumerant.* Sed nullam *Myrtidis* hujus mentionem in *Strabonis* Geographia reperire potui, unde veroſimile mihi ſit, *Myrtin* hanc confundi à *Guevarra* cum *Candaule*, quarto Lydorum Rege, qui à Graecis *Myrſilus* appellatus eſt. vide *Herodotum* lib. I. cap. 7.

MYSTIS, vide *Olearium* l. c. num. LI.

N.

NESTHEADUSA, Lacæna, quæ ab *Obrechto Nisteadusa* vocatur, in catalogo Pythagoricarum mulierum clarissimarum à *Iamblicho* in vita *Pythagoræ* extrema memoratur. *Arcerius* vitiose edidit: Πισιῤῥόνδη Ταραντὶς, Νιστεάδου Σαλαχέρα, quem secutus *Thomas Stanlejus* in Historia Philosoph. anglice edita Part. VIII. cap. 24. *Pisirrhondem Nisteadis* filiam effinxit. *Kusterus Iamblichum* ex MS. emendavit: Νεστεάδουσα Λάκαινα· vide *Menagium* in Historia mulierum Philosophicarum segm. 106. & *Fabricium* Bibliothecæ Græcæ Vol. I. pag. 527.

NICARETE, Megarensis, *Stilponis*, Megarici Philosophi, amica & discipula, atque *Simniæ* Syracusani socrus. vide *Diogenes Laërtius*, (num. CVI.) & *Athenæus*, (num. CVII.) Quamvis *Stilpo* uxorem duxisset, *Nicareta* tamen scorto utebatur, teste *Onetore* apud *Laërtium* l. c. Sed aliter *Cicero* lib. de Fato cap. 5. Stilponem *Megaricum Philosophum, acutum sane hominem, & probatum temporibus illis accepimus. Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum & mulierosum fuisse; neque hoc scribunt vituperantes, sed potius ad laudem. Vitiosam enim naturam ob eo sic edomitam & compressam esse doctrina, ut nemo unquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit.* De *Nicareta* vide *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. II. pag. 823. & *Menagii* Historiam mulierum Philosoph. segm. 62. qui ex *Athenæo* addit, Meretrices Graecas plerasque humanioribus literis & mathematicis disciplinis operam dedisse. Alia fuit *Nicarete*, cujus meminit *Demosthenes* in Orat in Neaeram.

NICAULE appellata est secundum *Josephum* Antiqq. Jud. lib. VIII. cap. 6. segm. 2. Regina illa *Saba*, seu *Seba*, vel Austri, cujus sapientia celebratur 1 Reg. X. 1. 2 Chron. IX. 1. Matth. XII. 42. & Luc. XI. 32. Verba ejus sunt: Νομίζω Ἡρόδοτον τὸν Ἁλικαρνασσέα διὰ τοῦτο μετὰ Μιναῖον (Μινέαν *Big. Samb.* & *Gall.* 1.) τὸν οἰκοδομήσαντα Μέμφιν τριάκοντα καὶ τριακοσίους βασιλέας Αἰγυπτίων γενέσθαι λέγοντα, μὴ δηλῶσαι αὐτῶν τὰ ὀνόματα, ὅτι κοινῶς Φαραῶνες ἐκαλοῦντο· καὶ γὰρ μετὰ τὴν τούτων τελευτὴν γυναικὸς βασιλευσάσης λέγει τοὔνομα,

μα, Νικάυλην (Νίκαυλιν *Big. Samb.* & *Gall.* 1. *Marſhamus* aliique Νίτωκριν malint ex *Herodoto*,) καλᾶν· δηλῶν, ὡς τῶν μὲν ἀῤῥένων βασιλέων τὴν αὐτὴν προσηγορίαν ἔχειν δυναμένων, τῆς δὲ γυναικὸς οὐκ ἔτι κοινωνεῖν ἐκείνης, καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν αὐτῆς τὸ φύσει δεῆσαι ὄνομα. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐπιχωρίοις ἡμῶν βιβλίοις εὗρον, ὅτι μετὰ Φαραῶνα τὸν Σολομῶνος πενθερὸν, οὐκ ἔτι οὐδεὶς τοῦτο τὸ ὄνομα βασιλεὺς Αἰγυπτίων ἐκλήθη· καὶ ὅτε ὕστερον ἧκε πρὸς Σολομῶνα ἡ προειρημένη γυνὴ βασιλεύουσα τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αἰθιοπίας· περὶ μὲν οὖν ταύτης μετ᾽ οὐ πολὺ δηλώσομεν. Idem l. c. ſegm. 5. Τὴν τῆς Αἰγύπτου καὶ Αἰθιοπίας τότε βασιλεύουσαν γυναῖκα, σοφίᾳ διαπεπονημένην καὶ τἄλλα θαυμαστὴν, ἀκούουσαν τὴν Σολομῶνος ἀρετὴν καὶ φρόνησιν, ἐπιθυμίᾳ τῆς ὄψεως αὐτοῦ καὶ τῶν ὁσημέραι περὶ τῶν ἐκεῖ λεγομένων πρὸς αὐτὸν ἤγαγε. *Jo. Ad. Königius* in diſſertatione de Regina Auſtri, Witteb. 1679. recuſa in Theſauri Theologico-philologico Tomo II. pag. 136 ſqq. relatis illorum argumentis, qui eam vel ex Arabia, vel ex Ægypto, vel ex Æthiopia veniſſe ſtatuunt, ipſe iis accedit, qui ex Arabia veniſſe contendunt. Confer de illa praeter Interpretes Scripturae S. ad ll. cc. & Hiſtoriae Eccleſiaſticae Vet. Teſt. Scriptores, *Jo. Andr. Schmidii* diſſertat. de Regina Auſtri reſp. *Sam. Corylo*, Jen. 1693. recuſam in Theſauri allegati Tomo I. pag. 468 ſqq. *Sam. Bochartum* in Geographia S. lib. II. cap. 26. *Peringerum* in Hiſtoria Linguae & erud. Arabûm cap. 2. p. 46 ſq. & Muſeum apertum germanice editum Part. X. pag. 795 ſqq. *Andr. Tiraquellus* in XI. Legem Connubialem Gloſſ. I. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 190. a. putat, ejus mentionem feciſſe *Pauſaniam* lib. X. in Phocicis cap. 12. pag. 829. Ἐπεγράφη καὶ ὕστερον τῆς Δημοῦς παρὰ Ἑβραίοις τοῖς ὑπὲρ τῆς Παλαιστίνης γυνὴ χρησμολόγος, ὄνομα δὲ αὐτῇ Σάββη. Βηρώσσου δὲ εἶναι πατρὸς καὶ Ἐρυμάνθης μητρός φασι Σάββην· οἱ δὲ αὐτὴν Βαβυλωνίαν, ἕτεροι δὲ Σίβυλλαν καλοῦσιν Αἰγυπτίαν.

NICIDIUM, ſcortum *Epicuri* Philoſophi, teſte *Diogene Laërtio* de vitis Philoſoph. lib. X. ſegm. 7.

NICO Samia inter mulieres doctas recenſetur à Tiraquello in XI. Legem Connubialem Gloſſ. I. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 190. a. qui addit eam memoratam *Xenophonti* lib. II. Ἀπομνημονευμάτων, id eſt, memorabilium, & ex

auctore isto *Athenæo* lib. V. c. 14. Falli autem Virum doctum, liquet ex *Athenæi* verbis l. c. Σωκράτης ὁ μετὰ τῶν Ἀσπασίας αὐλητρίδων ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων συνδιατρίβων, καὶ Πίστωνι τῷ θωρακοποιῷ διαλεγόμενος, καὶ Θεοδότην διδάσκων τὴν ἑταίραν, ὡς δεῖ τοὺς ἐραστὰς ἀπολαύειν, ὡς Ξενοφῶν παρίστησιν ἐν δευτέρῳ Ἀπομνημονευμάτων. Τοιαῦτα γὰρ ποιεῖ αὐτὸν παραγγέλματα τῇ Θεοδότῃ λέγοντα, ἃ οὔτε Νικὼ ἡ Σαμία, ἢ Καλλιστράτη ἡ Λεσβία, ἢ Φιλαινὶς ἡ Λευκαδία, ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ἀθηναῖος Πυθόνικος συνεφράκασι πόθων θέλγητρα· οὗτοι γὰρ περὶ ταῦτα ἠσχόληντο περισσῶς.

NICOBULE fertur scripsisse de rebus *Alexandri* M. teste *Athenæo* lib. XII. pag. 537. D. Νικοβούλη φησὶν, ὅτι παρὰ τὸ δεῖπνον πάντες οἱ ἀγωνισταὶ ἐσπούδαζον τέρπειν τὸν βασιλέα, (Ἀλέξανδρον,) καὶ ὅτι ἐν τῷ τελευταίῳ δείπνῳ αὐτὸς ὁ Ἀλέξανδρος ἐπεισόδιόν τι μνημονεύσας, ἐκ τῆς Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας ἠγωνίσατο, καὶ τὸν ἄκρατον προθύμως προπίνων, καὶ τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζεν. Dubitatum tamen esse de ejus scriptis, hic Auctor tradit lib. X. pag. 434. C. Νικοβούλη, ἢ ὁ ἀναθεὶς ταύτῃ τὰ συγγράμματα, φησὶν, ὅτι παρὰ Μηδίῳ τῷ Θεσσαλῷ δειπνῶν Ἀλέξανδρος, εἴκοσιν οὖσιν ἐν τῷ συμποσίῳ πᾶσιν προὔπιε παρὰ πάντων τὰ ἴσα λαμβάνων, καὶ ἀναστὰς τοῦ συμποσίου, μετ' οὐ πολὺ ἀνεπαύετο. In *Plinii* Historia naturali appellatur *Nicobulus*, qui *Harduino* in Indice Auctorum à *Plinio* allegatorum Tom. I. pag. 122. videtur cum *Onesicrito* & *Nearcho* expeditionum Alexandri comes fuisse, vel cum *Diogneto* & *Betone* itinerum dimensor. vide Celeb. *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. II. pag. 223.

NICOSTRATA, Pythagoricæ Philosophiæ studiosa, ad quam *Theano* scripsit epistolam de zelotypia vitanda. (vide num. CLXIV.)

NICOSTRATA, Sibylla. vid. *Olearii* dissertatio de Poëtriis Græcis, num. LII.

NOSSIS, Poëtria. vide *Olearium* l. c. num. LIII.

NOVELLA, Jurisperita, de qua *Menagius* in Historia Mulierum Philosoph. segm. 43 sq. *Quod Novellam, Jurisperitam, Philosophas inter recenseo, facit* Ulpianus, *qui in Lege prima, Digestis de Justitia & Jure, JCtos* Philosophos *vocat* veram, non simulatam, Philosophiam affectantes. *Fuit hæc* Johannis Andreæ,

drea, *Antecessoris Bononiensis celeberrimi, filia. De ea rem miram narrat* Christina Pisana *in libro, cui titulus:* Civitas mulierum, *parte* 2. *cap.* 36. *quam hic referre non gravabor. Referam autem ipsius* Christinae *verba, ut mihi in re, quae fidem excedit, non habeatur fides:* Pareillement à parler de plus nouveaux temps, sans querre les anciennes histoires, *Jean Andry*, solempnel Legiste à Boulogne la Grasse, n'amie soixante ans n'estoit pas d'opinion, que mal fust, que femmes fussent lettrées. Quand à sa belle & bonne fille, que il tant ama, qui ot nom *Nouvelle*, fist apprendre lettres; & si avant ès loix, que quand il estoit occupé d'aucune essoine, parquoy il ne pouvoit vacquer à lire les leçons à ses Escholiers, il envoyat *Nouvelle*, sa fille, lire en son lieu aux eschoſles en chayere. Et afin que la biauté d'icelle n'empechast la pensée des oyans, elle avoit une petite courtine au devant d'elle. Et par cette maniere suppleoit & allegeoit aucunes fois les occupations de son pere, lequel l'aima tant, que pour mettre le nom d'elle en memoire, fist une notable *Lecture* d'un livre des *Loix*, qu'il nomma du nom de sa fille, la Nouvelle. *Haec habui ex libro, quem de educatione liberorum scripsit ad* Annam Borboniam, *Ducis Longavillani uxorem, Vir clarissimus & doctissimus mihique amicissimus* Claudius Jolius, *Canonicus & Cantor Ecclesiae Parisiensis, qui &* Christinae *librum manuscriptum mecum communicavit. Duxerat* Iohannes Milanciam, *& ipsam mulierem eruditam, ex qua praeter* Novellam *habuit* Betinam, *quae* Johanni à S. Georgio, *Antecessori Bononiensi, nupsit. Apud Mugellum agri Florentini oppidum natus, matrem habuerat* Novellam, *de cujus nomine ejus filia* Novella *vocitata est. Et in utriusque memoriam, quem in Decretales commentarium edidit, opus* à Baldo *mire laudatum*, Novellas *appellavit*, *Ejus vitam scripsit* Guido Pancirollus *de claris Legum Interpretibus lib.* III. *cap.* 19. Christina *vixit apud Gallos regnante* Carolo V. *Ejus honorifice meminerunt* Marotus *in Poëmatiis*, Verderius *in Bibliotheca*, & Johannes Mabillon *in Itinere Italico.*

NYSIS, Poëtria Commentitia. vide *Olearii* differt. de Poëtriis Gr. num. *LIV.*

O.

OCCELLO, seu *Occelo*, & **ECCELO**, **Lucanæ**, mulieres duæ Pythagoricae, videntur esse commentitiae & fictae ex corruptis verbis *Jamblichi* in quibusdam codicibus vitae *Pythagoræ* sub finem: Φίλτης, θυγάτηρ, Θεόφριος τοῦ Κροτωνιάτου, Βυνδαίκου ἀδελφὴ, Ὀκκέλῳ καὶ Ἐκκέλῳ τῶν Λευκανῶν· quae *Arcerius* transtulit: *Philtes filia Leophronis Crotoniatæ, Byndaeci soror, Occelo & Eccelo Lucanæ.* Lectio haec depravata fefellit Virum praestantissimum *Menagium* in Historia Mulierum Philosophicarum pag. 100 sqq. ubi scripsit: Occello, *Lucana*, Jamblichus. *Filia, ut videtur,* Ocelli *Lucani,* Pythagorae *discipuli, cujus exstat liber περὶ τοῦ παντὸς φύσεως, de universi natura. Nec obstat, quod* Ὤκελλος *Scriptor ille dicatur in editione Commeliniana, & in Bononiensi, & apud* Philonem *in libro de mundo, &* Ὄικελλος *variis in lectionibus dictae editionis Commelinianae, & in plerisque editionibus* Diogenis *Laërtii capite de* Archyta, *& apud* Lucianum *de lapsu inter salutandum. Nam &* Ὄκελλος *rectum esse patet ex his* Stobaei *lib. I. Eclogae physicae cap.* 18. Ὄκελλος ἔφησεν εἶναι ἄιτιον, δι' ὃ γίνεταί τι, λέγει γὰρ ἐν τῷ περὶ νόμου &c. *Item ex hoc* Jamblichi *loco in vita* Pythagorae: Λευκανοὶ, Ὄκελλος καὶ Ὄκυλος, ἀδελφοί &c. *Pythagoricos ibi* Jamblichus *enumerat, genere Lucanos. Item ex Laërtiana Aldobrandini editione, ubi* Ὀκέλλῳ *legitur in Epistola* Archytae *ad* Platonem: καὶ ἀνήλθομες ὡς Λευκανὼς, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὀκέλλω ἐκγόνοις· *Quo in loco MStus Regius habet* Ὀκκέλω *Lectionem* τοῦ Ὀκέλλω *confirmat vox latina* ocellus, *quae ab* ὄκελλος, *ut* oculus *ab* ὄκυλος. Ὄκελλος & ὄκκελλος *idem.* Hesychius: ὄκκον, ὀφθαλμόν· *neque enim mendi suspecta haec lectio, quod* Vossio *videbatur in Etymologico, voce* oculus. Ab ὄκκος est, Ὄκκελλος diminutiva forma, ut ab ὄκος est Ὄκελλος & Ὄκυλος. *Ocellos vocabant Romani, qui parvis essent oculis.* Censorinus *libro de die natali cap.* 3. *haec habet:* Sed prior illa sententia, qua semper humanum genus fuisse creditur, auctores habet Pythagoram Samium, & Cerejum Lucanum, & Archytam Tarentinum. *Sed ibi legendum:* Ocellum Lucanum, *ut visum* Paulo Manutio *ad hunc locum, &* Cantero *Var. Lect. lib. I. cap.* 17. *ECCELO, Lucana,* Jamblichus. *Filia videtur fuisse*

Ecceli,

Ecceli, *ut* Ocello, Oecelli. Syrianus *in Commentariis ad lib. XIII.* Aristotelis μετὰ φυσικὰ, Eccelli *librum adducit de natura Universi, quem librum non alium esse ab* Ocelli *libro supra memorato, verosimili conjectura existimabat* Nogarola *in Epistola ad* Adamum Fumanum, *Canonicum Veronensem, super viris illustribus, genere Italis, qui græce scripserunt. Potuit tamen* Eccellus *quidam Pythagoricus librum eodem titulo, quo* Ocellus, *composuisse. Nam* & Archytas *Pythagoricus citatur à* Simplicio *ad Prædicamenta* Aristotelis ἐν τῷ περὶ τοῦ παντός· & Suidas Timæum Locrum, *Philosophum itidem Pythagoricum, de Natura scripsisse refert.* Hactenus præstantissimus *Menagius. Stanlejus* quoque in Historia Philosophiæ Part. VIII. cap. 24. *Arcerii* vestigiis insistens scribit: *Philtes, Leophronis Crotoniatæ filia, Byndaeci soror, Oecello & Eccelo Lucanæ.* Sed *Olearius* ὁ μακαρίτης monet ad h. l. pag. 75. a. ed. latinæ: *E nuperrimis virorum doctorum emendationibus ita scribas:* Philtis (*vel* Philtatis) Theophrii Crotoniatæ *filia*, Byndace, (*vel* Byndacis,) *soror* Ocelli & Ocyli *Lucanorum.* In *Iamblichi* editione *Kusteriana* hæc ita exhibentur: Φίλτις, θυγάτηρ Θεόφριος τοῦ Κροτωνιάτυ. Βυνδαΐκυ, ἀδελφὴ Ὀκκέλω καὶ Ἐκκύλω τῶν Λευκανῶν. Ad quæ verba *Kusterus* in notis: *Hæc longe aliter se habent in versione veteri MS.* Jo. Alb. Fabricii, *in qua sic legitur:* Byndacis, soror Ocelli & Ocylli Lucanorum. *Hoc si sequamur, locus hic* Iamblichi *sic legendus & distinguendus erit:* Βυνδακὶς, ἀδελφὴ Ὀκκέλυ καὶ Ὀκκύλυ τῶν Λευκανῶν. *Cum hac lectione consentit etiam versio* Obrechti, *nisi quod* Byndaice *habeat pro* Byndacis. Menagius *legit* Ὀκκελὼ & Ἐκκελὼ, *(ut nimirum dicitur* Σαπφὼ,*) easque filias facit* Ocelli & Ecceli: *sed prior sententia mihi magis placet.* vid. Celeb. *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 526 & 527 in *Byndacis, Eccello, Occello* & *Philtatis*, qui etiam pag. 501 & pag. 510 sq. de *Eccello, Ocello,* & *Ocylo*, Phylosophis Pythagoricis, accurate commentatur.

OCYROE Nympha, ita dicta à *celeriter fluendo*, quod in rapidi fluminis ripis nata esset, ex observatione *Schepperi* apud *Tanaq. Fabrum* lib. II. epist. 71. fertur fuisse filia *Oceani* & *Tethyos*, secundum *Hesiodum* Theogon. v. 360. vel *Chironis* Centauri & *Chariclus* Nymphæ, secundum *Ovidium* Metamorph. II. v. 635 sqq. qui eam a patre artem medicam didicisse, deinde vaticiniis operam

diſſe, denique in equam converſam eſſe narrat. Operæ pretium fuerit proferre primos hujus fabulæ verſus:

Ecce venit rutilis humeros protecta capillis,
Filia Centauri, quam quondam Nympha Chariclo,
Fluminis in rapidi ripis enixa, vocavit
Ocyroen; *non hæc artes contenta paternas*
Addidiciſſe fuit: fatorum arcana canebat.

Alia fuit *Ocyroë*, *Imbraſi*, Sami fluvii, & *Cheſiadis* Nymphæ filia, de qua ex *Athenæi* lib. VII. pag. 283. E. Ill. *Spanhemius* in Obſervv. ad *Callimachi* hymn. in Dianam v. 283.

OENONE dicitur Mythologis Nympha Idæa, *Cebrenis*, fluvii Phrygiæ, filia, & *Alexandri* ſive *Paridis*, cum ille adhuc circa Idam Phrygiæ pecus paſceret, uxor. Fatidica fuiſſe fertur, *Paridi*que in Græciam naviganti prædixiſſe futurum, ut inde patriæ incendium ſecum referret. Exſtat epiſtola ejus ad *Paridem* inter Ovidianas Heroidum epiſt. V. qua illum ad ſui amorem revocare conatur. Miſit etiam filium *Corythum* ad Helenam, ut iſte *Paridem* ad zelotypiam provocaret, & Helenæ malum machinaretur, quem *Paris* interfecit. Veneficiorum incuſatur *Oenone* ab *A. Sabino* in epiſt. III. *Ovidii* epiſtolis reſpondente, ubi *Paris* ad illam v. 79 ſqq.

Quodſi vertendæ ſpem mentis concipis hujus,
Cur ceſſant herbæ, carmina curve tua?
Nam te nec Phoebi ſollertior artibus ulla eſt;
Phoebeæque Hecates ſomnia vera vides.
Tecum ſideribus, tecum deducere lunam,
Nubibus, & memini ſurripuiſſe diem.
Paſcebam tauros: interque armenta leones
Obſtupui placidos vocibus ire tuis:

Quid

Quid retro Xanthum, retro Simoënta vocatum
Adjiciam cursus non tenuisse suos?
Ipse pater Cebren, natæ male tutus ab ore,
Cantatas quoties restitit inter aquas.

Artis medicæ peritiam ob amissam pudicitiam se ab Apolline accepisse, ipsa tradit apud *Ovidium* l. c. v. 139 sqq.

Me fide conspicuus Trojæ munitor amavit,
Ille meæ spolium virginitatis habet.
Id quoque luctando: rupi tamen ungue capillos,
Oraque sunt digitis aspera facta meis.
Nec pretium stupri gemmas aurumque poposci,
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.
Ipse, ratus dignam, medicas mihi tradidit artes,
Admisitque meas ad sua dona manus.
Quæcumque herba potens ad opem, radixque medenti
Utilis in toto nascitur orbe, mea est.
Me miseram, quod amor non est medicabilis herbis!
Deficior prudens artis ab arte mea.

Paride in pugna graviter vulnerato, rogata est *Oenone*, ut ei medicas manus admoveret. Tardius autem illa adveniens & maritum jam è vulnere mortuum esse audiens, necem sibi præ dolore intulit. Singula ista copiose & varie enarrant *Apollodorus*, (num. CVIII.) *Conon*, (num. CIX.) *Parthenius*, (num. CX sq.) *Lycophron*, (num. CXII) & *Quintus Calaber*, (num. CIII. sq.) *Dictys Cretensis* de bello Trojano lib. IV. cap. 21. refert, Paridis cadaver ad *Oenonem* fuisse deportatum, ut ab illa sepulturæ mandaretur. *Interim* Alexandri *funus per partem aliam portæ ad* Oenonen, *quæ ei ante* Helenæ *raptum nupserat, necessarii sui, uti sepeliretur, perferunt. Sed fertur* Oenonen, *viso cadavere* Alexandri, *adeo commotam, uti amissa mente obstupefieret, ac paullatim per moerorem deficiente*

 animo

animo concideret. Atque ita uno eodemque funere cum Alexandro *contegitur.* Sed *Anna T. Fabri* Filia ad h. l. & *Meziriacus* in obſervv. ad *Ovidii* epiſtolas gallice editis pag. 509. ex his verbis recte colligunt, *Dictyn* iſtum eſſe alium ab eo, quem Græci habuere. (vid. not. 276. ad num. CXII.) *Clemens Alexandr.* (num. CXV.) teſtatur, *Oenonem* cum aliis, qui aliquando fuerunt homines, inter Deos eſſe relatam. Confer de illa praeter Interpretes *Ovidii*, *Bælium* in Lexico-Hiſtorico in *Oenone*.

OLDA, ſive *Holda*, Prophetiſſa, uxor Sellum, filii Thecue, de qua *Georgius Syncellus* in Chronographia ad A. M. 4795. pag. 214. ed. Pariſ. Προεφήτευσεν Ἰωὴλ, Ἀβδιοῦ, Ἰωνᾶς, Ναοὺμ, Ἀββακοὺμ· Ὀλδὰ γυνὴ παρ' Ἑβραίοις προεφήτευσεν. Hujus Prophetia contra cives Hieroſolymitanos profertur 2. Reg. XXII. 14 ſqq. Καὶ ἐπορεύθη Χελκίας ὁ ἱερεὺς καὶ Ἀχικὰμ, καὶ Ἀχοβὼρ, καὶ Σαπφὰν καὶ Ἀσαΐας πρὸς Ὄλδαν τὴν Προφῆτιν, μητέρα (γυναῖκα *Alex. Ald.* & C.) Σελλὴμ, (Σελλοὺμ, *Alex.*) υἱοῦ Θεκουὰν, (Θεκκουὲ, *Alex.* Θεκουὲ, *Ald.* & C. Θεκουὰ *al.*) υἱοῦ Ἀρὰς τοῦ ἱματιοφύλακος· καὶ αὕτη κατῴκει ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐν τῇ Μασενᾶ· (al. Μασενῇ· al. Μασεννεῖ·) καὶ ἐλάλησαν πρὸς αὐτήν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, κ. τ. λ. ubi vide Interpretes. Confer de illa Acta Sanctorum Antwerp. T. I. April. 10. pag. 858.

OLYMPIAS, (quam adhuc puellam appellatam eſſe *Myrtalen*, docent *Juſtini* verba infra proferenda,) fuit *Neoptolemi*, Regis Epirotarum, filia, *Alexandri*, qui poſt *Neoptolemum* regnum Epiri tenuit, ſoror, *Philippi*, Macedonum Regis, uxor, & *Alexandri* M. mater. vid. *Diodorus Sic.* (num CXXXII.) & *Juſtinus* lib. XVII. cap. 3. *Hujus* (*Arybæ*, Regis Epirotarum) *filius* Neoptolemus *fuit; ex quo nata eſt* Olympias, *mater* Alexandri M. *&* Alexander, *qui poſt eum regnum* Epiri *tenuit.* Idem. lib. VII. cap. 6. *Quibus rebus feliciter provenientibus*, (Philippus) Olympiadem, Neoptolemi *regis* Moloſſorum *filiam*, *uxorem ducit*; *conciliante nuptias fratre patruele, altore virginis*, Arruba, *rege Moloſſorum*; *qui ſororem* Olympiadis Troadam *in matrimonio habebat*; *quæ cauſa illi exitii, malorumque omnium initium fuit. Nam, dum regni incrementa affinitate* Philippi *acquiſiturum ſperat, proprio regno ab eodem privatus conſenuit:* unde *Athenaus*

naus lib. XIII. pag. 557. C. de *Philippo* scribit: προσεκτήσατο δὲ καὶ τὴν Μολοττῶν βασιλείαν, γήμας Ὀλυμπιάδα. Hanc non ex *Philippo*, sed ex numine quopiam sub forma draconis, ad ejus corpus exporrecti, *Alexandrum* concepisse, præter *Plutarchum*, (num. CXXI.) & *Lucianum*, (num. CXXII sq.) tradunt *Justinus* Histor. lib. XI. cap. XI. *Ad Jovem Hammonem pergit* (Alexander,) *consulturus, & de eventu futurorum & de origine sua. Namque mater ejus*, Olympias, *confessa viro suo* Philippo *fuerat*, Alexandrum *non ex eo se, sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse. Denique* Philippus, *ultimo prope vitæ suæ tempore, filium suum non esse palam prædicaverat. Qua ex causa* Olympiadem, *velut stupri compertam, repudio dimiserat.* Et lib. IX. cap. 5. *Cujus* (Attali) *sororem*, [neptem secundum *Plutarchum* num. CXXIII.] *Athenæum*, [num. CXXIV.] & *Diodorum Siculum* lib. XVI. pag. 558. D.] *nuper expulsa* Alexandri *matre*, Olympiade, *propter stupri suspicionem, in matrimonium receperat.* Et. *Sidonius Apollinaris* Carm. II. v. 121 sqq.

Magnus Alexander *nec non* Augustus *habentur*
Concepti serpente Deo; Phoebum*que* Jovem*que*
Divisere sibi: namque horum quæsiit unus
Cinyphia sub Syrte patrem maculis genitricis.
Alter Phoebigenam sese gaudebat haberi,
Pæonii jactans Epidauria signa draconis.

Cujus verba non cum *Savarone* ad h. l. de maculis à concubitu draconis in *Olympiadis* corpore relictis, sed de *Alexandro M.* per infamiam matris *Hammonem* sibi patrem quærente, intelligenda esse, observat *Freinshemius* in Commentario ad *Q. Curtii* lib. IV. cap. 7. n. 25. Falli etiam illos, qui *Nectanebum*, Ægypti regno pulsum, magicis praestigiis illusisse *Olympiadi*, & torum hospitis temeravisse asserunt, probat Vir laudatus in Supplementis in *Q. Curtium* lib. I. cap. 1. n. 19. quia sexennis jam fuit *Alexander*, quum *Nectanebus* ab *Ocho* victus avitis opibus excideret. *Philippus, Olympiadi* partem ob adulterii suspicionem, partem ob ejus morositatem & arrogantiam infensus, aliam uxorem superinduxit

 Cleo-

Cleopatram, unde statim ipso nuptiarum die gravis discordia inter *Philippum* & *Alexandrum M.* orta est, quam enarrant *Plutarchus*, [num. CXXIV.] & *Athenaeus*, [num. CXXV.] *Olympias* autem primum fratrem suum *Alexandrum*, Epiri regem, ad bellum *Philippo* inferendum, deinde *Pausaniam* ad illum interficiendum impulit, teste *Justino* Histor. lib. IX. cap. 7. " Creditum est etiam " immissum *(Pausaniam)* ab *Olympiade* matre *Alexandri* fuisse, nec ipsum *Alexandrum* ignarum paternae caedis extitisse: quippe non minus *Olympiadem* repudium, & praelatam sibi *Cleopatram*, quam *Pausaniam* stuprum, doluisse. " *Alexandrum* quoque, regni aemulum, fratrem, ex noverca susceptum, timuisse: " eoque actum, ut in convivio antea primum cum *Attalo*, mox cum ipso patre, " jurgaret: adeo ut etiam stricto gladio eum *Philippus* consectatus sit, aegreque " à filii caede, amicorum precibus, exoratus. Quamobrem *Alexander* ad avunculum se in Epirum cum matre, inde ad regem Illyricorum contulerat, vixque revocanti mitigatus est patri, precibusque cognatorum aegre redire compulsus. *Olympias* quoque fratrem suum *Alexandrum*, Epiri regem, in bellum " subornabat, pervicissetque, ni filiae nuptiis pater generum occupasset. His " stimulis irarum utrique *Pausaniam*, de impunitate stupri sui querentem, ad " tantum facinus impulisse creduntur. *Olympias* certe fugienti percussori equos " quoque praeparatos habuit. Ipsa deinde, audita regis nece, cum titulo officii ad exequias concurrisset, in cruce pendentis *Pausaniae* capiti, eadem nocte, " qua venit, coronam auream imposuit; quod nemo alius audere, nisi haec, " superstite *Philippi* filio, potuisset. Paucos deinde post dies refixum corpus " interfectoris super reliquias mariti cremavit, & tumulum ei eodem fecit in " loco, parentarique eidem quotannis, incussa populo superstitione, curavit. Postea " *Cleopatram*, à qua pulsa *Philippi* matrimonio fuerat, in gremio ejus prius filia " interfecta, finire vitam suspendio coëgit, spectaculoque pendentis ultionem " potita est, ad quam per parricidium festinaverat. Novissime gladium, quo " rex percussus est, Apollini sub nomine *Myrtales* consecravit: hoc enim nomen ante *Olympiadis* parvulae fuit. Quae omnia ita palam facta sunt, ut timuisse videatur, ne facinus ab ea commissum non probaretur. " Adde *Plutarchum*

tarchum [num. CXXVI.] & *Pausaniam* in Arcadic. lib. VIII. cap. 7. p. 612. Ἐπὶ Φιλίππῳ τελευτήσαντι Φιλίππου παῖδα νήπιον γεγονότα δὲ ἐκ Κλεοπάτρας, ἀδελφιδῆς Ἀττάλου, τοῦτον τὸν παῖδα ὁμοῦ τῇ μητρὶ Ὀλυμπιὰς ἐπὶ σκεύους χαλκοῦ, πυρὸς ἐπιβεβλημένου, διέφθειρεν ἕλκουσα· χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ Ἀριδαῖον ἀπέκτεινεν. *Alexandro* in Asia commorante, crebrae inter *Olympiadem* & *Antipatrum*, Macedoniae praefectum, discordiae extiterunt, de quibus *Arrianus*, [num. CXXVII.] *Plutarchus*, [num. CXVII.] & *Curtius* lib. X. cap. 4. n. 9. *Jam pridem* Alexandro *literae & ab* Olympiade *matre, & ab* Antipatro *redditae erant, ex quibus mutuam inter ipsos simultatem perceperat. Mater* Antipatrum *adfectati regni insimulabat.* Antipater Olympiadem *multa praeter ipsius decorum gerere scripserat. Alexander* tamen ipsam semper summo honore & amore prosecutus est, secundum *Plutarchum* [num. CXXVIII.] & *Curtium* lib. III. cap. 6. n. 15. *Nec* Philippus [medicus] *quidquam inexpertum omisit; ille fomenta corpori* [Alexandri aegrotantis] *admovit; ille torpentem, nunc cibi, nunc vini odore excitavit. Atque ut primum mentis compotem esse sensit, modo matris sororumque, modo tantae victoriae appropinquantis admonere non destitit.* Idem Auctor lib. X. cap. 5. n. 30. refert, tantam fuisse *Alexandri* pietatem erga parentes, ut *Olympiadem* immortalitati consecrare decerneret. Haec autem dementiam filii *Jove Ammone* se genitum credi volentis, quamvis antea ipsa maxime fabulam hanc confirmaverit, teste *Plutarcho*, [num. CXXI.] irrisisse videtur apud *Plutarchum* l. c. *Aelianum* [num. CXXIX.] & *A. Gellium* lib. XIII. cap. 4. *In plerisque monumentis rerum ab* Alexandro *gestarum, & paulo ante in libro M.* Varronis, *qui inscriptus est* Orestes, vel de insania, Olympiadem Philippi *uxorem festivissime rescripsisse legimus* Alexandro *filio; nam quum is ad matrem ita scripsisset:* Rex Alexander, Jovis Hammonis filius, Olympiadi matri salutem dicit. Olympias *rescripsit ad hanc sententiam:* Amabo, *inquit*, mi fili, quiescas: neque deferas me, neque criminere adversum Junonem, malum mihi prorsum illa magnum dabit, quum tu me litteris tuis pellicem illi esse confiteris. *Ea mulieris scitae atque prudentis erga ferocem filium comitas sensim, & comiter admonuisse eum visa est, deponendam opinionem vanam, quam ille ingentibus victoriis & adulantium blandimentis & rebus*

supra

ſupra fidem proſperis imbiberat, genitum eſſe ſeſe de Jove. Poſt *Alexandri M.* mortem *Olympias*, metuens *Caſſandrum*, in Epirum diſceſſit, deinde autem in Macedoniam rediens, immanes crudelitates exercuit, de quibus *Ælianus*, [num. CXXX.] *Diodorus Siculus*, [num. CXXXI.] *Pauſanias*, [num. CXXXII.] & *Juſtinus* lib. XIV. cap. 5. Olympias, *mater* Alexandri M. *regis, cum Epiro in Macedoniam, proſequente Æacida, rege Moloſſorum, veniret, probiberique finibus* ab Eurydice & Aridaeo *rege cæpiſſet; ſeu memoria mariti, ſeu magnitudine filii & indignitate rei moti Macedones ad* Olympiadem *tranſiere, cujus juſſu* & Eurydice & *rex occiditur, ſex annis poſt* Alexandrum *potitus regno. Sed nec* Olympias *diu regnavit. Nam cum principum paſſim caedes muliebri magis quam regio more feciſſet, favorem ſui in odium vertit.* Tandem Pydnae in *Caſſandri* poteſtatem redacta & occiſa eſt, uti referunt *Diodorus Sic.* [num. CXXXIII.] *Pauſanias*, [num. CXXXIV.] & *Juſtinus* lib. XIV. cap. 6. " Cum fame ferroque *(Pydnae)* urgeretur *Olympias*, longae obſidionis taedio, pacta ſalute, victori ſe tradidit. " Sed *Caſſander* ad concionem vocato populo, ſciſcitaturus, quid de *Olympiade* " fieri velint, ſubornat parentes interfectorum, qui, ſumpta lugubri veſte, crudelitatem mulieris accuſarent; à quibus accenſi Macedones ſine reſpectu priſtinae majeſtatis, occidendam decernunt, immemores prorſus, quod per filium ejus virumque non ſolum vitam ipſi inter finitimos tutam habuiſſent: verum etiam tantas opes imperiumque orbis quaeſiſſent. Sed *Olympias*, ubi obſtinatos venire ad ſe armatos vidit, veſte regali, duabus ancillis innixa, ultro obviam procedit. Qua viſa, percuſſores attoniti fortuna majeſtatis prioris, & tot in ea memoriae occurrentibus regum ſuorum nominibus, ſubſtiterunt; donec à *Caſſandro* miſſi ſunt, qui eam confoderent, non refugientem gladium, nec vulnera, aut muliebriter vociferantem; ſed virorum more fortium, pro gloria veteris proſapiae, morti ſuccumbentem, ut *Alexandrum* poſſes etiam in moriente matre cognoſcere. Inſuper exſpirans capillis & veſte crura contexiſſe fertur, ne quid poſſet in corpore ejus indecorum videri. " Fragmentum epiſtolae *Olympiadis* profert *Athenaeus*, [num. CXVI.] aliud *Plutarchus*, [num. CXVII.] aliud *Gellius* in loco ſupra allegato, Apophthegmata

phthegmata ejus duo de muliere quadam Theſſala & de procis *Plutarchus*, [num. CXVIII.] *Pollux* quoque memorat non ſolum Epiſtolam quandam, [num. CXIX.] ſed etiam Acta *Olympiadis*. [num. CXX.] De ejus vita confer *Baelium* in Dictionario hiſtorico gallice edito in *Olympias*.

OLYMPIAS Thebana fuit mulier artis medicae gnara, ejusque remedia aliquot memorat *Plinius* Hiſt. nat. lib. XX. cap. 21. ſegm. 84. Olympias Thebana *dicit malvas abortivas eſſe cum adipe anſeris*. lib. *XXVIII*. cap. 19. ſegm. 78. *Mulierum purgationes adjuvant fel tauri in lana ſuccida appoſitum.* Olympias Thebana *addit hyſſopum & nitrum.* Atque non ita multo poſt: *Sterilitatem emendari* Olympias Thebana *affirmat felle taurino & adipe ſerpentium & aerugine ac melle medicatis locis ante coitus.* Et *Plinius Valerianus* de re medica lib. IV. cap. 9. Olympias Thebana *abortivas putat eſſe malvas cum adipe anſeris, genitali parti ſubjectas.* De *Olympiade*, cujus verſus apud *Stobaeum* exſtat, vide ſis, quae diximus ad *Olearii* differt. de Poëtriis graecis not. 53: pag. 170.

S. OLYMPIAS, *Seleuci* Comitis, vel etiam *Anyſii* II. filia, & *Ablavii* Praefecti Praetorio ſub *Conſtantino* M. neptis, nata eſt CPoli circa A. C. CCCLXVIII. & nuptias cum *Nebridio* Viro nobiliſſimo ſub finem A. CCCLXXXIV. celebravit, quibus multi Orientis Epiſcopi interfuerunt, abſens autem *Gregorius Nazianzenus* carmen paraeneticum ad illam miſit, quod exſtat in ejus operibus Tom. II. num. LVI. pag. 132. Marito praemature mortuo, *Elpidio Theodoſii* Imp. cognato nubere noluit, ſed opes ſuas in pauperes & Eccleſiae uſum liberaliter erogavit, & obiiſſe videtur A. CCCCXX. poſtquam multas injurias & contumelias ab inimicis S. *Chryſoſtomi* acceperat. De illa Menologium Graecorum cura *Annibalis Card. Albani* editum Tom. III. pag. 180. Ἡ ὁσία Ὀλυμπιὰς ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἀρκαδίου καὶ Ὁνωρίου τῶν υἱῶν Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου· θυγάτηρ μὲν Ἀκούνδου τοῦ Κόμητος, ἐγγόνη δὲ Ἀβλαβίου τοῦ Ἐπάρχου· νύμφη δὲ μόνον χρηματίσασα, γυνὴ δὲ οὐδενός. Τοῦ γὰρ λαβόντος αὐτὴν, πρὸς Κύριον ἐκδημήσαντος, παρθένος ἅμα καὶ χήρα διέμεινε. Διατελήσασα δὲ πάντα τὸν βίον αὐτῆς ἐν νηστείαις καὶ προσευχαῖς, καὶ ταῖς τῶν δεομένων εὐποιΐαις: καὶ πᾶσαν, ἣν εἶχε, περιουσίαν κενώσασα εἰς θεραπείαν τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀρχιερέων, καὶ τὸν μακάριον Ἰωάν-

νην τὸν Χρυσόστομον διαφερόντως τιμήσασα, καὶ ἐν ταῖς ἀσθεναίαις θεραπεύσασα· ἐπειδήπερ ἐκεῖνος ἄδικον ἐξορίαν παρὰ τῆς βασιλίσσης Εὐδοξίας ὑπέστη, ἐπὶ τέλει καὶ αὐτὴ τῷ τῆς ὁμολογίας κατεκοσμήθη στεφάνῳ. Ἐξορισθεῖσα γὰρ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας πολλοὺς πειρασμοὺς ὑπέμεινεν. Ἀλλὰ μέχρι τέλους εὐχαριστοῦσα τῷ Θεῷ, τὸ πνεῦμα παρέθετο. Memoria ejus recolitur in Ecclesia Graeca d. XXV. Jul. & in Latina d. XVII. Dec. In Operibus S. *Chrysostomi* exstant Epistolae ejus XVII. ad Nostram datae, ubi non raro S. *Olympiadis* Epistolarum ad *Chrysostomum* atque ad alios scriptarum fit mentio. Vitam & laudes ejus ex S. *Chrysostomo*, *Gregorio Nazianzeno*, *Amphilochio*, *Palladio* aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis accurate recenset *Tillemontius* Memor. Eccles. gallice edit. Tomo. XI. pag. 416–440.

OLYMPIODORI filia, quam, in philosophicis disciplinis probe versatam, pater *Proclo Lycio*, quum hic ad audiendum istum Philosophum Alexandrinum, Aristotelicae doctrinae cognoscendae causa, se Alexandriam contulisset, despondere voluit, teste *Marino Neapolitano* in vita *Procli* cap. 9. pag. 19. ed. *Fabr.* Φοιτᾷ [ὁ Πρόκλος] ἐπὶ λόγοις Ἀριστοτελικοῖς παρ' Ὀλυμπιόδωρον τὸν φιλόσοφον, οὗ κλέος εὐρὺ, ἐπὶ δὲ μαθήμασιν Ἥρωνι ἐπέτρεψεν ἑαυτὸν, ἀνδρὶ θεοσεβεῖ, καὶ τελείαν παρασκευὴν ἐσχηκότι τῶν κατὰ παίδευσιν ὁδῶν· τοσοῦτον δὲ καὶ οὗτοι οἱ ἄνδρες τὸ ἦθος τοῦ μειρακίου ἠγάσθησαν, ὥστε τὸν μὲν Ὀλυμπιόδωρον, θυγάτριον ἔχοντα, ἠγμένον καὶ αὐτὸ φιλοσόφως, βουληθῆναι αὐτῷ κατεγγυῆσαι· τὸν δὲ Ἥρωνα θαῤῥῆσαι αὐτῷ τὸν τρόπον ἅπαντα τῆς ἑαυτοῦ θεοσεβείας καὶ ὁμοέστιον συνεχῶς ποιεῖσθαι. Eadem habet *Suidas* in Ἥρων & Ὀλυμπιόδωρος, quae αὐτολεξεὶ à *Marino* accepit. vid. *Menagii* Historiam mulierum philosopharum pag. 65 sq. ubi de *Olympiodoro* haec memorat: " Vixit ille sub *Theodosio* II. cui etiam Commen-
" tariorum Historicorum libros XXII. nuncupavit, quorum excerpta habemus
" apud *Photium*. Scripsit vitam *Platonis*, quam ad calcem Observationum mea-
" rum in *Laërtium* edidit *Mericus Casaubonus*. Scripsit & Commentaria in IV.
" libros Meteorologicos *Aristotelis* edita, ab *Aldo Manutio*, Venetiis in folio anno
" 1551. cum *Johannis Philoponi* scholiis in librum primum. Horum quatuor
" librorum latina interpretatio, scriptore *Johanne Baptista Camotio*, prodiit Ve-

" net.

" net. in fol. an. 1555. & 1557. Exſtat in Bibliotheca Regia ejusdem *Olympio-*
" *dori* Commentarius in Philebum *Platonis*, ſignatus num. 2580. Item Com-
" mentarius in ejusdem Gorgiam, Alcibiadem priorem, & Phædonem, ſignatus
" num. 2102 & 2103. & ſcriptus *Aug. Vergerii*, celeberrimi illius καλλιγρά-
" φου, manu; & alius in Philebum & Phædonem, ſcriptus anno 1536. & ſi-
" gnatus num. 2101." Accuratius de hoc aliisque *Olympiodoris* agit Celeber-rimus *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. II. pag. 307. & Vol IX. pag. 351 ſq.

P.

PALLAS, ſive *Minerva*, è capite *Jovis* armata exſiluiſſe, atque inde nomen *Tritoniæ* accepiſſe fingitur. Fabulas reliquas omnes de ejus origine, rebus geſtis, & inventis ſilentio praetereo, quia illas innumeri Scriptores, tam veteres, quam recentiores, copiose enarrarunt. Tantum commemorare lubet, illam medicinae apprime gnaram & præſidem cum Apolline olim creditam eſſe. Probant id abunde ejus cognomina (1) *Hygia*, graece Ὑγεία, ſive Ὑγίεια, de qua *Plutarchus* in vita Periclis Tom. I. Opp. pag. 160. B. Τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως ἐξειργάσθη ἐν πενταετίᾳ, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος· τύχη δὲ θαυμαστὴ συμβᾶσα περὶ τὴν οἰκοδομίαν ἐμήνυσε τὴν Θεὸν οὐκ ἀποστατοῦσαν, ἀλλὰ συνεφαπτομένην τοῦ ἔργου καὶ συνεπιτελοῦσαν. Ὁ γὰρ ἐνεργότατος καὶ προθυμότατος τῶν τεχνιτῶν, ἀποσφαλεὶς ἐξ ὕψους, ἔπεσε, καὶ διέκειτο μοχθηρῶς, ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεγνωσμένος. Ἀθυμοῦντος δὲ τοῦ Περικλέους, ἡ Θεὸς ὄναρ φανεῖσα συνέταξε θεραπείαν, ᾗ χρώμενος ὁ Περικλῆς, ταχὺ καὶ ῥᾳδίως ἰάσατο τὸν ἄνθρωπον. Ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ τὸ χαλκοῦν ἄγαλμα τῆς Ὑγείας Ἀθηνᾶς ἀνέστησεν ἐν ἀκροπόλει παρὰ τὸν βωμὸν, ὃς καὶ πρότερον, ἦν, ὡς λέγουσιν. Ὁ δὲ Φειδίας εἰργάζετο μὲν τῆς Θεοῦ τὸ χρυσοῦν ἕδος, καὶ τούτου δημιουργὸς ἐν τῇ στήλῃ εἶναι γέγραπται. *Plinius* Hiſtor. Natural. lib. XXII. cap. 17. ſegm. 20. *Verna carus* Pericli *Atheniensium principi, cum is in arce templum ædificaret, repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii, & inde cecidiſſet, hac herba* (perdicio) *dicitur ſanatus, monſtrata* Pericli *ſomnio à* Minerva. *Quare* Parthenium *vocari cœpta eſt, aſſignaturque ei Deæ. Hic eſt vernula, cujus effigies ex ære fuſa eſt, & nobilis ille Splanchnoptes.* (exta torrens

vid. *Plinium* lib. XXXIV. ſect. 19. num. 20.) *Pauſanias* in Atticis lib. I. cap. 23. pag. 54. Τοῦ Διϊτρεφοῦς πλησίον Θεῶν ἀγαλμά ἐστιν Ὑγίας τε, ἣν Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι λέγουσι, καὶ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν καὶ ταύτης Ὑγιείας. Idem l. c. cap. 31. pag. 78. Ἔστιν Ἀχαρναὶ δῆμος. Οὗτοι Θεῶν Ἀπόλλωνα τιμῶσιν Ἀγυιέα καὶ Ἡρακλέα· καὶ Ἀθηνᾶς βωμός ἐστιν Ὑγιείας. *Ariſtides* in Orat. in laudem *Minervæ* Tom. I. Opp. pag. 25. Προσήκοι ἂν ταύτῃ (Ἀθηνᾷ) καὶ τῷ Ἀσκληπιῷ μεγάλῳ μέρει τοῦ παντός. Ἀθηναίων δὲ οἱ πρεσβύτατοι καὶ ὑγιείας Ἀθηνᾶς βωμὸν ἱδρύσαντο. Εἰ δὲ ἡ ἐκείνων ὀρθὴ ψῆφος, τί χρὴ μεῖζον εὑρεῖν εἰς τὴν Ἀσκληπιοῦ καὶ τῆς Ἀθηνᾶς συμφωνίαν; & *Harpocration* exque illo *Suidas* & *Auctor Etymologici* in Ὑγεία· Ὑγεία Ἀθηνᾶ, Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας. Ἔστι δὲ ἐπώνυμον Ἀθηνᾶς, καὶ γὰρ Ὑγεία καλεῖται, καὶ Νίκη, καὶ Ἱππία καὶ Ἐργάνη. In *Octavii Rubei* Monumentis Brixianis italice editis pag. 75. & ex illis in *Bernh. de Montfaucon* Supplemento Antiquitatis illuſtr. Tom. I. lib. IV. cap. 10. pag. 170. exhibetur & deſcribitur monumentum, ubi *Mercurius Minerva* & *Vertumnus* ceu in tabella quadam depicta repræſentantur. In medio ſtat *Minerva*, cultu & habitu non ita ſolitis. Thorace illa armatur, cujus forma ad Romanorum militum loricam accedit, veſtis poſt thoracem defluens neſcio quid habet ſpectandae ſingularitatis. Dextera manu haſtam tenet, ſiniſtra vero clypeum ovatae formae, quo in terram demiſſo niti videtur. In medio clypeo litera Υ exarata deprehenditur, quae nihil aliud ſignificare poſſe videtur, quam Ὑγεία. (2.) *Medica* in Inſcriptione Placentiae reperta apud *Gruterum* pag. MLXVII. num. 3. MINERVAE MEDICAE CABARDIAE VALERIA SAMMONIA VERCELLESIS V. S. L. M. de qua vid. *Giſb. Cuperi* expoſit. Inſcript. pag. 300. & in Inſcriptione, quae non longe à Trebia exſtare dicitur, atque à *Briſſonio* lib. I. de Formul. *Manutio* in Orthographia, & *Meibomio* in Jusjurandum *Hippocratis* pag. 63. profertur: MINERVAE MEMORI COELIA IVLIANA INDVLGENTIA MEDICINARVM EIVS INFIRMITATE GRAVI LIBERATA D. P. Vir laudatus *Bernh. de Montfaucon* in Diario Italico cap. 8. pag. 122. & Tom. II. Antiqq. illuſtr. Part. I. lib. II. cap. 3. tab. 8. repraeſentat ichnographiam Panthei *Minervæ Medicæ*, quod

à

à *Rufo* & *Victore* in Romae Esquilina Regione memoratur, atque in ejus medio ex *Caucei* gemmis antiquis ejus schema, medicinae symbolo instructum. Recte igitur à *Meibomio* l. c. pag. 64. refutatur Sententia *Guidi Pancirolli*, qui lib. de Region. Urb. Rom. in Reg. VI. *Minervam medicam* dictam suspicatur à veste serica, quae à Medis Medica appellata sit, teste *Rhodigino* Lect. Ant. lib. X. cap. 16. & *Marci Zuerii Boxbornii* lib. I. Quaest. Rom. qui putat, Minervam vel per errorem in istis Inscriptionibus praesidem Medicinae dictam, vel eas suppositas esse. (3.) Ὀξυδερκὴς, cujus originem exponit *Pausanias* in Corinthiacis lib. II. cap. 24. pag. 165. Τοῦ Δειραδιώτου Ἀπόλλωνος ἔχεται ἱερὸν Ἀθηνᾶς ὀξυδερκοῦς καλουμένης, Διομήδους ἀνάθημα· ὅτι οἱ μαχομένῳ ποτὲ ἐν Ἰλίῳ τὴν ἀχλὺν ἀφεῖλεν ἡ Θεὸς ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν. (4.) Ὀπτιλέτις, sive Ὀφθαλμῖτις, cujus aedem instruxit *Lycurgus*, cum ipsi oculorum alter ab *Alexandro* erutus esset. *Plutarchus* in vita Lycurgi Tom. I. Opp. pag. 46. A. Τοῦ δὲ πάθους ὑπόμνημα Λυκοῦργος ἱδρύσατο, τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ἣν Ὀπτιλέτιν προσηγόρευσε· τοὺς γὰρ ὀφθαλμοὺς ὀπτίλους οἱ τῇδε Δωριεῖς καλοῦσιν. Ἔνιοι μέντοι τὸν Λυκοῦργον (ὧν καὶ Διοσκορίδης ἐστὶν ὁ συντεταγμένος τὴν Λακωνικὴν πολιτείαν) πληγῆναι μὲν φασιν, οὐ τυφλωθῆναι δὲ τὸν ὀφθαλμόν· ἀλλὰ καὶ τὸ ἱερὸν τῇ Θεῷ τῆς ἀκέσεως χαριστήριον ἱδρύσασθαι. Idem in Laconicis Apophthegmatis Tom. II. Opp. p. 227. *A.* Τοῦ δὲ πάθους ὑπόμνημα (ὁ Λυκοῦργος) ἱδρύσατο ἐν τῷ τῆς Χαλκιοίκου τεμένει ἱερὸν Ἀθηνᾶς, Ὀπτιλέτιν προσαγορεύσας· τοὺς γὰρ ὀφθαλμοὺς ὀπτίλους οἱ τῇδε Δωριεῖς λέγουσι. Et *Pausanias* in Laconicis lib. III. cap. 18. pag. 253. Ἰόντι ὡς ἐπὶ τὸ Ἀλπίον καλούμενον, ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς Ὀφθαλμίτιδος· ἀναθεῖναι δὲ Λυκοῦργον λέγουσιν, ἐκκοπέντα τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον ὑπὸ Ἀλκάνδρου, διότι οὓς ἔθηκε νόμους, οὐκ ἀρεστοὺς συνέβαινεν εἶναι τῷ Ἀλκάνδρῳ· διαφυγὼν δὲ ἐς τοῦτο τὸ χωρίον, Λακεδαιμονίων ἀμυνάντων μὴ προσαπολεῖσθαι οἱ καὶ τὸν λειπόμενον ὀφθαλμὸν, οὕτω ναὸν Ὀφθαλμίτιδος Ἀθηνᾶς ἐποίησε. (5.) *Paeonia* i. e. *medica*, cujus signum memorat *Pausanias* in Atticis lib. I. cap. 2. pag. 7. & aram l. c. cap. 34. pag. 84. (6.) Σώτειρα, i. e. *Salutaris*, sive *Sospita*, cujus meminit *Pausanias* in Arcadicis lib. VIII. cap. 44. pag. 691. Ἔστιν ἄνοδος ἐξ Ἀσέας ἐς τὸ ὄρος τὸ Βόρειον καλούμενον, καὶ ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τοῦ ὄρους σημεῖά ἐστιν ἱεροῦ· ποιῆσαι δὲ τὸ ἱερὸν Ἀθη-

νᾷ τε σωτείρᾳ καὶ Ποσειδᾶνι Ὀδυσσεία ἐλέγετο ἀνακομισθέντα ἐξ Ἰλίου. Et *Hesychius:* Σώτειρα ἡ Ἀθηνᾶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, κατὰ Γαληνὸν ἀντίδοτός τις. *Lindanus* autem ad h. l. fatetur, se id apud *Galenum* reperire hactenus non potuisse, describi tamen ἀντίδοτον σωτείραν à *Paulo Aegineta* lib. VII. cap. 11. *Sotera Pallas* à *Galeno* aliisque antiquis medicis antidotus quaedam cognominata est secundum *Gyraldum* Synt. XI. Hist. Deor. pag. 353. A. & *Tiraquellum* de Nobilit. cap. 31. n. 336. Medicamenta insuper aliquot passim apud Medicos Graecos exstare, quae & Ἀθηνᾶς & Σωτείρας Ἀθηνᾶς inscriptiones prae se ferant, affirmat *Meibomius* in Jusjur. *Hippocratis* pag. 64. Hic quoque l. c. existimat, cognomen Λαοσσόος, quod *Minervae* pariter atque *Apollini* tribui solet, ad ejus peritiam in arte medica, qua populos servaret, spectare, quamvis id *Hesychius* in Λαοσσόος, *Phurnutus* de natura Deorum cap. 20. & *Eustathius* ad *Homeri* Ιλ. ά. pag. 1266, 32. de *Minerva*, populos in praeliis servante, vel ad praelia incitante explicent. Draconem apud Athenienses *Minervae* non secus atque *Aesculapio* & *Hygeiae* sacrum fuisse, testatur *Plutarchus* in libro de Iside & Osiride Tom. II. Opp. pag. 379. D. Hunc Arcis custodem dicebant & placentis mellitis honorabant. *Aristophanes* in Lysistrata v. 760. οἰκουρὸν ὄφιν appellat, ejusdemque meminit *Herodotus* in Urania lib. VIII. cap. 41. & *Hesychius* in οἰκουρὸν ὄφιν. confer *Meursii* Graeciam fer. pag. 213. & Cecrop. pag. 52. & 55. Medicos monet *Ovidius* Fast. lib. III. v. 827 sq. ut *Minerva* ad artem suam prospere exercendam libamenta offerant:

Vos quoque, Phoebea morbos qui pellitis arte,
Munera de vestris pauca referte Deae.

Cur *Apollo*, *Diana*, & *Minerva* medicinae Praesides fuerint, hanc rationem affert *Macrobius* Saturn. lib. I. cap. 17. quia *Apollo* est Sol, *Diana* Luna, *Minerva* autem virtus & effluvia solis & lucis, quae humanis mentibus prudentiam subministrant. Viro Experientissimo *Jo. Henr. Schultzio* in Historia Med. period. 1. sect. 2. cap. 1. §. 26 sq. fit verisimile, vel hoc etiam nomine *Minervam* medicinae vindicari posse, quod docente *Spanhemio* in Animadvv. ad *Callimachi* hymnum

mnum in Apollinem pag. 51. & pag. 62. credebatur omnium fanorum, in quibus numina colebantur, κλειδοῦχος, five *clavium custos*, & apud *Jovem* patrem in hoc honore habebatur, ut ipfi ad dextram affideat, ejusque praecepta ad Deos referenda accipiat; Veteres autem, *Minervam* medicinae praefidem cum *Apolline* conftituentes, arti falutari deditos admonere voluiffe, ut reliquas artes elegantiores haud afpernarentur, fed cum fua conjungerent. Herbas, quae vocantur *Parthenion* & *Argemon*, à *Minerva* inventas effe tradit *Plinius* Hift. nat. lib. XXII. cap. 17. fect 20. lib. XXIV. cap. 19. fect. 116. & lib. XXV. cap. 4. fect. 16. Adfcribitur etiam ipfi à permultis inventio olei, cujus ad medicinam non exiguus eft ufus. *Ariftides* in orat. in laudem *Minervae* Tom. I. Opp. pag. 21. Ἐι δεῖ τῶν ἐν μέρει μνησθῆναι, καὶ τοὺς μύθους μὴ ἀτιμάσαι, προσθῶμεν ἔλαιον ὑγιείας φάρμακον φανθὲν ὑπ' αὐτῆς, (Ἀθηνᾶς) καὶ ἐσθῆτα, ὁμοῦ μὲν κόσμον τῷ σώματι, ὁμοῦ δὲ τῆς αὐτῆς ὑγιείας φάρμακον. Confer de *Minerva* Medica Scriptores Hiftoriae medicae, *Tiraquellum* de Nobilitate cap. 31. num. 336. & *Meibomium* in Comment. in Jusjur. *Hippocratis* pag. 62 fqq.

PAMPHILA, fœmina Ægyptia fecundum *Photium*, (num. CXXXV.) vel Epidauria fecundum *Suidam*, (num. CXLIV.) floruit temporibus *Neronis*, fuitque filia *Soteridis* Grammatici, & uxor *Socratidis*, itidem eruditi viri, prout teftantur *Photius* & *Suidas* ll. cc. Hic tamen in Σωτηρίδας γραμματικὸς fcribit: ἀνὴρ Παμφίλης, ἣ καὶ τὰς ἱστορίας περιῆψεν. Segma autem proxime fequens fic fe habet: Σωτηρίδας Ἐπιδαύριος, πατὴρ Παμφίλης, ἣ τὰ ὑπομνήματα ἐπίγραψεν, (ὡς Διονύσιος ἐν λ' τῆς μουσικῆς ἱστορίας) βιβλία γ'. Ejusdem meminit *Photius* in Bibliotheca Cod. CLXI. pag. 175, 37. Ὁ δεύτερος [λόγος τῶν Ἐκλογῶν Σωπάτρου] ἠθροίσθη ἐκ τῶν Σωτηρίδα Παμφίλης ἐπιτομῶν πρώτου λόγου καὶ καθεξῆς μέχρι τοῦ δεκάτου· quae verba tranftulit *Schottus: Alter liber compofitus eft è* Pamphiles Soteridae F. *Epitomarum libro I. ac deinceps ad decimum usque.* Scripfit *Pamphila* noftra Commentariorum hiftoricorum mifcellaneorum libros octo, tefte *Photio*, [num. CXXXV.] qui de illorum argumento, methodo & ftylo refert. Pluribus vero hoc opus conftitiffe libris, liquet ex *Diogene Laërtio*, qui fæpe *Pamphilae* fcripta allegat, [num. CXXXVI - CXLIII.] ex *Suida* l. c. qui XXXIII.

XXXIII. libros Commentariorum ejus historicorum commemorat, & ex *Gellio* lib. XV. cap. 17. Alcibiades *Atheniensis, quum apud avunculum* Periclem *puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur; & arcessi* Pericles Antigenidam *tibicinem jussisset, ut eum canere tibiis, quod tum honestissimum videbatur, doceret, traditas sibi tibias, quum ad os adbibuisset, inflassetque, pudefactus oris deformitate, abjecit infregitque. Ea res cum percrebuisset, omnium tum Atheniensium consensu, disciplina tibiis canendi desita est.* Scriptum hoc est in *commentario* Pamphilæ *nono & vicesimo.* atque lib. XV. cap. 23. Hellanicus, Herodotus, Thucydides, *historiae scriptores in iisdem temporibus fere laude ingenti floruerunt, & non nimis longe distantibus fuerunt aetatibus. Nam* Hellanicus *initio belli Peloponesiaci fuisse quinque & sexaginta annos natus videtur,* Herodotus *tres & quinquaginta,* Thucydides *quadraginta. Scriptum hoc libro undecimo* Pamphilæ. Composuit etiam *Pamphila,* teste *Suida* l. c. Epitomen *Ctesiae* libris III. Epitomas historiarum aliorumque scriptorum quamplurimas, librum de controversiis, alium de re venerea, aliaque plurima, quae omnia interciderunt. Vid. de illa *Vossium* in Historicis Graecis lib. II. cap. 7. *Menagium* in Historia mulierum philosoph. segm. 13. & Celeb. *Fabricium* Biblioth. Graec. Vol. VII. pag. 68. & Vol. IX. pag. 344. & pag. 753. De *Pamphila, Latoi* filia, confer *Menagii* notas ad *Laërtium* [num. CXXXVI. not. 355.]

PANACEA, sive *Panaceia,* [quam etiam *Panaclem* & *Panem* appellari, testatur *Tiraquellus* cap. 31. de Nobilit. num. 331.] fertur filia *Æsculapii,* ita dicta ἀπὸ τοῦ πᾶν & ἄκος, quod omnibus mederi queat. *Plinius* lib. XXV. cap. 4. segm. 11. Panaces *ipso nomine omnium morborum remedia promittit, numerosum & Diis inventoribus adscriptum. Unum quippe* Asclepion *cognominatur, quoniam is filiam* Panaceam *appellavit.* ubi vide Interpretes. Solo fere nomine illa ex *Aristophane, Suida, Plinio,* & *Hippocratis* ὅρκῳ est nota. vid. supra *Æsculapii* filiae. Ex eo, quod *Hippocrates* l. c. per ipsam discipulos suos adjurare voluit, facile liquet, eam & sancte olim habitam, & in honore cum *Hygeia* sorore, si non pari, non tamen nullo fuisse, iisdemque ceremoniis & ritibus Deae in morem cultam. *Pausanias* quoque in Atticis lib. I. pag. 84. refert, apud *Oropios* quartam

arae

arae cujusdam partem *Panaceae*, *Jasoni*, *Hygiae*, *& Minervae Pæoniae*, fuisse sacram. Confer de illa praeter *Tiraquellum* de Nobilitate cap. 31. num. 331. & Scriptores Historiæ medicae, *Meibomium* in Comment. in Jusjur. *Hippocratis* cap. 6. §. 31 sqq.

PANTACLEA, *Diodori Croni* filia, Dialectica. vid. *Argia*.

PANTÆNIS, Poëtria latina. vid. notas ad *Olearii* differt. de Poëtriis Gr. pag. 170. not. 53.

PANYPERSEBASTA, & deinde CAESARISSA, appellata est *Irene*, filia *Theodori Metochitæ*, magni Logothetæ sub *Andronico Palæologo Seniore* ab An. MCCCXIV. postquam Imperator illam *Johanni Palæologo* Panypersebasto, *Constantini Palæologi*, qui Andronici Imp. frater erat, filio nuptum dedit, huncque tandem Cæsarem declaravit. *Jo. Cantacuzenus* Historiarum lib. I. cap. 43. pag. 129. ed. Paris. Τῷ πρώτῳ βεβασιλευκότι Ῥωμαίων Παλαιολόγῳ τῷ Μιχαὴλ ἄῤῥενες τρεῖς γεγένηνται παῖδες, οὗτός τε ὁ μετ᾽ αὐτὸν βεβασιλευκὼς Ἀνδρόνικος, καὶ Κωνσταντῖνος ὁ ἐν τῇ πορφύρᾳ τεχθεὶς, καὶ Θεόδωρος τρίτος, καὶ θυγατέρες τοσαῦται. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἄλλοι γεγένηνται παῖδες, καθάπερ ἐν ἀρχῇ τῆς ἱστορίας ἐδήλωσε φθάσας ὁ λόγος· τῷ Πορφυρογεννήτῳ δὲ Κωνσταντίνῳ ὁ Παλαιολόγος Ἰωάννης μονογεννὴς γεγέννηται παῖς· ᾧ Μετοχίτης ὁ Μέγας Λογοθέτης ἐξέδωκε τὴν θυγατέρα Εἰρήνην πρὸς γάμον, τῇ τοῦ Πανυπερσεβάστου πρὸς τοῦ θείου καὶ βασιλέως ἀξίᾳ τετιμημένῳ. Adde *Nicephorum Gregoram* lib. VII. Historiæ Byzant. cap. 11. segm 2. pag. 167. & (num. CXLVII.) *Panypersebastu* præceptorem habuit *Nicephorum Gregoram*, qui (num. CXLV sq. & CXLVIII.) ejus ingenium, eruditionem & eloquentiam egregie laudat, atque orationem ab ea ad Patrem habitam refert. Ex *Joanne Panypersebasto* filiam peperit, quæ *Crali* Serviæ, i. e. Principi Triballorum, nupsit, teste *Nicephoro Gregora*, (num. CXLVII.) qui addit, se legatum, *Panypersebasto* apud Triballos mortuo, ab Imperatore ad Triballorum principem missum esse, ut ipsam Byzantium redire compelleret. Confer de illa *Menagii* Historiam mulierum Philosoph. segm. 41 sq. qui hæc subjungit: *KRAL vox est Slavica, quæ Regem significat. Ea hodie Turcorum Imperator Electores Imperii in literis compellat, & qua non ita pridem ipsum Ger-*

 manorum

manorum Imperatorem compellabat.

PARTHENIS, Poëtria cujus epigrammatis *Meleager* ad ſuam coronam adornandam uſus eſt. vid. Celeb. *Fabricii* Biblioth. Graec. Vol. II. pag. 685. & pag. 722.

PAULA, fœmina Romana ditiſſima & nobiliſſima, *Rogati* & *Bleſillæ* filia, ex patre *Agamemnonis* Regis, ex matre *Scipionum* & *Gracchorum* progenies, nata eſt *A. C.* CCCXLVII. & nupſit *A.* CCCLXIV. *Toxotio* Patricio, qui ex illa quatuor filias, *Bleſillam*, *Paulinam*, *Juliam Euſtochium* & *Rufinam*, atque filium *Toxotium* ſuſcepit. Marito ejus *A. CCCLXXX.* mortuo, quinque adhuc annos Romæ commorata eſt, deinde ſacris Judæae locis & Ægypto usque ad Alexandriam peragratis, Bethlehemi conſedit, atque ibi quatuor exſtruxit monaſteria, unum virorum, tria virginum, quas ad pietatem ſedulo formavit, quoad, peractis viginti annis, obiit d. XXVI. Jan. *A.* CCCCIV. S. *Hieronymi* colloquio & amicitia familiariſſime uſa, enarrationem utriusque Teſtamenti cum filia *Euſtochio* ab ipſo audivit, eumque impulit, ut commentarios Sacrorum librorum conſcriberet, quod ipſe in prooemio libri XVIII. Commentariorum in *Eſaiam* teſtatur. Vitam, virtutes & laudes ejus copioſe expoſuit laudatus *Hieronymus* in Epitaphio *Paulæ* matris ad *Euſtochium* virginem, Epiſt. *LXXXVI.* (Epiſt. XXVII. ed. Baſil.) Tom. IV. P. II. Opp. pag. 669 ſqq. ed. *Martianay*, ubi pag. 670. ejus accuratam ſcientiam totius divinæ Scripturæ, & promtam memoriam his verbis laudat: *Nihil ingenio ejus docilius fuit; tarda erat ad loquendum, velox ad audiendum, memor illius praecepti:* Audi, Iſrael, & tace; (Exod. XIV. 13.) *Scripturas ſanctas tenebat memoriter. Et quum amaret hiſtoriam, & hoc veritatis diceret fundamentum; magis tamen ſequebatur intelligentiam ſpiritualem; & hoc culmine ædificationem animæ protegebat. Denique compulit me, ut vetus & novum Inſtrumentum cum filia, me diſſerente, perlegeret. Quod propter verecundiam negans, propter aſſiduitatem tamen & crebras poſtulationes ejus præſtiti, ut docerem, quod didiceram; non à me ipſo, id eſt, à præſumtione, peſſimo præceptore, ſed ab illuſtribus Eccleſiæ viris. Sicubi hæſitabam, & neſcire me ingenue confitebar, nequaquam mihi voluit acquieſcere; ſed jugi interrogatione cogebat, ut è multis variisque ſententiis, quæ mihi videretur probabilior, indi-*

indicarem. Loquar & aliud, quod forſitan æmulis videatur incredibile. Hebræam linguam, quam ego ab adoleſcentia multo labore ac ſudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non deſero, ne ab ea deſerar, diſcere voluit, & conſecuta eſt, ita ut pſalmos hebraice caneret, & ſermonem abſque ulla latinæ linguæ proprietate perſonaret. Confer de noſtra Scriptores Martyrologiorum & Hiſtoriæ Eccleſ.

PAULINA vid. *Pompeja Paulina.*

PELEÆ, ſeu *Peleades* fatidicæ, vid. *Olearii* diſſert. de Poëtriis Græc. num. *LV.*

PERIALLA, mulier fatidica, vid. notas ad *Olearii* diſſ. de Poëtriis Gr. pag. 170. not. 54.

PERICTIONE, (quæ vitioſe vocatur *Perictonia* in *Eberti* Gynæceo docto pag. 277. *Perictuïone* in nonnullis Codicibus *Photii* Cod. *CLXVII.* pag. 194, 4. ubi Scriptores recenſentur, ex quibus *Joannes Stobæus* apophthegmata ſua collegit,) fuit mulier Pythagorica, ſcripſitque librum περὶ σοφίας, & alium περὶ γυναικὸς ἁρμονίης, ex quibus fragmenta quatuor profert laudatus *Stobæus*, (num. *CXLIX--CLI.*) *Bentlejus* autem in diſſert. de Epiſtolis *Phalaridis* contra *Boylium* anglice edita pag. 381 ſq. ſtatuit, omnia iſta ſub nomine *Perictiones*, quæ fuit *Platonis* mater, ab impoſtore efficta eſſe, quod plerorumque pythagoricorum fragmenta ſint ſuppoſititia ſcripta, atque duo priora fragmenta *Perictiones* compoſita ſint dialecto dorica, poſteriora autem duo ionica. Confer de illa *Menagii* Hiſtoriam mulierum philoſoph. ſegm. 108. & Celeb. *Fabricii* Biblioth. Græc. Vol. I. pag. 527.

PERILLA nonnullis eſt *Ovidii* poëtæ uxor, aliis ejus filia, aliis nomen fictum mulieris, cujus ingenium in verſibus pangendis laudat *Ovidius* Triſtium lib. III. eleg. 7.

PERIMEDA vid. *AGAMEDA.*

PHABULLA, ſeu *PHABILLA*, ſeu *Fabilla*, ſeu *Fabulla Libyca*, de qua *Galenus* Pharmac. ſec. locos lib. IX. Tom. II. Opp. pag. 294, 30. ed. Baſil. Μάγαλμα Ἀντιοχίδος, σπληνικοῖς, ὑδρωπικοῖς, ἰσχιαδικοῖς ἀρθριτικοῖς ἐσκευάσθη Φαβίλλῃ· & v. 32. Ἄλλο Φαβίλλῃ συντεθὲν σφόδρα γενναῖον πρὸς τὰς αὐτὰς δια-

διαθέσεις· & lib. X. pag. 308, 55. Μάλαγμα Ἀντιοχίδος σπληνικοῖς, ὑδρωπικοῖς, ἰσχιαδικοῖς, ἀρθριτικοῖς ἐσκευάσθη Φαβίλλῃ Λιβυκῇ. *Janus Cornarius* in notis ad h. l. existimat, pro *Libyca* legi debere *Liviam*, hancque non fuisse mulierem medicam, sed ei præparatum esse medicamentum à *Galeno* descriptum, cujus sententiam approbat *Dan. Clericus* in Historia Med. gallice edita part. II. lib. III. cap. 13. pag. 137. Confer de illa *Tiraquellum* de Nobilit. cap. 31. n. 346. & Celeb. *Fabricium* Vol. XIII. Biblioth. Gr. pag. 158.

PHAEDRIUM fuit serva *Epicuri*, quam hic in testamento suo liberam dimisit apud *Diogenem Laërtium* lib. X. segm. 21. ἀφίημι δὲ καὶ Φαίδριον ἐλευθέραν. Unde conjicere licet, illam philosophiæ *Epicuri* sedulam operam dedisse.

PHAËLLO, mulier fatidica, vid. *Olearii* differt. de poëtriis Graecis, num. *LVII.*

PHAËNNIS, mulier fatidica, vid. *Olearium* l. c. num. *LVI.*

PHANOTHEA, poëtria, vid. *Olearium* l. c. num. *LVIII.*

PHANTASIA, poëtria commentitia. vid. notas ad *Olearii* differt. p. 173.

PHEMONOE, mulier fatidica, vid. *Olearium* l. c. num. *LIX.*

PHERENICE, vid. *BERONICE.*

PHILA, poëtria commentitia, quam *Ebertus* in Gynæceo docto p. 280. effinxit ex *Manuele*, *Phile* Scriptore Iamborum de animalium proprietatibus.

PHILAENIS, poëtria, vid. *Olearii* differt. de poëtriis Gr. num. *LX.*

PHILIPPI Evangelistæ & Diaconi filiæ quatuor prophetissae commemorantur Actor. XXI. 8 sq. Τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Παῦλον ἦλθον εἰς Καισάρειαν· καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, (τοῦ ὄντος ἐκ τῶν ἑπτὰ) ἐμείναμεν παρ' αὐτῷ. Τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες προφητεύουσαι. Verbum hoc Interpretes ad h. l. explicant divinas laudes celebrantes, vel Scripturam propheticam ex singulari Spiritus S. revelatione celebrantes, vel futura praedicentes, ut impletum sit id, quod exstat Act. II. 18. Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, καὶ προφητεύσουσι. De iisdem sequentia monet *Frider. Spanhemius F.* in Miscellan. Sacrae Antiq. lib. III. diss. 3. de ficta profectione

Petri

Petri in urbem Romam part. 3. §. 9 Tom. II. Opp. pag. 358 sq. *Tradidit* Papias, *& cum eo* Polycrates *ac* Clemens Alexandrinus, (nec non *Eusebius* Hist. Eccl. lib. III. cap. 39. pag. 112.) Philippo Apostolo *fuisse conjugem, ac filias virgines, obdormivisse has Hierapoli, à quibus* Papias *mirabilia quaedam accepisset, ut mortuum sui aetate suscitatum, &* Barsabam, *de quo* Actor. I. *lethale poculum sine laesione ebibisse. Atqui rectissime* Valesius *not. in* Eusebii *Hist. Eccles. lib.* III. *cap.* 31. *observat, errorem subesse, & confudisse* Philippum Evangelistam, *cui filiae quatuor, Virgines, cum* Philippo Apostolo. *Praeterea non Hierapoli sed Caesareae Palestinae has constanter habitasse virgines, quarum cubicula ostenderentur aetate* Hieronymi, *hic ipse auctor est epistola ad* Eustochium. *Et gratis* Baronius, *ut nodum expediat, vult, utrique* Philippo *fuisse filias Virgines,* Diacono *&* Apostolo, *illas Cesareae, has Hierapoli commorantes. Quin supra modum grandaevae hae fuerint* Papiae *aetate, minimum sub* Hadriano, *ut quae jam* προφητεύουσαι, *quo tempore* Paulus *Caesaream appelleret, Hierosolymam inde concessurus, fere sub initia* Neronis. *Imo pridem ante obstrictae illae fuerant voto virginitatis, si fides* Hieronymo *adversus* Jovinianum, *quin eaedem primitiae virginitatis post crucem Christi,* Baronio *interprete. Ne dicam memorata* Papiae *miracula, ab his virginibus accepta, nescio quid redolere* Papianae *credulitatis,* verè fabulis propiora, *judice ipso* Eusebio.

PHILTATIS vel *Philtis, Theophrii* Crotoniatae filia, inter mulieres Pythagoricas clarissimas recensetur à Jamblicho in vita *Pythagorae* sub finem. In *Arcerii* editione perperam vocatur Φίλτης, & additur eam fuisse sororem Βυνδαϊκοῦ, vel ut in Codice MS. *Jamblichi* exstat, Βυνθαϊκοῦ. Sed εὐστόχως emendatus est hic locus à viris doctis: Φίλτις θυγάτηρ Θεόφριος τοῦ Κροτονιάτου. Βυνδακὶς, vel Βυνδαΐκη) ἀδελφὴ Ὀκκέλου καὶ Ὀκκύλου τῶν Λευκανῶν. Duumviris praestantissimis *Menagio* in Historia Mulierum philosoph. segm. 99. & *Fabricio* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 527. magis placet Φιλτατὶς, quam Φίλτις, *Philtatium,* virum doctum & sodalem suum, artem libros conglutinandi Athenis invenisse tradit *Olympiodorus* Philosophus Alexandrinus apud *Photium* Cod. LXXX. pag. 110. ed. Hoeschel.

PHILUMENE fuit puella* Alexandrina, quæ dæmone maligno obſeſſa multa mentiebatur, & ab *Apelle* haeretico comprimebatur, qui hujus impudicae mulieris amore adeo flagravit, ut librum compoſuerit inſcriptum: *Philumenæ prophetiæ & phaneroſes.* Mentionem ejus faciunt *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. 13. pag. 177. B. Ἀπὸ τῆς τούτων Ἀπελλῆς ὁ τῇ πολιτείᾳ σεμνυνόμενος καὶ τῷ γήρᾳ, μίαν ἀρχὴν ὁμολογεῖ· τὰς δὲ προφητείας ἐξ ἀντικειμένου λέγει πνεύματος· πειθόμενος ἀποφθέγμασι παρθένου δαιμονώσης, ὄνομα Φιλουμένης. *Theodoretus* Haeretic. Fab. Lib. 1. cap. 25. Tom. IV. Opp. pag. 211. D. Ἀπελλῆς βιβλίον συνθεὶς Φιλουμένης προφητείαν ὠνόμασε. *Tertullianus* cap. 6. de praeſcript. haeret. *Providerat jam tunc Spiritus Sanctus futurum in virgine quadam* Philumene *angelum seductionis, transfigurantem ſe in angelum lucis, cujus ſignis & praeſtigiis* Apelles *inductus, novam haereſin induxit.* Idem l. c. cap. 51. vel potius auctor, qui appendicem haereſium huic *Tertulliani* libro attexuit: *Habet praeterea* Apelles *privatas, ſed extraordinarias ſuas lectiones, quas appellat phaneroſeis* Philumenes, *cujusdam puellae, quam quaſi prophetiſſam ſequitur.* Idem cap. 6. de carne Chriſti: *Pervenimus de calcaria (quod dici ſolet) in carbonariam, à* Marcione *ad* Appellem, *qui poſteaquam à diſciplina* Marcionis *in mulierem carne lapſus, dehinc in virginem* Philumenem *ſpiritu everſus eſt, ſolidum Chriſti corpus, ſed ſine nativitate ſuſcepit ab ea praedicare. Et Angelo quidem illi* Philumenes *eadem voce Apoſtolus reſpondebit, qua ipſum illum jam tunc praecinebat, dicens: Etiamſi angelus de cælis aliter evangelizaverit vobis, quam nos evangelizavimus, anathema ſit.* Idem cap. 36. de anima: Apelles *non pictor, ſed haereticus, ante corpora conſtituens animas viriles ac muliebres, ſicut à* Philumena *didicit, utique carnem ut poſteriorem ab anima facit accipere ſexum. Idem* adverſus Marcionem lib. III. cap. 11. Philumene *illa magis perſuaſit* Apelli, *ceterisque deſertoribus* Marcionis, *ex fide quidem Chriſtum circumtuliſſe carnem, nullius tamen nativitatis, utpote de elementis eam mutuatum. S. Auguſtinus* lib. de Haereſibus ad Quodvultdeum cap. 24. ubi de Severianis: *Hic praeterea* Philumenen *quandam puellam dicebat inſpiratam divinitus ad praenuntianda futura; ad quam ſomnia atque aeſtus animi ſui referens, divinationibus ſeu praeſagiis ejus ſecretim erat ſolitus praemoneri eodem phantaſmate eidem* Philumenae

pueri

pueri habitu ſe demonſtrante, qui puer apparens Chriſtum *ſe aliquando, aliquando eſſe aſſereret* Paulum. *A quo phantaſmate ſciſcitans, ea ſoleret reſpondere, quae ſe audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari ſolitam, inter quae illud praecipuum, quod in anguſtiſſimi oris ampullam vitream panem grandem immitteret, eumque extremis digitis levare ſoleret illaeſum, eoque ſolo quaſi divinitus ſibi cibo dato fuiſſet contenta.* Locum hunc totum à MS. abeſſe monent Editores Lovanienſes & Pariſienſes, quod forte cum eſſet à quopiam in ora libri, non de *Severo*, ſed de *Apelle*, (cap. 23.) annotatum, librarii hallucinantes iſtuc tranſtulerunt. *Ittigius*, ὁ μακαρίτης, in diſſert. de haereſiarchis Seculi I. & II. Sect. II. cap. 8. pag. 157 ſq. putat, *Auguſtinum* memoria lapſum eſſe, cum *Philumenam* hanc non *Apelli* ſed *Severo* tribuit, niſi forte librariorum vitio relatio haec de *Philumena* ad caput proxime ſequens rejecta fuerit. *Tillemontio* in Memoriis Hiſtoriae Eccleſ. gallice editis Tom. II. Part. II. ubi de *Marcionitis* agit pag. 212. & 518 ſq. ed. in 12. id dubium eſt, ſtatuit tamen additionem iſtam eſſe antiquam & fide dignam. S. *Hieronymus* epiſt. ad *Cteſiphontem* adverſus *Pelagianos* num. 43. Tom. IV. Opp. Part. II. pag. 477. ed. *Martian.* Apelles Philumenen *ſuarum comitem habuit doctrinarum.* Et S. *Pacianus* ad *Sympronianum* contra tractatus *Novatian.* Tom. III. Biblioth. Patrum pag. 58. A. ed. Pariſ. 1654. *Prophetas ſecutus eſt*, (Novatianus,) *ut Cataphryges, an* Philomenen *aliquam, ut* Apelles? Confer *Ittigium* & *Tillemontium* ll. cc. *Jo. Andr. Schmidium* in diſſ. de muliere heterodoxa §. 8. pag. 11. & *Jo. Henr. Feuſtkingium* in Gynaeceo haeretico-fanatico pag. 502. *Philumenen*, *Alcini* filiam, nutricem ſuam memorat *Ariſtides* ἱερῶν λόγων πρώτῳ Tom. I. pag. 511. & λόγῳ πέμπτῳ Tom. I. pag. 626.

PHINTYS, *Callicratis* filia, Pythagorea, ſcripſit librum περὶ γυναικὸς σωφροσύνης, de temperantia mulieris, cujus fragmentum non parvum profert *Stobaeus*, (num. CLII.) Mentionem ejus faciunt *Tiraquellus* in XI. leg. Connub. gl. I. Part. 11. Tom. II. Opp. pag. 191. a. *Menagius* in Hiſtoria mulierum philoſoph. ſegm. 108. & *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 527.

PHYGO, Poëtria, vid. notas ad *Olearii* diſſert. de Poëtriis Gr. pag. 185. not. 81.

PHYL-

PHYLLIS fuit mulier pythagoricorum dogmatum ſtudioſa, ad quam, quum liberorum mater facta eſſet, ſcripſit *Myia*, *Pythagorae* filia, epiſtolam de bona nutrice eligenda, (vid. num. C.) in cujus fine aliam de liberorum educatione promittit. Meminit ejus Celeberrimus *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol I. pag. 527.

PHYTO Sibylla, vid. *Olearii* diſſ. de Poëtriis Gr. num. LXI.

PILIA (Maria) vid. *Maria.*

PISIRRHONDE vid. ſupra *Biſorronde.*

PLACIDIA *(Galla) Theodoſii M.* Imp. & *Gallae* filia, *Honorii* & *Arcadii* Impp. ſoror, capta A. C. 410. Romæ in *Alarici* Gothorum Regis poteſtatem venit, & A. 414. *Ataülpho*, *Alarici* ſucceſſori nupſit, & *Theodoſium* mox exſtinctum anno ſequenti peperit. *Ataülpho* A. 415 cæſo, ipſa graviſſimis contumeliis à Sigerico affecta eſt, deinde à *Vallia*, Sigerici ſucceſſore, *Honorio* fratri reſtituta, & cum *Conſtantio* Comite & Patricio A. 417. nupta primum *Juſtum Gratum Honorium*, deinde *Fl. Placidium Valentinianum* in lucem edidit. Marito ejus Cæſare & imperii conſorte ab *Honorio* A. 421. declarato, & paulo poſt fatis functo, cum ipſa in fratris odium incurriſſet, & A. 423. CPolim petiiſſet, privatam illic vitam egit. *Honorio* autem obeunte, & *Joanne* Occidentis Imperium arripiente, Theodoſius Junior Imp. *Placidium Valentinianum* Occidenti praeeſſe juſſit ſub tutela matris, hancque A. 424. Auguſtam nuncupavit, quae pie & prudenter res Occidentis usque ad A. 449. 27. Nov. adminiſtravit, & Ravennae eſt ſepulta. Epiſtolam ad *Aurelium*, aliamque ad *Auguſtinum* & ſex alios Epiſcopos Africae de Synodo apud Spoletum cogenda, quas *Honorio* Imp. adſcriptas exhibet ex MS. Vaticano *Baronius* ad A. 419. num. 22 ſq. à *Placidia Galla* compoſitas eſſe, oſtendit *Henr. Noriſius* in Hiſtoria Pelag. lib. I. c. 16. Tom. I. Opp. pag 155 ſq. Ejusdem Epiſtolae duae, altera ad *Theodoſium* Jun. Imp. altera ad *Ælium Pulcheriam* Auguſtam de Pſeudo Synodo Epheſina à *Dioſcoro* Alexandrino contra S. *Flavianum* celebrata, exſtant graece & latine inter epiſtolas Concilio Chalcedonenſi praemiſſas, atque latine tantum in *Baronii* Annal. Eccleſ. ad Annum 449. num. 159. & 162. Reſcriptum nomine Valentiniani filii Aqui-

Aquilejæ *A. C.* 425. publicatum contra hæreticos Romae tumultuantes, habetur lib. XVI. Cod. Theodof. tit. 5. Aliud ad *Armatium* Praefectum Praetorio Galliarum de diverfis Ecclefiafticis capitibus, & in Pelagianos Epifcopos eodem anno fcriptum in *Sirmondi* Tom. I. Concil. Galliae pag. 54. Domos duas *Placidiæ* Auguftae in urbe Conftantinopolitana defcribit *Anfelmus Bandurius* lib. VII. Commentar. in Antiqq. Cpolit. pag. 388. ed. Parif. Singula ifta in Commentario de vitis Auguftarum uberius exponere conftitui. Confer interea *Socratis* Hiftor. Eccl. VII. 24. *Sozomeni* Hift. Eccl. IX. 16. *Olympiodori* hiftor. apud *Photium* Cod. LXXX. pag. 107 fqq. ed. *Hoefchel. Ifidori* Hifpal. Chronicon Gothorum ad *A. C.* 411 fqq. *Profperi* Aquit. Chronicon pag. 740 fqq. Opp. ed. Par. 1711. fol. *Paulli Diaconi* Hiftor. Mifcell. lib. XII. cap. 10. lib. XIII. cap. 28. lib. XIV. cap. 3. & 6. *Jornandis* Succeff. temp. cap. 91. 96 fq. Ejusdem Originem Gothor. cap. 31 fq. & *Pauli Orofii* lib. VII. hiftor. cap. 28.

PLOTIANA, de qua lib. XXIX. Digeft. tit. 7. de jure Codicill. leg. 18. haec leguntur: Plotiana Celfo *fuo falutem:* Lucius Titius *his verbis ita cavit:* Si quid tabulis aliove quo genere ad hoc teftamentum pertinens reliquero, ita valere volo. *Quæro, an Codicilli, qui ante hoc teftamentum fcripti funt, debeant rati effe?* Juventius Celfus Plotianae *falutem: Hæc verba:* Si quid ad hoc teftamentum pertinens reliquero, valere volo; *etiam ea, quæ ante teftamentum fcripta funt, comprehendere videntur.* Ex his colligit *Tiraquellus* ad XI. Leg. Connub. Tom. II. Opp. pag. 191. a. *Plotianam* non fuiffe juris civilis imperitam, ideoque nec *Celfum* graviffimum in jure auctorem eam refponfione dedignatum effe.

POLLA. vid. *Argentaria.*

POLYCRATA Pythagorae filia commentitia, quam in epiftola quadam *Phalaridis* egregie laudari, eique patrem fcripta fua legaffe copiofe narrat *Anton. Guevarra* in Horologio Princip. II. 35. pag. 364. Sed *Pythagoras* commentaria fua fideliter fervanda *Damoni* filiae tradidit, & *Phalarides* nullam *Polycratae* mentionem in epiftolis facit.

POLYDAMNA, five *Polydama*, *Thonis* Ægyptii uxor, artem medicam egregie calluit, & *Nepenthes* medicamentum triftitiam abolens cum *Helena* communi-

municavit. Vid. *Homerus*, (num. CLIII.) *Diodorus Siculus*, (num. CLIV) qui eam *Polymnestam* appellat, & *Philostratus*, (num. CLV.) Nepenthis Homerici mentionem fecerunt permulti auctores veteres, quorum testimonia proferunt *Pet. la Seine* in *Homeri* Nepenthe f. libro de abolendo luctu, qui recusus est Tom. XI. Antiqq. Graec. *Gronovii* pag. 1329 sqq. *Jac. Duportus* in Gnomologia Homerica pag. 166 sq. *Pet. Petitus* in *Homeri* Nepenthe, f. dissertatione de *Helenae* medicamento luctum abolente, & aliis quibusdam eadem facultate praeditis. Traj. ad Rhen. 1689. 8. & *Jo. Conr. Barchusen* in Orat. de Nepenthe, quae addita est ejus Historiae medicinae, Amstel. 1710. 8. *Helenam* quoque à Nostra herbam serpentibus exitiosam accepisse tradit *Ælianus*, (num. CLVI.) Confer de *Polydamna* Historiae medicae Scriptores, *Tiraquellum* de Nobilitate cap. 31. num. 333. & *Fabricii* Biblioth. Graecam Vol. XIII. pag. 376 sq.

POLYMNESTA vid. *Polydamna.*

POLYXO, Nympha & vates fabulosa, nutrix Reginae *Hypsipyles*, & mater *Astorionis*, de qua vid. *Apollonii Rhodii* Argonaut. I. v. 668. *Valerium Flaccum* Argon. II. v. 316 sqq. *Callimachum* in hymn. in Cerer. v. 78. *Statium* Theb. V. v. 90. *Hyginum* fab. XV. & commentarios Virorum doctorum ad hunc locum. Ill *Spanhemius* in Observv. in *Callimachi* l. c. plures fœminas *Polyxus* nomine appellatas recenset.

POMPEIA PAULINA, altera *Senecae* Philosophi uxor, non mediocrem opem viri studiis attulisse fertur, teste *Tiraquello* in XI. leg. Connub. Tom. II. Opp. pag. 190. a. Ipse *Seneca* epist. CIV. summum ejus in se amorem egregie laudat, quem etiam in mariti morte ostendit, cui suam, (quod in ipsa fuit) jungere voluit. Confer omnino *Tacitum* Annal. XV. cap. 63.

POMPEII SATURNINI, eruditione & scriptis inclyti, uxor, fœminis doctis annumeratur à *Tiraquello* l. c. pag. 190. a. quia *Plinius* lib. I. epist. 16. de illa refert: *Legit* (Pompejus Saturninus) *mihi nuper epistolas, quas uxoris esse dicebat.* Plautum *vel* Terentium *metro solutum legi credidi, quae sive uxoris sint, ut adfirmat, sive ipsius, ut negat, pari gloria dignus est, qui aut illa componat,*

ponat, aux uxorem, quam virginem accepit, tam doctam politamque reddiderit.

PORCIA, filia *Catonis* Uticensis & uxor *M. Junii Bruti*, qui de *Julio Cæsare* interficiendo conjuravit, ab *Æg. Menagio* segm. 75. in numerum mulierum philosopharum refertur, quia ipsa à *Plutarcho* in vita *Bruti* Tom. I. Opp. pag. 989. D. appellatur φιλόσοφος καὶ φίλανδρος οὖσα, καὶ μεστὴ φρονήματος νοῦν ἔχοντος. Marito conjurationem contra *Cæsarem* meditante ipsa se in femore graviter læsit, ut indicaret, se ad quævis perferenda paratissimam esse; & *Bruto* supervivere nolens, ardentibus prunis in os ingestis mortem sibi intulit. vid. *Plutarchum* l. c. *Valerium Maximum* III. 2. ex. 15. & IV. 6. ex. 5. & *Martialem* lib. I. epigr. 43.

PORTIA quædam, cujus epistola latina ad *P. Fabium* exstat lib. I. num. 28. Epistolarum, *Q. Curtio* suppositarum, in Celeb. *Fabricii* Biblioth. Latina Vol. II. pag. 812.

POTAMILLA memoratur in *Diogenis Laërtii* lib. VIII. segm. 63. Μέγαν τὸν Ἀκράγαντα εἰπεῖν φησι Ποταμίλλα, ἐπεὶ μυριάδες αὐτὸν κατῴκουν ὀγδοήκοντα. *Menagius* in notis ad h. l. τὸ Ποταμίλλα *non agnoscunt ceteræ editiones. Agnoscunt regiæ membranæ. Ignoratissima autem mihi omnium feminarum hæc femina.* Palatinus Codex habet: Ποταμὸν ἄλλοι.

POTONE fuit soror *Platonis Philosophi*, è qua *Eurymedon* suscepit *Speusippum*, *Platonis* auditorem & in Academia successorem. vid. *Suidam* in Ποτώνη & Σπεύσιππος.

PRAXIGORIS, Poëtria, vid. *Olearii* diss. de Poëtriis Gr. num. LXII.

PRAXILLA, Poëtria, vid. *Olearium* l. c. num. *LXIII.*

PRISCA, seu *Priscilla*, Pontica, uxor *Aquilæ*, cum quo Romæ, Corinthi, Ephesi, aliisque in locis Christianæ Religionis dogmata propagavit atque explicavit, fideique sacræ mysteria in conventibus domesticis alios docuit. De ejus eruditione & notitia accurata testatur Spiritus S. in Rom. XVI. 4. Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. (Οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν· οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν.) καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. Et Act.

 XVIII.

XVIII. 26. Ἀκούσαντες αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα προσελάβοντο αὐτὸν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν. Vid. etiam Act. XVIII. 2. & 18. 1. Cor. XVI. 19. & 2 Timoth. IV. 19. Multa in laudem ejus & *Aquilæ* mariti profert S. *Chrysostomus* in *Homil* XXX. in Epist. ad Rom. Tom. IX. Opp. ed. *Montfauc*. pag. 741 sq. & in Homiliis II. in verba S. *Pauli* Rom. XVI. 4. Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν &c. Tom. V. Opp. ed. *Savil*. pag. 314. & pag. 321 sqq. atque Tom. V. ed. Duc. pag. 216. & pag. 226 sqq. In S. *Dorothei* Episc. Tyri Synopsi de LXX. Discipulis νοθείας suspecta haecce leguntur: *Aquila. Hujus quoque meminit Paulus. Heracliæ fuit Episcopus Priscas. Recordatur etiam hujus Paulus. Colophonæ Episcopus fuit.* Memoria *Aquilae* & *Priscillae* recolitur in Ecclesia Romana d. VIII. Julii, & in Ecclesia Græca d. XIII. Febr. *Menaea* hujus mensis pag. 77. a. Ὁ ἅγιος Ἀκύλας σκυτοτόμος ἦν τὴν τέχνην, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Παύλου ἀκούσας ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν μετὰ τῆς συμβίου αὐτοῦ Πρισκίλλης· καὶ βαπτισθέντες ἀμφότεροι ὑπ' αὐτοῦ, ἦσαν αὐτῷ καθυπηρετούμενοι κατὰ πᾶσαν πόλιν· καὶ χώραν ἀκολουθοῦντες καὶ συγκινδυνεύοντες ἐν πᾶσι τοῖς πειρασμοῖς. Τοσοῦτον δὲ ἠγάπησεν αὐτοὺς ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ὡς καὶ μνημονεύειν αὐτῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ. Οὕτω δὲ τῷ Ἀποστόλῳ εὐαρεστήσαντες, καὶ πολλὰ τελέσαντες θαύματα, ὕστερον κρατηθέντες ὑπὸ τῶν ἀπίστων, τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν καὶ οὕτω μεταστάντες τῶν ἐπὶ γῆς, κατοικοῦσι τοὺς οὐρανούς. Et Menologium Græcorum cura *Annib. Albani* Card. editum, Tom. II. pag. 185. Ὁ ἅγιος Ἀκύλας σκυτοτόμος μὲν ἦν τὴν τέχνην πρότερον. Ἕλλην δὲ ὑπάρχων, ὅμως τῆς ἐλεημοσύνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πτωχοὺς συμπαθείας οὐκ ἐπελανθάνετο· ἀλλ' εἴ τι ἐκέρδησεν ἐκ τοῦ ἐργοχείρου αὐτοῦ, ἐμέριζεν αὐτὸ μετὰ τῶν πτωχῶν. Ἀκούσας δὲ περὶ τοῦ Ἀποστόλου Παύλου κηρύττοντος τὸν Χριστὸν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν, μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Πρισκίλλης, ὡς εἰς ὁμότεχνον· σκυτοτόμος γὰρ ἦν καὶ αὐτός. Καὶ διδαχθέντες ὑπ' αὐτοῦ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ἐβαπτίσθησαν. Καὶ ἦσαν δουλεύοντες αὐτῷ· καὶ κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν ἀκολουθοῦντες καὶ συγκινδυνεύοντες ἐν πᾶσι πειρασμοῖς. Τοσοῦτον δὲ ἠγάπησαν αὐτοὺς ὁ μέγας Ἀπόστολος διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, καὶ τὴν πρὸς Χριστὸν πίστιν, ὡς καὶ μνημονεύειν αὐτῶν ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἐπιστολαῖς.

Differ-

Μετὰ δὲ θάνατον τοῦ Ἀποστόλου τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν μὴ παυσάμενοι, ἐκρατήθησαν ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ πολλὰ βασανισθέντες ἀπεκεφαλίσθησαν. Prodiit Diſſertatio *Guſtavi Ge. Zeltneri* de *Priſcilla Aquilae* uxore, tanquam foeminarum è gente Judaica eruditarum ſpecimine, Altorf. 1709. 4. Confer etiam *Jo. And. Schmidii* diſſ. de muliere orthodoxa §. 3. pag. 7 ſqq. & §. 5 ſq. pag. 11 ſq. ubi de aliis mulieribus ſanctis à D. Paulo laudatis agit.

PRISCA, ſive *PRISCILLA*. vid. *Maximilla*.

PROBA vid. *Falconia*.

PTOLEMAIS Cyrenæa, (mendoſe à *Tiraquello* pag. 119 a. *Cyrenenſia* dicta) citatur ἐν τῇ πυθαγορικῇ τῆς Μουσικῆς στοιχειώσει· *in Pythagorica Muſices institutione*, à Porphyrio in Commentario in Harmonica *Ptolemaei* pag. 207, 208, 209. (num. CLVII.–CLIX.) quod, antequam *Porphyrii* liber à *Jo. Walliſio* in Tomo III. Operum Oxon. 1699. fol. ederetur, obſervarunt *Iſm. Bullialdus* notis in *Theonem Smyrnaeum* pag. 276. & *Æg. Menagius* in Hiſtoria mulierum Philoſoph. ſegm. 111. ubi teſtatur hunc *Porphyrii* librum manu exaratum adſervari in Bibliotheca Regia, nec non in Vaticana. Addit Vir laudatus: *Muſicen maxime coluerunt Pythagorici, teſte* Moderato *Gaditano, qui Pythagoreorum placita, ut eſt apud* Porphyrium *in* Pythagora, *XI. libris eruditiſſime complexus erat. Obiter hic obſervamus, vixiſſe* Moderatum *illum ſub* Nerone, *quod nos docuit* Plutarchus *Sympoſ. lib. VIII. cap. 7. Qua autem aetate vixerit* Cyrenæa *baec* Ptolemais, *incertum eſt. Cum ejus teſtimonio utatur* Porphyrius, *ante* Porphyrium *vixiſſe conſtat, qui vixit ſub* Aureliano. *Vixerit fortaſſe eodem, quo* Julia Domna *Imperatrix tempore, cujus exemplo veriſimile eſt plurimas mulieres ſtudiis operam dediſſe. Tunc autem diu erat, quod deſierat Pythagorica ſecta*; *quaerit ſcilicet* Porphyrius *in vita* Pythagorae, *cur Philoſophia Pythagorea extincta eſſet, quam diu ante ſua tempora exſtinctam ex ejus oratione colligimus. Quare cum* Ptolemaida Cyrenæam *Sectae Pythagoricae adſcripſimus, non in omnibus Pythagoricam fuiſſe dicere voluimus, ſed hoc tantum, numerorum doctrinam quod ſpectat, Pythagoricos canonas ſecutam fuiſſe.* Meminit *Ptolemaidis* Celeb. *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 527. & Vol. II. pag. 268.

PUDENTILLA (Æmilia) fuit primum *Sicinii Amici* uxor, deinde *L. Apuleji* Madaurenſis, Philoſophi Platonici, qui in Apologia ſua eam vocat mulierem ſapientem, & egregle piam pag. 514, 4. ed. Pariſ. in uſum Ser. Delphini curatae, atque ejus epiſtolas graece ſcriptas ſaepe allegat.

PULCHERIA quædam laudatur in S. *Maximi* Confeſſoris Sermonibus per excerpta ſerm. 39. Tom. II. Opp. pag. 632. Ἄυτη (Πουλχερία) ἐρωτηθεῖσα ὑπό τινος ἐν συνόδῳ πλειόνων γυναικῶν, διατί μόνη τῶν ἄλλων γυναικῶν ὀυ φορεῖ κόσμον; ἔφη· Ἀυτάρκης κόσμος ἐστὶ γυναικὶ ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή.

PULCHERIA Auguſta, filia *Arcadii* Imp. ſoror Imperatoris *Theodoſii* Junioris, & uxor *Marciani* Imp. Princeps religioſiſſima, cujus memoria in Eccleſia Graeca d. X. Sept. recolitur, egregie laudatur à *Socrate* Hiſt. Eccl. lib. VII. cap. 22. *Sozomeno* lib. IX. cap. 1 ſqq. *Nicephoro* lib. XIV. cap. 23. Auctore Chronici Paſchalis ad Olymp. CCC. *Joanne Zonara* Annal. Tom. II. pag. 44. ed. Pariſ. *Cedreno* pag. 342 ſqq. ed. Pariſ. *Glyca* Annal. Part. IV. pag. 261 ſq. aliisque Hiſtoriae CPolitanae Scriptoribus. *Cyrillus* Alex. huic ſororique *Flacillae* & *Theodoſii* Jun. Conjugi *Liciniae Eudociae* dedicavit libros II. de recta fide, qui habentur Tom. V. Part. II. Opp. pag. 42 ſqq. ed. Pariſ. S. *Leonis* M. Papae, Epiſtolae XI. ad *Pulheriam* Auguſtam exſtant in ejus operibus ed. Lugd. 1700. fol. ubi etiam pag. 276. *Pulcheriae* Epiſtola ad *Leonem* Papam exhibetur. Plura de illa in Commentario de vitis Auguſtarum proferre conſtitui.

Q.

QUINTIANA (Julia) Clinica, cujus mentio fieri videtur in veteri inſcriptione apud *Gruterum* pag. DCXXXV. 10. Sed pag. DCXC. 6. eadem inſcriptio ſic legitur: *Juliæ Quintianæ Cl. Lucæ F.* ut obſervat Celeb. *Fabricius* Vol. XIII. Biblioth. Gr. pag. 382.

QUINTILLA fuit mulier Cainianorum hæreſi addicta, de qua *Tertullianus* in tract. de baptiſmo cap. I. " Nuper converſata iſtic quædam de Caiana hæreſi " vipera venenatiſſima doctrina ſua pleroſque rapuit, inprimis baptiſmum de-" ſtruens, plane ſecundum naturam; nam fere viperæ & aſpides ipſique reguli " ſer-

" ſerpentes arida & inaquoſa ſectantur. Sed nos piſciculi ſecundum ἰχθῦν " noſtrum Ieſum Chriſtum in aqua naſcimur: nec aliter quam in aqua perma- " nendo ſalvi ſumus. Ita *Quintilla* monſtroſiſſima, cui nec integre quidem " docendi jus erat, optime norat piſciculos necare, de aqua auferens." *Phil. Priorius* in notis ad h. l. ſtatuit, *Tertullianum* loqui de *Quintilla*, cujus meminit *Epiphanius*, (num. XCVII.) à qua hæretici Quintilliani orti ſint, qui & Pepuziani dicti, quoniam virus ſuum *Pepuzæ* potiſſimum ſparſerit; eamque negaſſe omnino baptiſmum, antequam ad *Montani* partes accederet. *Tillemontius* autem Memor. Eccleſ. gallice editarum Tom. II. pag. 47. pag. 428, 438, & 446. has duas mulieres à ſe invicem diſtinguit. Confer *Jo. Andr. Schmidii* diſſ. de muliere heterodoxa §. 6. pag. 9. & *Jo. Henr. Feuſtkingii* Gynæceum hæretico-fan. pag. 525 ſqq.

R.

RHODOPE, Pythagorica mulier, ad quam exſtat *Theanus*, Philoſophæ pythagoricæ, epiſtola in obſervationibus *Lucæ Holſtenii* ad vitam *Pythagorae* ab anonymo ſcriptam. Conſtat hanc, quæ eſt quatuor epiſtolarum *Theanus* poſtrema, non eſſe γνήσιον, quia in illa *Theano* ſe *Rhodopæ* excuſat, quod necdum *Platonis* librum de Ideis, inſcriptum *Parmenides*, miſerit. Vid. *Menagii* Hiſtoriam mulierum philoſoph. ſegm. 110. & *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. I. p. 528. De *Rhodope*, genere Threſſa, ancilla *Iadmonis*, meretrice celebri, quæ *Charaxi*, fratris *Sapphus*, amica fertur, confer Fragmenta *Sapphus* num. LXXXVI. CII. CXXII. CXCIII. & pag. 250. b.

ROMA, latinis *Valentia*, fertur fuiſſe *Æſculapii* filia, à qua Romæ urbi nomen impoſitum voluit *Marinus*, ſive *Marianus* Lupercaliorum vetus Poëta; cujus verſus apud *Servium* ad Virgilii Ecl. I. v. 20. leguntur, quos *Salmaſius* ὁ πάνυ in Exercitt. Plin. ad *Solinum* Tom. I pag. 6. B. ita digerendos & concipiendos docet:

Roma ante Romulum fuit,
Et ab ea nomen Romulus
Adquiſivit * * * * * * *

Sed

Sed Diva flava & candida
Roma, Æsculapi filia,
Novum nomen Latio fecit,
Hinc conditricis nomine
Ab ipso omnes Romam vocant.

Addit *Salmasius* laudatus l. c. Hos eosdem versus refert *Philargyrius* ad h. l. *Virgilii* ex *Servio*, ut apparet, sumtos, nec enim animadvertit, verba illa: *Roma ante Romulum fuit*; non esse *Servii*, sed *Mariani* versum. Perperam autem: *Settæa flava & candida*, vir doctus, qui illos versus constituere voluit, legisse videtur. Nec enim *Roma* filia *Æsculapii* eadem fuit cum illa *Settæa*, captiva Trojana, quæ classem *Æneæ* incendit. Concedamus captivam illam, quod verum est, ab aliis *Romam* vocatam, ab aliis *Settæam*, non tamen una duplex nomen habuit, nec *Settæa Roma* à quoquam est appellitata. vid. supra *Æsculapii* filiæ: Romani etiam in memoriam Deæ *Meditrinæ* celebrabant festa *Meditrinalia* V. Id. Octob. de quibus *M. Terentius Varro* lib. V. de Lingua Lat. pag. 48. ed. *Steph.* 1581. Meditrinalia, *dies dictus à* medendo, *quod ut* Flaccus, *flamen Martialis, dicebat, hoc die solitum vinum novum & vetus libari & degustari* medicamenti *causa. Quod facere solent etiam nunc multi, cum dicunt:* Novum vetus vinum bibo: novo veteri morbo medeor. Et *Festus:* Meditrinalia *dicta hac de causa: Mos erat Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dicere ominis gratia:* Vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor. *A quibus verbis etiam* Meditrinae *Deæ nomen captum, ejusque sacra* Meditrinalia *dicta sunt.*

RUFINA vid. *Claudia Rufina.*

RUSTICIANA, *Symmachi* uxor, quae non modicum viri studiis praebuit adjumentum. Haec *Tiraquellus* in Leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 191. a. nescio quo auctore, tradit. Intelligenda forte est *Rusticiana*, *Q. Aurelii Anicii Symmachi* filia, & *Anicii Manlii Torquati Severini Boethii*, Cos. A. V. MCCLXXIV. cum Socero suo & Scriptoris celeberrimi uxor altera, cujus fata tristia post mariti obitum describit *Procopius Cæs.* lib. III. cap. 20. de Bello Goth. p. 513. ed. Paris.

SABA

S.

SABA vid. *Nicaula.*

SABBA, seu *Sambethe*, Sibylla. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis Græcis, num. LXIV.

SABINA *Atestina*, *Atrii*, vel *Attii Clementis*, Patavini, uxor, Poëtria latina, de qua *Martialis* lib. X. epigr. 93.

Si prior Euganeas Clemens Helicaonis *oras*,
Pictaque pampineis videris arva jugis;
Perfer Atestinæ *nondum vulgata* Sabinæ
Carmina, purpurea sed modo suta toga.
Ut rosa delectat, metitur quæ pollice primo,
Sic nova nec mento sordida charta juvat.

SABINA (*Attusia Lucana*,) uxor *Ausonii*, Burdigalensis Poëtæ, de qua ipse Epigr. 38.

Licia qui texunt & carmina; *carmina Musis,*
Licia contribuunt, casta Minerva, *tibi.*
Ast ego rem sociam non dissociabo Sabina:
Versibus inscripsi quæ mea texta meis.

Laudatur etiam egregie à marito epigr. 36 sq. & Parental. num. 9.

SABINA (*Julia*) vid. *Julia Sabina* & *Salviana.*

SALAMINE, mulier medica, allegatur à *Johanne Serapione*, Arabe, libro de simplici medicina cap. 136. & cap. 364. teste *Tiraquello* in lib. de Nobilit. cap. 31. §. 319. in medicorum nomenclatura.

SALEMNIA, mulier medica, allegatur ab eodem *Serapione* l. c. cap. 427.

SALOME, quæ etiam *ALEXANDRA* appellata est, *Schetachi* filia, post prioris mariti *Aristobuli*, Judæorum Sacerdotis Summi & Regis, mortem nupsit ejus fratri *Alexandro Jannæo*, atque huic in regno successit an. LXXVI. a. C. N. rebusque imperii prudentissime administratis, obiit an. LXVII. a. C. N. ætatis

ſuæ an. LXXIII. Confer omnino Viri Rev. *Guſt. Ge. Zeltneri* diſſert. de *Alexandra* Judæorum Regina, tanquam ſpecimine ſapientis ex hac gente fœminae ad illuſtrandam hiſtoriam factionum Judaicarum, Altorf. 1711. 4.

SALOME inſtituit haereſin Horpocratianorum, vel rectius Carpocratianorum, ſecundum *Celſum* Epicureum. Illius tamen mentionem ullam apud Scriptores Eccleſiaſticos & Philoſophicos exſtare, negat *Origenes* adverſus *Celſum* pag. 272. ed. Cantabr. Confer *Spenceri* notas ad h. l.

SALPE Leſbia, Poëtria. vid. notas ad *Olearii* diſſ. de Poëtriis Gr. num. 79. pag. 180 ſq. Hanc etiam fuiſſe obſtetricem, & ſcripſiſſe de remediis muliebribus, ex *Plinii* lib. XXVIII. cap. 7. ſegm. 23. & ex indice libri XXXII. colligit *Harduinus* in Indice Auctorum à *Plinio* allegatorum.

SALVIANA, mulier artis medicae perita, Sec. V. poſt. C. N. vixit, cui *Theodorus Priſcianus* dedicavit Gynaeciorum librum, in cujus editione Geleniana appellatur *Salvina*, in Novenariana & Aldina autem *Victoria*. Illam eſſe eandem cum *Julia Sabina*, quam ſupra commemoravimus, opinatur *Thomas Reineſius* Var. Lectionum lib. III. cap. 11. pag. 509.

SAPPHO, Poëtria, vid. *Olearii* diſſ. de Poëtriis Gr. num. *LXV.*

SARA Lucana, Pythagorica. vid. ſupra *Æſara.*

SARA vid. *Sera.*

SARBIS, Sibylla. vid. *Olearium* l. c. num. *LXVI.*

SECUNDA Livillæ S. i. e. Serva, *Medica* memoratur in veteri lapide apud *Fulvium Urſinum* pag. 100. apud *Janum Gruterum* pag. CCCXII. n. 4. & ex *Pignorio* apud *Dan. Clericum* in hiſtoria medicinae gallice edita Part. II. lib. III. cap. 13. pag. 138.

SELENE, Simonis Magi ſcortum. vid. *Helena.*

SEMIRAMIS, famoſiſſima illa Aſſyriorum regina, in numerum foeminarum doctarum refertur à Rev. *Meuſchenio* in Theatro illuſtrium mulierum doctarum §. 3. pag. 5 ſqq. quia ab illa urbes munitas, hortos penſiles exſtructos, flumina coërcita, viasque ſtratas eſſe, Auctores antiqui tradunt. Confer inprimis *Polyænum* Stratagem. VIII. 26. ubi inſcriptio columnae in ejus memoriam

erectae

crectae profertur. Sed res *Semiramidis* incertae admodum esse fidei, copiose probat Rev. *Jo. Ge. Walchius* in diss. de fabulosa historia *Semiramidis*, inprimis contra *Ctesiam Cnidium* & *Diodorum Siculum*, Lips. 1713. 4. adde *Sam. Bocharti* Hierozoicon Part. II. lib. I. cap. I. pag. 7 sq. & *Gerb. Jo. Vossii* Opus de Idololatria lib. I. cap. 23. Caput *Semiramidis* in tribus gemmis exhibetur à *Paulo Alexandro Maffeo* Tom. I. Gemmar. antiqu. descriptarum num. 79 – 81.

SEMPRONIA, uxor D. *Junii Bruti*, & forsitan mater D. *Junii Bruti Albini*, unius ex percussoribus *Julii Caesaris*, fuit conspirationis Catilinae conscia, cujus eruditionem miram non minus, quam mores pessimos, graphice describit *Sallustius* in Bello Catilin. cap. 26. *In his erat* Sempronia, *quae multa saepe virilis audaciae facinora commiserat. Haec mulier genere atque forma praeterea viro atque liberis satis fortunata fuit: literis graecis & latinis docta, psallere & saltare elegantius, quam necesse est probae; multa alia, quae instrumenta luxuriae sunt. Sed ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit. Pecuniae an famae minus parceret, baud facile discerneres. Libidine sic accensa, ut saepius peteret viros, quam peteretur. Sed ea saepe antebac fidem prodiderat, creditum abjuraverat, caedis conscia fuerat, luxuria atque inopia praeceps abierat. Verum ingenium ejus baud absurdum; posse versus facere, jocum movere; sermone uti vel modesto, vel molli, vel procaci. Prorsus multae facetiae, multusque lepos inerat.*

SENTIA ELIS, Medica. vid. ELIS.

SERA, sive *Sara*, filia *Aser*, qui fuit *Jacobi* filius, memoratur Gen XLVI. 17. Num. XXVI. 46. & 1 Paralip. VII. 30. Haec dicitur prophetissa fuisse, & meritorum praerogativis exuberasse, teste S. *Hieronymo* in quaestionibus Hebr. in libros Paralipom. Tom. II. Opp. in Append. pag. 48. ed. *Martianay*. *Jo. Glandorpius* in Onomastico Romano pag. 782. opinatur hanc esse eandem, quam *Cicero* in epist. ad *Dolabellam* lib. IX. epist. 10. *Sopbum* (in edd. *Sopbiam*) vocat.

SIDO, Poëtria, vid. notas ad *Olearii* dissert. de Poëtriis Graecis pag. 184. not. 81.

SMARAGDA Canabutzena, *Nicolai Sguropuli* vidua, scripsit è Chio An. C.

 MDLXXX.

MDLXXX. lingua graeca vulgari epiſtolam ad *Theodoſium Zygomalam* Magnae Eccleſiae, quae erat Galatae, Protonotarium, ejusque opem imploravit, ut contractus emptionis fundi, à *Nicolao Coreſe* accepti, ratus maneret. Exſtant hae literae manu ipſius mulieris ſcriptae apud *Mart. Cruſium*. (num. *CLX*.)

SOSIPATRA fuit mulier docta, dives & formoſa ex Aſia, quae nupſit *Euſtathio*, praefecto Cappadociae. De ejus educatione & notitia rerum futurarum multa mira, vel potius fabuloſa, copioſe enarrat *Eunapius*, (num. *CLXI.*) ubi etiam philoſophiae illam ſtuduiſſe, & liberos ſuos τὰ φιλοσοφούμενα docuiſſe teſtatur.

SOTIRA, gr. Σώτειρα, obſtetrix, de qua *Plinius* Hiſt. Nat. lib. XXVIII. cap. 7. ſect. 23. Sotira *obſtetrix, tertianis quartanisque efficaciſſimum dixit plantas aegri ſubterlini; multoque efficacius ab ipſa muliere, & ignoranti. Sic & comitiales excitari. Sotirae* Gynaecia τὰ γυναικεῖα exſtare MSta in Bibliotheca Florentina, teſtatur index librorum nondum editorum, confectus à *Scipione Tettio* Neapolit. editus à *Labbeo* in Nova Biblioth. MSStorum pag. 173. Ejus mentionem faciunt *Tiraquellus* lib. de Nobilit. cap. 31. num. 344. & *Fabricius* in Bibliotheca Gr. Vol. XIII. pag. 427.

SPENDUSA, mulier medica, cujus φάρμακον πρὸς ὦτα πυοῤῥοοῦντα deſcribit *Claudius Galenus* lib. III. cap. 1. περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους Tom. II. Opp. pag. 192, 27. ed. Baſil.

STESICHORI Filiae, Poëtriae. vid. *Olearii* diſſert. de Poëtriis Graecis, num. *LXVII*.

SULPICIA, uxor *Caleni*, & Poëtria adeo celebris, ut *Sapphûs Romanae* nomine digna habita fuerit, vixit ſub *Domitiano*, & compoſuit Eclogam vel Satyram de hujus Imperatoris edicto, quo Philoſophos urbe exegit, in cujus initio multa & varia ſcripta ſua commemorat:

- - - - - - quare nec carmine curro Phaleuco,
Nec trimetro Iambo, nec qui pede fractus eodem,
Fortiter iraſci didicit duce Clazomenio.

Cetera

Cetera quin etiam quos denique millia lusi,
Primaque Romanas docui contendere Grajis,
Et salibus variare novis, constanter omitto.

Carmen hoc sæpissime excusum reperitur in *Ge. Merulæ* carminibus variorum, Argent. 1509. 4. *Scaligeri* Appendice Virgiliana, Lugd. Bat. 1595, & 1617. 8. *Pithoei* Epigrammatibus veteribus, Paris. 1590. 12. & Genev. 1596. 8. *Schrevelii* Juvenale, *Mich. Hadrianidis* Petronio, & in Vol. II. Corporis Poëtarum Latinorum, à *Mich. Maittairio* Lond. 1713. fol. editi pag. 1167. Nonnulli quidem illud vel *Juvenali*, vel *Ausonio* tribuerunt, quia in Codicibus quibusdam horum poëtarum exhibetur; *Semproniæ* tamen adscribendum esse statuunt *Jul. Cæs. Scaliger* in Hypercritico, & *Janus Broekhusius* in notis ad *Tibulli* lib. IV. carm. 2. pag. 384. Carmina etiam, quæ in *Tibulli* lib. IV. Panegyrico ad Messalam adduntur, à *Sulpicia* & *Caleno* scripta esse suspicantur *Casp. Barthius* Adversar. LXIX. 16. & laudatus *Broekhusius* l. c. Egregie nostram laudat *Martialis* lib. 10. epigr. 35, & 38. Meminerunt etiam illius *Sidonius Apollinaris* carm. IX. v. 202. & vetus Scholiastes *Juvenalis* ad Sat. VI. v. 537. Confer Celeb. *Fabricii* Bibliothecam Lat. Vol. I. pag. 229. 256. 674 sqq. & Vol. III. pag. 267. & pag. 287.

SUSANNA virgo, *Rufini* Alexandriæ Praefecti, soror, foeminis doctis, nescio quo auctore, annumeratur à *Tiraquello* in legem XI. Connub. Tom. II. Opp. pag. 192. a.

T.

TANAQUIL, uxor *Tarquinii Prisci*, Regis Romanorum, in numerum foeminarum doctarum refertur à *Tiraquello* in Legem Connub. XI. Tom. II. Opp. pag. 192. a. quia Scriptores Historiae Romanae testantur, illam coelestium prodigiorum peritissimam fuisse. Historiam ejus habes apud *Livium* lib. I. cap. 34. cap. 39. & cap. 41. atque apud *Dionysium* Halic. Antiqq. Rom. lib. III. pag. 184. & lib. IV. pag. 207, & pag. 209.

TARAXANDRA Sibylla, vid. *Olearii* differt. de Poëtriis Graecis, num. LXVIII.

TELESILLA, Poëtria. Vid. *Olearii* diff. de Poëtriis Gr. num. LXIX. Vir Confultiff. *Otto Frid. Menckenius* in Bibliotheca Virorum militia ac fcriptis illuftrium, num. CCXXXVIII. pag. 451. erudite obfervat, *Telefillae* ætatem non circa Olympiadem CXXXIX. fed LXVIII. collocandam effe; primum, quia *Cleomenes*, Rex Spartanorum, contra quem pugnavit *Telefilla*, non fuit ultimus, fed primus iftius nominis, *Anaxandridæ* filius, qui circa *LXVIII.* Olympiadem imperavit. vid. *Paufan.* in Laconicis lib. III. cap. 4. pag. 212. deinde, quod alias *Herodotus*, qui longe ante Olymp. CXXXIX. hiftoriam fuam confignavit, impletionem Oraculi de mulieribus Argivis nullo plane modo commemorare potuiffet.

TELESINA, Poëtria. vid. *Olearium* l. c. num. *LXX.*

TERENTIA, uxor *M. Tulli Ciceronis*, Oratoris celeberrimi, à quo repudiata, *C. Salustio Crifpo*, Hiftorico claro, deinde *Meffalæ Corvino* nupfit, & fecundum *Plinium* Hift. Nat. VII. cap. 48. & *Valerium Max.* lib. VIII. cap. 13. ex. 6. annum vitae CIII. (in nonnullis *Plinii* editionibus exftat mendofe CXVII.) explevit. S. *Hieronymus* in fine libri I. adverfus *Jovinianum* Tom. IV. Opp. 190. ed. *Martianay:* Cicero, *rogatus ab* Hircio, *ut poft repudium* Terentiae *fororem ejus duceret, omnino facere fuperfedit: dicens non poffe fe uxori & philofophiæ pariter operam dare. Illa interim conjux egregia, & quæ de fontibus Tullianis haufer at fapientiam, nupfit* Saluftio *inimico ejus, & tertio* Meffalæ Corvino, *& quafi per quosdam gradus eloquentiae devoluta eft.*

THALARCHIS, Poëtria, vid. *Olearium* l. c. num. *LXXI.*

THARGELIA, Poëtria, vid. *Olearium* l. c. num. *LXXII.*

THEANO, Crotoniatis, fecundum *Laërtium*, (num. CLXIX.) & *Didymum* apud *Clementem Alexandr.* (num. CLXXXVIII.) vel Cretenfis, fecundum *Porphyrium*, (num. CLXXX.) & *Suidam*, (num. CLXXIX.) traditur filia *Brontini* Crotoniatæ apud *Laërtium*, (num. CLXVIII.) vel *Pythanactis*, five *Pythonactis* apud *Porphyrium*, (CLXXX.) & *Suidam*, (num. CLXXIX.) atque uxor *Pytha-*

Pythagoræ philosophi, apud *Athenæum*, (num. CLXXXIX.) *Laërtium*, (num. CLXVIII.) *Jamblichum*, (num CLXXXII.) *Porphyrium*, (num. CLXXX.) *Eusebium*, (num. CLXXXIII.) *Theodoretum*, (num. CLXXXIV.) *Suidam*, (num. CLXXIX.) & *Julium Pollucem*, (num. CLXVII.) ex quo peperit *Telaugem* & *Mnesarchum* filios, atque *Myam* & *Arignoten* filias. Nupsit post *Pythagoræ* mortem *Aristæo* Crotoniatæ, teste *Jamblicho*, (num. CLXXXII.) & *Pythagoræ* scholam cum *Telauge* & *Mnesarcho* filiis regendam suscepit, vid. *Eusebium* & *Theodoretum*. (num. *CLXXIII* sqq.) *Menagius* in historia mul. Philosoph. segm. 85. monet, scripsisse *Didymum*, [num. CLXXXVIII.] ex mulieribus solam *Theano* philosophatam fuisse, & composuisse poëmata; utrumque falso. Rectissime autem Celeb. *Fabricius* Vol. I. Bibliothecæ Gr. pag. 528. observat, *Didymum* praeter rem à *Menagio* carpi, quod ille *Theanonem* non solam, sed primam inter mulieres philosophatam fuisse, [vel secundum *Jonsium* de Scriptoribus Historiæ philosoph. lib. I. cap. 8. segm. 2. in not. philosophorum historiam dedisse,] scripserit, & mox addiderit eam scripsisse poëmata, nec primam hoc fecisse affirmans, nec solam. Scripta nonnulla *Theanonis* superesse affirmant *Laërtius*, [num. CLXIX.] & *Porphyrius*, [num. CLXXX.] atque nominatim Commentarios philosophicos, & apophthegmata & poëma quoddam epicum ei tribuit *Suidas*. [num. CLXXIX.] Idem auctor l. c. refert extitisse *Theanonem* Metapontinam vel Thuriam, Pythagoream, filiam *Leophronis*, uxorem *Carysti*, vel *Crotonis*, vel *Brotini* Pythagorei, quæ scripserit **de *Pythagora*, & de virtute**, & admonitiones muliebres, & apophthegmata Pythagoreorum. *Laërtius* quoque, (num. CLXVIII.] & *Jamblichus*, [num. CLXXII.] tradunt, *Theanonem Pythagoræ* uxorem & *Brontini* filiam, ab aliis *Brontini* Metapontii uxorem *Pythagorae*que discipulam appellari. Qui *Pythagorae* sectam sectarentur, Metapontii sive Metapontini, nam utrumque dici testatur *Stephanus*, plures fuere: *Brontinus* ille, *Hippasus*, cujus vitam scripsit *Laërtius*; & *Metopus*, cujus fragmentum protulit *Stobaeus* Serm. I. ut observat *Menagius* in Hist. mul. Pythag. segm. 103. Hujus *Theanus* miram taciturnitatem, quam lingua dentibus excisa praestitit, celebrant *Codex* MS. Bibliothecæ Reg. Paris. *Gregorius Nazianz.* & *Mich. Apostolius*. [num. CLXXXV-CLXXXVII.]

CLXXXVII.] Alterutram illarum egregie laudant *Lucianus* in fragmentis *Sapphus*, [num. CXXXIV.] *Jamblichus* in vita *Pythagorae* sub finem. *Plutarchus*, [num. CXC.] *Porphyrius*, [num. CLXXXI.] *Nicephorus Gregoras*, [num. LIII.] *Censorinus* de die natali cap. 7. pag. 45. *Septimo* mense parere mulierem posse plurimi affirmant, ut *Theano Pythagorica* &c. & *Ausonius* in Parentalib. num. 30. v. 3. pag. 131. ed. nov. Paris.

Ingenitis pollens virtutibus, auctaque & illis
Quas docuit conjux, quas pater & genetrix;
Quas habuit Tanaquil, *quas Pythagorea* Theano.

Fragmentum ex libro *Theanus* περὶ εὐσεβείας, legitur apud *Stobaeum.* [num. CLXII.] Epistola ejus ad *Timaretam* allegatur à *Julio Polluce*, [num. CLXVII.] Tres epistolae, [num. CLXIII--CLXV.] ad *Eubulen* de liberorum educatione, ad *Nicostratam* de zelotypia vitanda, & ad *Callistonem* de famularum regimine in variis Epistolarum & scriptorum Pythagoricorum collectionibus exhibentur. Quatuor aliae ad *Euridicen*, *Timaeonidem*, *Euclidem medicum*, & *Rhodopen* Philosopham vulgatae sunt è Codice Vaticano à *Luca Holstenio*, [num. CLXVI.] quas tamen vel *Theano* cuidam juniori tribuendas, vel à Sophista quodam sub ejus nomine effictas esse, liquet ex epistola quarta, ubi *Plato* memoratur. *Theanus* apophthegmata varia laudibus celebrantur à *Diogene Laërtio*, *Plutarcho*, *Clemente Alexandr. Jamblicho*, *Theone Sophista*, *Theodoreto*, *Anna Comnena*, & *Joanne Stobaeo.* [num. CLXIX--CLXXVIII.] Auctor Anonymus vitae *Pythagorae* [num. CXCI.] refert, à nonnullis tradi, *Theanonen* non solum discipulam *Pythagorae*, sed & unam filiarum ejus fuisse. Distinguendae sunt à mulieribus Pythagoreis *Theanûs* nomine appellatis I. *Theano*, Locrensis, Poëtria lyrica, cujus meminerunt *Suidas*, [num. CLXXIX.] & *Eustathius* ad Ιλ. β'. pag. 247, 36. Θεανώ τις γυνὴ Λοκρὶς, λυρικὴ ἦν, ἱστοροῦσιν οἱ παλαιοί. II. *Theano*, una filiarum *Danai*, quam memorat *Apollodorus* Biblioth. lib. II. cap. 1. §. 5. III. *Theano*, uxor *Metaponti* Regis Icariae, cujus fabulam narrat *Hyginus* num. 186. IV. *Theano*, *Cissei* filia, *Antenoris* uxor, & *Minervae* Sacerdos, de qua *Homerus* Ιλ. ζ. v. 297 sqq.

Αἱ

Αἱ δ' ὅτε νηὸν ἵκανον Ἀθήνης ἐν πόλει ἄκρῃ,
Τῇσι θύρας ὤϊξε Θεανὼ καλλιπάρηος,
Κισσηΐς, ἄλοχος Ἀντήνορος ἱπποδάμοιο.

Pausanias in Phocicis lib. X. cap. 27. pag. 865. Γέγραπται Θεανώ τε καὶ οἱ παῖδες, Γλαῦκος μὲν καθήμενος ἐπὶ θώρακι γυάλοις συνηρμοσμένῳ, Εὐρύμαχος δὲ ἐπὶ πέτρᾳ· παρὰ δὲ αὐτὸν ἕστηκεν Ἀντήνωρ, καὶ ἐφεξῆς θυγάτηρ Ἀντήνορος Κριθώ· παιδίον δὲ ἡ Κριθὼ φέρει νήπιον. Τῶν προσώπων δὲ ἅπασιν οἷον ἐπὶ συμφορᾷ σχῆμά ἐστι κ. τ. λ. *Lucianus* in Imagin. Tom. II. Opp. pag. 13. ἡ μὲν τὸ μεγαλόνουν, ἡ Θεανὼ, συμβαλλομένη εἰς τὴν γραφήν. Et paulo post: Εἰκάσθω αὐτὴ Θεανοῖ τε ἐκείνῃ τῇ Ἀντήνορος καὶ Ἀρήτῃ, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτῆς τῇ Ναυσικάᾳ, καὶ εἴ τις ἄλλη ἐν μεγέθει πραγμάτων ἐσωφρόνησε πρὸς τὴν τύχην. *Isaacius Tzetzes* ad *Lycophronis* Alexandram v. 340. Ἀντήνωρ σύγγαμβρος ἦν τοῦ Πριάμου, ἔχων γυναῖκα τὴν Ἑκάβης ἀδελφὴν Θεανώ. *Eustathius* ad Ιλ. ἑ. pag. 396, 19. Ἔστιν ἐνταῦθα ἰδεῖν μητρυιὰν ἀγαθὴν Θεανὼ τὴν Ἀντήνορος γυναῖκα, ἥτις νόθον ὄντα τὸν Πήδαιον, ἔτρεφεν ἐπιμελῶς ἶσα φίλοις τέκνοις, χαριζομένη τῷ ἀνδρὶ, καὶ σημειῶσαι τὴν ἀγαθότητα τῆς μητρυιᾶς γενομένην οὐ διὰ τὸν πρόγονον ἀλλὰ διὰ τὸ φίλανδρον. vid. idem ad Ιλ. λ'. pag. 776, 4 sqq. *Suidas* in Παλλάδιον· Τοῦτο Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς, ὅτε τὴν πρεσβείαν ἐποιήσαντο πρὸς Πρίαμον, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσύλησαν, προδεδωκυίας αὐτὸ Θεανοῦς, τῆς τοῦ Ἀντήνορος γυναικὸς, ἱερείας τυγχανούσης, καὶ φυλαττούσης αὐτό. Et *Georg. Cedrenus* in Compendio Histor. pag. 131. ed. Paris. Ὀδυσσέως καὶ Διομήδους κρυφῇ εἰσελθόντων, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Παλλάδος ἐν ἡμέραις τῶν ἑορτῶν παραμενόντων, καὶ γνώμῃ τοῦ Ἀντήνορος ἐξάρχου τῶν Τρώων ὄντος, διὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Θεανοῦς, ἱερείας τῆς Ἀθηνᾶς οὔσης, τοῦτο νυκτὸς ἀφελόμενοι ἐξῆλθον. V. *Theano* Thebana, de qua *Athenaeus* lib. XIII. pag. 560. B. Ὁ ἱερὸς πόλεμος καλούμενος δι' ἑτέραν γαμετὴν, φησὶ Δοῦρις ἐν δευτέρᾳ ἱστοριῶν, Θηβαίαν γένος, ὄνομα Θεανὼ, ἁρπασθεῖσαν ὑπὸ Φωκέως τινός· δεκαετὴς καὶ οὗτος γενόμενος, τῷ δεκάτῳ ἔτει, Φιλίππου συμμαχήσαντος, πέρας ἔσχεν. Et *Eustathius* ad Ιλ. φ' pag. 1335, 22. Ὁ ἱερός φασι καλούμενος πόλεμος, ὃς ὕστερον συνεκροτήθη διὰ Θεανὼ τὴν Θηβαίαν, ἡρπαγμένην ὑπό τινος Φωκέως, ἔτει δεκάτῳ πέρας ἔσχε,

Θηβαίων τὴν Φωκίδα ἑλόντων συμμαχίᾳ Φιλίππῳ. VI. *Theano*, filia *Scedasi*, Leuctris habitantis, quæ una cum sorore *Evexippe* à Spartanis hospitibus per vim stuprata & occisa est. vid. *Plutarchum* in Eroticis Tom. II. Opp. p. 773. B. & in vita Pelopidæ, Tom. I. Opp. pag. 288. D. *Pausaniam* in Boeoticis lib. IX. cap. 13. pag. 736. *Diodorum Siculum* lib. XV. pag. 486. A. & *Xenophontem* lib. VI. Hist. Graecæ pag. 595. C. ed. *Wechel.* VII. *Theano*, mater *Pausaniæ*, quæ laterem primum ad introitum ædis, in qua proditor filius erat, attulisse dicitur, ut eum exitu prohiberet, & fame necaret. vid. *Polyænus* Strategem. lib. VIII. cap. 51. & *Cornelius Nepos* in vita *Pausaniae* cap. 5. VIII. *Theano*, filia *Menonis*, è pago Agraulensi Atheniensis, quæ cum diris devovere *Alcibiadis* caput plebiscito juberetur, huic intercessit, dicens se εὐχῶν, οὐ καταρῶν, ἱέρειαν εἶναι, teste *Plutarcho* in vita *Alcibiadis* Tom. II. Opp. pag. 202. F. De *Theano* Pythagorea consulendi sunt præter Scriptores de fœminis doctis *Jo. Jonsius* de Scriptoribus Historiæ philos. lib. I. cap. 1. §. 7. *Tho. Stanlejus* in Historia Philosophiæ Part. VIII. cap. 21. pag. 695 sq. *Gerh. Jo. Vossius* de Poëtis Græcis cap. 4. *Æg. Menagius* in historia mulierum Philosoph segm. 79. & *Jo. Alb. Fabricius* Vol. I. Biblioth Gr. pag. 528 sq.

THEMIS, Poëtria. vid. *Olearii* diss. de Poëtriis Gr. num. LXXIV.

THEMISTA, seu **THEMISTO**, Lampsacena, fuit filia *Zoili Lampsaceni*, (diversi à *Zoilo* Amphipolitano, Homeromastige,) & uxor *Leontei Lampsaceni*, quem *Gassendus* lib. I. cap. 8. de vita *Epicuri* male *Leontium* vocat, ex quo filium nomine *Epicurum* peperit. vid. *Diogenem Laërtium* & *Clementem Alexandr.* (num. CXCIII. sq.) *Epicuri* amicam fuisse discimus ex *Laërtio*, (num. CXCIII.) qui etiam duarum epistolarum *Epicuri* ad illam meminit. *Themistae* hujus sapientiam atque eruditionem omnibus scriptis celebrabant Epicurei, eamque, ut etiam alias quasdam doctas fœminas, usque adeo admirabantur, ut multis voluminibus de ea loquerentur, teste *Cicerone* lib. II. cap. 21. de finibus bonorum & mal. *Nonne melius est de his* [viris magnis] *aliquid, quam tantis voluminibus de* Themista *loqui.* Idem in Orat. in *L. Pisonem* cap. 26. *Tu eruditior, quam* Piso, *prudentior, quam* Cotta, *abundantior consilio, ingenio, sapientia, quam* Crassus,

fuis, *ea contemnis, quæ illi idiotæ, ut tu appellas, præclara duxerunt. Quod si reprehendis, quod cupidi laureæ fuerint, cum bella aut parva aut nulla gessissent; tu tantis nationibus subactis, tantis rebus gestis, minime fructum laborum tuorum, præmia periculorum, virtutis insignia contemnere debuisti. Neque vero contempsisti, licet* Themista *sapientior, si (Tho. Bentley* emendat: *sapientior sis, sed) os tuum ferreum senatus convicio verberari voluisti.* S. *Hieronymus* in prologo explanationis in *Sophoniam* Tom. III. Opp. pag. 1641. ed. Mart. Plato *inducit* Aspasiam *disputantem:* Sappho *cum* Pindaro *scribitur: &* Alcæo Themista *inter sapientissimos Græciæ philosophatur.* Et Lactantius lib. III. divin. Institt. qui inscribitur de falsa Sapientia, cap. 25. *Nullas unquam mulieres philosophari docuerunt, præter unam ex omni memoria Themisten.* (vid. supra *Theano*) Conf. de nostra *Tiraquellum* in XI. Leg. Connub. Tom. II. Opp. pag. 192. b. *Menagium* in Historia mulierum Philos. segm. 69. *Tho Bentlejum* in notis ad *Ciceronem* de Finibus pag. 110. & *Fabricium* Biblioth. Græc. Vol. II. pag. 817.

THEMISTOCLEA, seu *Theoclea.* vid. ARISTOCLEA in notis ad differt. *Olearii* de Poëtriis, pag. 130 sq.

THEODORA, filia *Cyrinæ* atque *Diogenis*, oriundi a *Zampsigeramo* & *Monimo*, fuit Philosophiæ, Poëticæ, Grammaticæ, Geometriæ atque Arithmeticæ probe perita, eamque docuerunt diversis temporibus *Isidorus* & *Damascius Damascenus* Syrus, qui Nostræ librum suum de *Isidori* Philosophi vita nuncupavit, teste *Photio.* (num. CXCIV.) Quanquam *Damascium* istum *Suidas* Philosophum Stoicum facit, tamen, cum aliis sit Peripateticus, secundum *Jonsium* in Scriptoribus historiæ Philosophicæ, *Theodoram* nostram, ejus discipulam, inter Philosophas Peripateticas referendam esse existimat *Menagius* in historia Mul. Philos. segm. 68. Sed Celeb. *Fabricius* Biblioth. Græc. Vol. III. pag. 70. & pag. 314. statuit, rectius illam Platonicis mulieribus adscribi, vel certe illis, quæ variarum sectarum dogmatis sunt imbutæ.

THEODORI Metochitæ filia, vid. Panypersebasta.

THEODOSIA Melodis Græcorum est annumeranda, teste *Leone Allatio* in *Hottingero* fraudis & imposturæ manifestæ convicto pag. 217. qui ex ejus canone

in S. *Ioannicium* haec profert Καὶ γηΐνων ἀπαλλαγεὶς, καὶ νῦν μετ' ἀγγέλων συγχορεύσεις, Ἰωαννίκιε μακάριε. &: ὡς πτωχεύσας ἐν πνεύματι τὴν τῆς βασιλείας δόξαν ἐπλούτησας, καὶ πρὸς πόλιν εἰσελήλυθας τὴν τῶν πρωτοτόκων, πάτερ ὅσιε. &: ἐξ ἐνύλου φθορᾶς πρὸς τὰς ἐκεῖ τῆς ἀφθαρσίας μετετέθης μονὰς καὶ σκηνώματα.

THEOGNIS, *Diodori Croni* filia, vid. *Argia.*

THEONOË, *Protei*, Ægyptiorum regis, & *Psamathes*, Nymphae Nereidis, filia, de qua *Euripides* in *Helena* v. 12 sqq.

Ἐπεὶ ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίων γάμων,
Καλοῦσιν αὐτὴν Θεονόην, τὰ θεῖα γάρ,
Τά τ' ὄντα, καὶ μέλλοντα παντ' ἠπίστατο,
Προγόνου λαβοῦσα Νηρέως τιμὰς πάρα.

THEOPHILA, *Canii* Poëtae uxor, de qua *Martialis* lib. VII. epigr. 69.

Hæc est illa tibi promissa, Theophila, Cani,
Cujus Cecropia pectora dote madent.
Hanc sibi jure petat magni senis Atticus hortus,
Nec minus esse suam Stoica turba velit.
Vivet opus, quodcunque per has emiseris aures;
Tam non fœmineum nec populare sapit.
Non tua Pantaenis *nimium se praeferat illi,*
Quamvis Pierio sit bene nota choro.
Carmina fingentem Sappho *laudarit amatrix,*
Castior hæc, & non doctior illa fuit.

vid. de illa *Menagii* historiam Mul. Philos. segm. 72.

THEORIS, Lesbia, mulier fatidica & venefica, quae ob impietatis crimen ab Atheniensibus morte mulctata est. vid. *Demosthenes*, & ex illo *Harpocration* & *Suidas*, (num. CXCV.) *Plutarchus* in vita *Demosthenis* Tom. I. Opp. pag. 852.

852. E. κατηγόρησε (ὁ Δημοσθένης) τῆς ἱερείας Θεωρίδος, ὡς ἄλλα ῥᾳδιουργούσης πολλὰ, καὶ τοὺς δούλους ἐξαπατᾶν διδασκούσης, καὶ θανάτου τιμησάμενος ἀπέκτεινε.

THEOSEBIA Poëtria, vid. *Olearii* diss. de Poëtriis Gr. num. *LXXV.*

THEOSEBIA, Chemica, cui *Zosimus*, *Thebanus*, nuncupavit librum suum, qui in Collectione MS. Chemicorum Graecorum, num. 45. inscribitur: μυστικὴ βίβλος. Incipit: Ἔνθεν βιβλιοῦται ἄλλη τις βίβλος· Ζώσιμος Θεοσεβείᾳ χαίρειν. Ὅλον τὸ τῆς Αἰγύπτου βασίλειον, ὦ γύναι, ἀπὸ τῶν δύο τούτων τῶν τεχνῶν ἐστιν. κ. τ. λ. Vid. Celeb. *Fabricii* Biblioth. Graec. Vol. XII. pag. 771.

THOMAÏS, famula *Febroniae* martyris, fertur scripsisse herae suae acta, quae graece asservantur in MSto in Bibliotheca Vindobon. teste Lambecio Tom. VIII. pag. 286. Latine exstant apud *Surium XV.* Jun.

THUCYDIDIS, Historiographi filia, cui liber VIII. historiae belli Peloponnensium & Atheniensium tribuitur ex quorundam sententia, quia hic liber à priorum septem sublimi & elaborato dicendi genere remittere videtur, & δημηγορίαις, sive concionibus est destitutus. Nonnulli tamen illum *Xenophonti*, alii *Theopompo* adscribunt.

TIMARETA, Pythagoricorum dogmatum studiosa, ad quam *Theano* Pythagorica scripsit epistolam, teste *Polluce* (num. CLXVII.)

TIMARIS, Regina, de qua *Plinius* hist. Nat. XXXVII. 10. segm. 66. *Paneros* (gemma) *qualis sit*, à Metrodoro *non dicitur: sed carmen* Timaridis *regina in eadem dicatum Veneri non ineleganș ponit, ex quo intelligitur additum ei fecunditatem.*

TIMOCLEA, Thebana, *Theagenis* soror, quam mulieribus doctis annumerat *Tiraquellus* in leg. XI. Connub. Tom. II. Opp. pag 193. a. quia *Plutarchus* in Praeceptis Conjug. Tom. II. Opp. pag. 145. E & S. *Hieronymus* in fine lib. I. contra Jovinianum Tom. IV. Opp. pag. 192. ed. *Martianey* ejus meminerunt. Sed *Timocleae* fortitudo, (quam exhibet gemma elegans in Celeb. *Montfauconi* Supplemento Antiquitat. illustr. Tom. IV. Tab. XXIII. pag. 45) non vero eruditio ejus laudibus celebratur à *Plutarcho* lib de Virtutibus Mulierum Tom. II. Opp. pag. 259. & *Polyaeno* Strategemat. lib. VIII. cap. 40.

TIMY-

TIMYCHA, Lacedaemonia, *Myllia* Crotoniatae uxor, inter mulieres Pythagoricas illuſtriores primo loco recenſetur à *Jamblicho* (num. CXCVI.) Idem Auctor & *Olympiodorus* (num. CXCVII. — CXCIX.) fidem Timychae in arcano ſervando prædicant, ex quibus ſuppleri poteſt Codex mutilus *Porphyrii* de vita *Pythagorae* in fine: Ἱπποβότος καὶ Νεάνθης περὶ Μυλλίου καὶ Τιμύχας ἱστοροῦσι * * * * Operæ pretium fuerit proferre, quæ *Menagius* in hiſtoria Mulierum Philoſoph. ſegm. 95 ſqq. obſervavit: *Hanc* (Timychae) *hiſtoriam reſpexit* S. Ambroſius *lib. II. de Virginitate cap.* 4. *his verbis:* Pythagorea quaedam una ex virginibus celebratur fabulâ, cum à Tyranno cogeretur ſecretum prodere, ne quid in ſe ad extorquendam confeſſionem vel tormentis liceret, morſu linguam abſcidiſſe, atque in Tyranni faciem deſpuiſſe: ut qui interrogandi finem non faciebat, non haberet, quam interrogaret. Eadem tamen forti animo ſed tumenti utero exemplum taciturnitatis & proluvium caſtitatis victa eſt cupiditatibus, quae tormentis vinci nequivit. Igitur quae mentis potuit tegere ſecretum, corporis non texit opprobrium. *At cum Pythagorea illa juſto matrimonio juncta eſſet viro, cur ei opprobrium* Ambroſius *objiceret, cauſa nil erat. Quare veroſimile eſt, virum ſanctiſſimum hanc hiſtoriam ab aliquo ſcriptore habuiſſe, qui eam aliter ac* Porphyrius & Jamblichus *narraverit. Obiter hic obſervamus, ſimile quid tribui* Leaenae, (quae propterea à quibuſdam inter *Pythagoricas* mulieres recenſetur) *meretriculae Athenienſi* à Tertulliano *in Sermone ad Martyres, cap.* 4. Itaque ceſſit carnifici meretrix Athenienſis! quae conſcia conjurationis, cum propterea torqueretur à Tyranno, & non prodidit conjuratos, & noviſſime linguam ſuam comeſtam in faciem Tyranni exſpuit, ut nihil agere ſe ſcirent tormenta, etſi ultra perſeverarent. *Sed qui* Leaenae *conſtantiam commemorant cæteri Scriptores,* Plinius, *(Hiſt. Nat. lib. VII. cap.* 23.*)* Plutarchus, *(lib. de Garrulitate Tom. II. Opp. pag.* 505. *D.)* Pauſanias, *(lib. I. in Atticis cap.* 23.*)* & Athenaeus *(lib. XIII. pag.* 596. *E.) de abſciſſa dentibus lingua verba non faciunt. Id* Anaxarcho *tribuunt* Valerius Max. (lib. III. cap. 3. ex. 4. ext.) Plinius, (lib. VII. cap. 23.) Diogenes Laërtius, (lib. IX. ſegm. 59.) & Philo Judaeus (lib. quod omnis probus liber, pag. 881. Opp. *atque* Theodoro Syracu-

ſano

ſano Livius *(lib XXIV. cap. 5.) & Juveni cuidam, ſed alia de cauſa*, S. Hieronymus *in vita* S. Pauli, *primi Eremitæ*, (Tom. IV. Opp. part. II. pag. 69. edit. Martianey,) Alium *inquit* juvenili aetate florentem in amœniſſimos hortulos praecepit adduci, ibique inter lilia candentia & rubentes roſas, cum leni juxta murmure aquarum ſerperet rivus, & molli ſibilo arborum folia ventus praeſtringeret, ſuper exſtructum plumis lectum reſupinari juſſit, & ne ſe inde poſſet excutere, blandis ſertorum nexibus irretitum relinqui. Quo cum, recedentibus cunctis, meretrix ſpecioſa veniſſet, cœpit delicatis ſtringere colla complexibus, & quod dictu quoque ſcelus eſt, manibus attrectare virilia, ut corpore in libidinem concitato ſe victrix impudica ſuperjaceret. Quid ageret miles Chriſti, & quo ſe verteret, neſciebat. Quem tormenta non vicerant, ſuperabat voluptas. Tandem coelitus inſpiratus, praeciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem exſpuit, ac ſic libidinis ſenſum ſuccedens doloris magnitudo ſuperavit. *Obſervamus &* Timychae *dictam hiſtoriam tribui* Theano Pythagoricae in Codice quodam Regiae Bibliothecae (vid. num. CLXXXV.) De *Timycha* conf. praeter *Menagium* l. c. ſegm. 93 ſq. *Fabricium* Bibliothecae Graecae Vol. I. pag. 529.

TROTA ſeu *Trotula*, Salernitana, appellatur Magiſtra operis chirurgici peritiſſima in libro de remediis muliebribus, cap. 20. qui ſub ipſius nomine prodiit in Collectione Scriptorum Medicorum, Argent. 1544. fol. in Medicis antiquis *Aldi*, Venet. 1547. fol. in Scriptoribus Gynaeciorum, Baſil. 1586. 4. & Argent. 1597. fol. Codex MStus aſſervatur Norimbergae in Bibliotheca Godf. Thomaſii, qui in *Merklini* Lindenio renovato, pag. 716. *Protei* mendoſe vocatur. *Eroti*, Juliae liberto, libellus iſte, longe recentiorem aetatem prae ſe ferens, ab *Hadr. Junio* lib. VI cap. 1. Animadvv. aliiſque male tribuitur. vid. *Tho. Bartholinum* in Diſſ. VI. de legendis libris pag. 167. qui doctorem Salernitanum auctorem eſſe cenſet; *Jo. Rhodium* in notis ad Scribonium pag. 11. & *Jo. Bapt. Morgagnum* in epiſt. de locis Sereni Sarmonici pag. 69. Confer de noſtra *Tiraquellum* de Nobilit. cap. 31. num. 352. & in Leg. XI. Connubialem Tom. II. Opp. pag. 193. a. atque Celeberrimum *Fabricium* Vol. XIII. Biblio-

thecae

thecae Graecae pag. 439. & Biblioth. Lat. Vol. I. pag. 567. & Vol. III. pag. 879.

TULLIA, five *Tulliola*, uxor C. *Calpurnii Pifonis Frugi*, deinde *Furii Craffipedis*, denique *P. Cornelii Dolabellae*, mulieribus doctis annumeratur in *Jo. Casp. Eberti* Mufeo Gynaecei docti pag. 363. quia fuit filia *M. Tullii Ciceronis*, Confulis & Oratoris Romani celeberrimi, qui illam mirum in modum amavit. Alii rectius obfervant, eam fcriptis Patris fui immortalitati confecratam effe. Vitam & fata ejus praeter Interpretes *Ciceronis*, enarrant *Casp. Sagittarius* in hiftoria vitae ac mortis *Tulliae*, Ciceronis filiae, Jen. 1679. 4. & *Pet. Baelius* in lexico hiftorico gallice edito in *Tullie*. De ejus fepulchro & lampade ardente, quae in illo reperta effe fertur, conf. *Fortun. Liceti* opus de lucernis antiquorum lib. I. cap. 8. & 15. lib. II. cap. 2, 39, 46, 47, & 50. lib. III. cap. 12. lib. IV. cap. 4. lib. V. cap. 4. pag. 542. & 544.

TYRSENIS, Sybaritis, inter mulieres Pythagoreas clariffimas recenfetur à *Jamblicho* in vita *Pythagorae* fub finem, in cujus MSS. Codicibus quibusdam legebatur male Τυρσηνῆς, unde *Menagio* in hiftoria mul. Philofoph. fegm. 106. vocatur *Tyrfene*, Τυρσηνὴ, fed in veteri inedita verfione fcribitur *Tyrfenis*, Τυρσηνίς. vid. *Fabricii* Biblioth. Gr. Vol. I. pag. 529.

V.

VALERIA BERECUNDA, Iatromaea, hoc eft, obftetrix & medica, memoratur in veteri lapide apud *Gruterum* pag. MCX. num. I. vid. *Reinefii* Infcriptiones pag. 637. & Celeberrimi *Fabricii* Bibliotheca Graeca Vol, XIII. pag. 440.

L. VARI, feu *Varii*, Tragici latini, uxor; de qua *Servius* in *Virgil.* Ecl. III. v. 20. *Hoc loco quidam fuperfluam volunt effe allegoriam, dicentes rem nufquam lectam de* Virgilio. *Ajunt enim hoc:* Varus, *tragœdiarum fcriptor, habuit uxorem literatiffimam, cum qua* Virgilius *adulterium folebat admittere: cui etiam dedit fcriptam tragœdiam, quam illa marito dedit, tanquam à fe fcriptam. Hanc recitavit pro fua* Varus, *quam rem* Virgilius *dicit per allegoriam*; *nam tragœdiae praemium*

caper

caper fuerat. Horatius:

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Sed melius ſimpliciter accipimus; refutandæ enim ſunt allegoriæ in bucolico carmine; niſi cum, ut ſupra diximus, ex aliqua agrorum perditorum neceſſitate deſcendunt.

VELEDA, ſeu *Velleda*, mulier fatidica Bructeræ nationis, tempore *Neronis* & *Veſpaſiani* vixit, atque diu apud pleroſque Germanos numinis loco eſt habita, teſte *Tacito* de Moribus Germ. cap. 8. qui etiam Hiſt. IV. 61 & 65. V. 22 & 24. hujus fœminæ meminit, ubi vid. Interpretes.

VICTORIA, mulier medica, vid. *Salviana.*

VITALIA Pythagorea, vid. *Biſtalia.*

URSULA, *Cynoſura* cognominata, fertur fuiſſe natione Britanna, patria Cornubienſis, Chriſtianique principis, Dionothi, filia, atque martyrio, una cum 11000 virginibus prope Coloniam A. C. CCCCLIII. obiiſſe. *Jo. Pitſeus* de illuſtribus Britanniae Scriptoribus, num. 36. pag. 88. tradit, eam in pietate & bonis literis ab aetate tenera diligenter enutritam eſſe, & ſcripſiſſe librum documentorum fidei, alium de arcanis viſionibus, & librum epiſtolarum ad diverſos. Confer de illa *Jo. Baleum* in Catal. de Scriptoribus illuſt. Britanniae Cent. I. num. 39. & Scriptores Martyrologiorum, inprimis *Baronium* ad diem 21 Octobris.

X.

XENOCLEA, vates Delphica, vid. *Olearii* diſſertatio de Poëtriis Græcis, num. LXXVI.

Z.

ZENOBIA *(Sempronia)* quæ ſe Ptolomæorum & Cleopatrarum progeniem jactavit, fuit *Odenati*, regis Palmyrenorum, uxor, poſt cujus interitum in Syria filiorum nomine imperavit, & inter XXX. Tyrannos numerata eſt ſub *Gallieno*, *Claudio* & *Aureliano*, a quo A. C. CCLXXII. victa eſt, & Anno CCLXXIV. in triumphum ducta, eique *Tyburte* locus conceſſus, ubi honeſte viveret. Virago

Mmm cle-

clementia, fortitudine, constantia, castitate & ingenio celebris, suspecta tamen super scelere occisi mariti, & *Pauli Samosateni* partibus favens. Litteras humaniores à *Longino* Sophista didicit, græcæ ægyptiæque linguæ peritissima, & latinæ non ignara, orientalem atque Alexandrinam historiam in epitomen redegit, filiosque in litteris erudivit. Historiam ejus præ reliquis copiose tradit *Trebellius Pollio* in *Gallienis* Tom. II. Script. Hist. Aug. pag. 220. *Per idem tempus* Odenatus *insidiis consobrini sui interemptus est cum filio* Herode, *quem & ipsum Imperatorem appellaverat. Tum* Zenobia, *uxor ejus, quod parvuli essent filii ejus, qui supererant,* Herennianus & Timolaus, *ipsa suscepit imperium, diuque rexit non muliebriter, neque more fœmineo; sed non solum* Gallieno *virago melius imperare potuisset, verum etiam multis imperatoribus fortius atque solertius.* Gallieno *sane ubi nuntiatum,* Odenatum *interemptum, bellum Persis ad seram nimis vindictam patris paravit, collectisque per* Heraclianum *ducem militibus, solertis principis rem gerebat. Qui tamen* Heraclianus, *quum contra Persas profectus esset, à Palmyrenis victus omnes, quos paraverat, milites perdidit;* Zenobia *Palmyrenis & Orientalibus plerisque viriliter imperante.* Idem in XXX. Tyrannis de *Odenato*, num. XIV. pag. 298 sq. *Nisi* Odenatus, *princeps Palmyrenorum, capto* Valeriano, *fessis Romanae Reipublicæ viribus, sumpsisset imperium, in Oriente res perditæ essent. Quare assumpto nomine primum regali cum uxore* Zenobia *& filio majore, cui nomen erat* Herodes, *minoribus* Herenniano & Timolao, *collecto exercitu contra Persas profectus est. Nisibin primum & Orientis pleraque cum omni Mesopotamia in potestatem recepit; deinde ipsum regem victum fugere coëgit: postremo* Ctesiphonta *usque* Saporem & *ejus liberos persecutus, captis concubinis, capta etiam magna præda, ad* Orientem *vertit, sperans, quod* Macrianum, *qui imperare contra* Gallienum *cœperat, posset opprimere: sed illo jam profecto contra* Aureolum & *contra* Gallienum, *eo interempto, filium* Quietum *interfecit,* Balista *(ut plerique asserunt) regnum usurpante, ne & ipse posset occidi. Composito igitur magna ex parte* Orientis *statu, à consobrino suo* Mœonio, *qui & ipse imperium sumpserat, interemptus est cum filio suo* Herode, *qui & ipse post reditum de Perside cum patre imperator est appellatus. Iratum fuisse Reipublicæ Deum credo, qui, interfecto* Valeriano, *noluit* Odenatum *reservare. Ille pla-*

ne

ne cum uxore Zenobia, *non solum Orientem, quem jam in pristinum reformaverat statum, sed omnes omnino totius orbis partes reformasset, vir acer in bellis, & quantum plerique Scriptores loquuntur, venatu memorabili semper inclytus, qui à prima ætate capiendis leonibus & pardis, ursis cæterisque sylvestribus animalibus, sudorem officii virilis impendit, quique semper in sylvis ac montibus vixit, perferens calorem, pluvias & omnia mala, quæ in se continent venatoriæ voluptates; quibus duratus, solem ac pulverem in bellis Persicis tulit. Non aliter etiam conjuge assueta, quae multorum sententia fortior marito fuisse perbibetur: mulierum omnium nobilissima, Orientalium fœminarum, & (ut* Cornelius Capitolinus *asserit) speciocissima* (vel: *expeditissima.)* Idem de *Mæonio* num. XVI. pag. 301 sq. *Consobrinus* Odenati *fuit: nec ulla re alia ductus, nisi damnabili invidia, imperatorem optimum interemit, quum ei nihil aliud objiceretur, præter filii* Herodis *delicias. Dicitur autem primum cum* Zenobia *consensisse, quæ ferre non poterat, ut privignus ejus* Herodes *priore loco, quam filius ejus* Herennianus & Timolaus *principes dicerentur. Sed hic quoque spurcissimus fuit; quare imperator appellatus per errorem, brevi à militibus pro suæ luxuriæ meritis interemptus est.* Idem de *Herenniano,* num. XXVI. pag. 225. Odenatus *moriens duos parvulos reliquit,* Herennianum *& fratrem ejus* Timolaum*: quorum nomine* Zenobia, *usurpato sibi imperio, diutius quam fœminam decuit, Rempublicam obtinuit, parvulos Romani Imperatoris habitu proferens purpuratos, eosdemque adhibens concionibus, quas illa viriliter frequentavit;* Didonem & Semiramidem & Cleopatram *sui generis principem inter cætera prædicans. Sed de eorum exitu incertum est. Multi enim dicunt eos ab* Aureliano *interemptos, multi morte sua esse consumptos: siquidem* Zenobiæ *posteri etiam nunc Romæ inter nobiles manent.* Idem de *Zenobia,* num. XXIX. pag. 327 sqq. *Omnis consumptus est pudor; siquidem fatigata Republica eo usque perventum est, ut* Gallieno *nequissime agente, optime etiam mulieres imperarent. Et quidem peregrina, nomine* Zenobia, *de qua jam multa dicta sunt, quæ se de* Cleopatrarum Ptolomæorum*que gente jactaret, post* Odenatum *maritum imperiali sagulo perfuso per humeros habitu, donis ornata; diademate etiam accepto, nomine filiorum* Herenniani & Timolai *diutius, quam fœmineus sexus patiebatur, imperavit. Siquidem* Gallieno *adhuc regente Rem-*

 publicam,

publicam, regale mulier ſuperba munus obtinuit: & Claudio bellis Gothicis occupato, vix denique ab Aureliano *victa & triumphata conceſſit in jura Romana. Extat epiſtola* Aureliani, *quae captivæ mulieri teſtimonium fert. Nam quum à quibusdam reprehenderetur, quod mulierem veluti ducem aliquem vir fortiſſimus triumphaſſet, miſſis ad Senatum populumque Romanum litteris, hac ſe atteſtatione defendit:* Audio P. C. mihi objici, quod non virile munus impleverim, *Zenobiam* triumphando. Næ illi, qui me reprehendunt, ſatis laudarent, ſi ſcirent, qualis illa eſt mulier, quam prudens in conſiliis, quam conſtans in diſpoſitionibus, quam erga milites gravis, quam larga, quum neceſſitas poſtulet, quam triſtis, quum ſeveritas poſcat. Poſſum dicere, illius eſſe, quod *Odenatus* Perſas vicit, ac fugato *Sapore* Cteſiphontem uſque pervenit. Poſſum aſſerere, tanto apud Orientales & Ægyptiorum populos timori mulierem fuiſſe, ut ſe non Arabes, non Sarraceni, non Armeni commoverent. Nec ego illi vitam conſervaſſem, niſi eam ſciſſem multum Romanæ Reipublicæ profuiſſe, quum ſibi vel liberis ſuis Orientis ſervaret imperium. Sibi ergo habeant propriarum venena linguarum hi, quibus nihil placet. Nam ſi viciſſe & triumphaſſe fœminam non eſt decorum, quid de *Gallieno* loquuntur, in cujus contemptum hæc bene rexit imperium? quid de Divo *Claudio*, ſancto ac venerabili duce, qui eam, quod ipſe Gothicis eſſet expeditionibus occupatus, paſſus eſſe dicitur imperare, idque occulte ac prudenter, ut illa ſervante Orientalis fines imperii, ipſe ſecurius, quæ inſtitueret, perpetraret? *Hæc oratio indicat, quid judicii* Aurelianus *habuerit de* Zenobia: *cujus ea caſtitas fuiſſe dicitur, ut ne virum ſuum quidem ſciret, niſi tentatis conceptionibus. Nam quum ſemel concubuiſſet, expectatis menſtruis, continebat ſe, ſi prægnans eſſet; ſin minus, iterum poteſtatem quærendis liberis dabat. Vixit regali pompa more magis Perſico. Adorata eſt more regum Perſarum. Convivata eſt imperatorum more Romanorum. Ad conciones galeata proceſſit cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam cyclade veluti fibula muliebri aſtricta, brachio ſæpe nudo. Fuit vultu ſubaquilo, fuſci coloris, oculis ſupra modum vigentibus, nigris, ſpiritus divini, venuſtatis incredibilis: tantus candor in dentibus, ut margaritas eam plerique putarent habere, non dentes. Vox clara & virilis ſeveritas, ubi neceſſitas poſtu-*

postulabat, tyrannorum, bonorum principum clementia, ubi pietas requirebat. Larga prudenter, conservatrix thesaurorum ultra fœmineum modum. Usa vehiculo carpentario, raro pilento, equo sæpius. Fertur autem vel tria vel quatuor millaria frequenter cum peditibus ambulasse. Nata est Hispanorum cupiditate: bibit sæpe cum ducibus, quum esset alias sobria: bibit etiam cum Persis *atque* Armeniis, *ut eos vinceret. Usa est vasis aureis gemmatis ad convivia, quibus &* Cleopatra *usa est. In ministerio eunuchos gravioris ætatis habuit, puellas nimis raras. Filios latine loqui jusserat, adeo ut graece vel difficile vel raro loquerentur. Ipsa latini sermonis non usquequaque ignara, sed ut loqueretur, pudore cohibita; loquebatur & aegyptiace ad perfectum modum. Historiae* Alexandrinæ *atque* Orientalis *ita perita, ut eam epitomasse dicatur: latinam autem graece legerat. Quum illam* Aurelianus *cepisset, atque in conspectum suum ductam sic appellasset:* Quid, o *Zenobia*, ausa es insultare Romanis Imperatoribus? *Illa dixisse fertur:* Imperatorem te esse cognosco, qui vincis; *Gallienum* & *Aureolum* & cæteros principes non putavi. Victoriam mei similem credens, in consortium regni venire, si facultas locorum pateretur, optavi. *Ducta est igitur ea specie per triumphum, ut nihil pompabilius populo Romano videretur. Jam primum ornata gemmis ingentibus, ita ut ornamentorum onere laboraret. Fertur enim mulier fortissima saepissime restitisse, quum diceret se gemmarum onera ferre non posse. Vincti erant praeterea pedes auro, manus etiam catenis aureis, nec collo aureum vinculum deerat, quod scurra Persicus praeferebat. Huic ab* Aureliano *vivere concessum est. Fertur que vixisse cum liberis, matronae jam more Romanae, data sibi possessione in* Tiburti, *quae hodieque* Zenobia *dicitur, non longe ab* Adriani *palatio, atque ab eo loco, cui nomen est* Conche. Urbem à *Zenobia* conditam memorat *Procopius* Cæsar. de ædificiis Justiniani lib. II. cap. 8. pag. 421. B. ed. Par. Τούτε τοῦ φρερίε (Μαμβρὶ) ἐκ σημαίων μάλιστα πέντε ἐς τὰ Ῥωμαίων ἤδη ἰόντι, Ζηνοβία, ποτὲ Ὀδονάθου γυνὴ, τῶν ἐκείνῃ Σαρακηνῶν ἄρχοντος πόλιν ᾤκισέ που ἐνταῦθά τινα ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις βραχεῖαν, καὶ τὸ ὄνομα ἀφῆκε τῇ πόλει. Ζηνοβίαν γὰρ αὐτὴν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐπωνόμασεν. Et de Bello Persico lib. II. cap. 5. pag. 288. B. Πόλει Ζηνοβίᾳ (ὁ Χοσρόης) ἐπιτυγχάνει, ἣν Ζηνοβία ποτὲ δειμαμένη, τὴν ἐπωνυμίαν τῇ πόλει (ὡς τὸ εἰκὸς) ἔδωκεν. Ἦν

δὲ

δὲ ἡ Ζηνοβία Ὀδονάθυ γυνὴ, τῶν ἐκείνῃ Σαρακηνῶν ἄρχοντος, οἳ Ῥωμαίοις ἔνσπονδοι ἐκ παλαιοῦ ἦσαν. Οὗτος ὁ Ὀδονάθης ἀνεσώσατο Ῥωμαίοις τὴν Ἑώαν ἀρχὴν ὑπὸ Μήδοις γεγενημένην. Ejus animum virilem laudat *Zosimus* lib. I. cap. 39. qui etiam cap. 44. res ab illa in Ægypto ſtrenue geſtas, & cap. 50 ſqq. prælia cum *Aureliano* infeliciter commiſſa deſcribit. *Flav. Vopiſcus* in *Aureliano* cap. 29 ſq. Tom. II. Script. Hiſtoriæ Aug. pag. 479 ſqq. *Palmyram iter flexit* (Aurelianus) *ut, ea oppugnata, laborum terminus fieret. Sed in itinere à latronibus Syris male acцepto frequenter exercitu, mu'ta perpeſſus eſt, & in obſidione usque ad ictum ſagittæ periclitatus eſt. Epiſtola ipſius extat ad* Mucaporem *miſſa, in qua de ejus belli difficultate ultra pudorem imperialem fatetur:* Romani me modo dicunt bellum contra fœminam gerere, quaſi ſola mecum *Zenobia* & ſuis viribus pugnet, ac non hoſtium, quantum ſi vir à me oppugnandus eſſet, in conſcientia & timore longe deteriore. Dici non poteſt, quantum hic ſagittarum, qui belli apparatus, quantum telorum, quantum lapidum: nulla pars muri eſt, quæ non binis & ternis baliſtis occupata ſit: ignes etiam tormentis jaciuntur; quid plura? timet quaſi fœmina, pugnat, quaſi pœnam timens: ſed credo adjuturos Romanam Rempublicam Deos, qui nunquam noſtris conatibus defuerunt. *Denique fatigatus, ac præ malis feſſus, literas ad* Zenobiam *miſit, deditionem illius petens, vitam promittens, quarum exemplum indidi: Aurelianus,* Imperator Romani orbis & receptor Orientis, *Zenobiæ* cæteriſque, quos ſocietas tenet bellica. Sponte facere debuiſtis, id quod meis literis nunc jubetur: deditionem præcipio, impunitate vitæ propoſita, ita ut illic, *Zenobia*, cum tuis agas vitam, ubi te ex Senatus ampliſſimi ſententia collocavero. Gemmas, argentum, aurum, ſericum, equos, camelos in ærarium Romanum conferatis. Palmyrenis jus ſuum ſervabitur. *Hac epiſtola accepta,* Zenobia *ſuperbius inſolentiusque reſcripſit, quam ejus fortuna poſcebat; credo ad terrorem: nam ejus quoque exemplum indidi: Zenobia,* regina Orientis, *Aureliano* Auguſto: Nemo adhuc præter te, quod poſcis, literis petiit. Virtute faciendum eſt, quicquid in rebus bellicis eſt gerendum. Deditionem meam petis, quaſi neſcias, *Cleopatram* reginam perire maluiſſe, quam in qualibet vivere dignitate. Nobis Perſarum auxilia deſunt, quæ jam ſperamus: pro nobis

nobis ſunt Saraceni, pro nobis ſunt Armenii. Latrones Syri exercitum tuum, *Aureliane*, vicerunt: quid igitur, ſi illa venerit manus, quae undique ſperatur? pones profecto ſupercilium, quo nunc mihi deditionem, quaſi omnifariam victor, imperas. *Hanc epiſtolam* Nicomachus *ſe tranſtuliſſe in graecum ex lingua Syrorum dicit ab ipſa* Zenobia *dictatam*; *nam illa ſuperior* Aureliani, *graeca miſſa eſt. His acceptis literis* Aurelianus *non erubuit, ſed iratus eſt: ſtatimque collecto exercitu ac ducibus ſuis, undique Palmyram obſedit: neque quidquam vir fortis reliquit, quod aut imperfectum videtur aut incuratum. Nam & auxilia, quae à Perſis miſſa fuerant, intercepit, & alas Saracenas Armeniasque corrupit, atque ad ſe modo ferociter, modo ſubtiliter, tranſtulit; denique poſt multa mulierem potentiſſimam vicit. Victa igitur* Zenobia, *quum fugeret camelis, quos dromadas vocitant, atque ad Perſas iter tenderet, equitibus miſſis eſt capta, atque in* Aureliani *poteſtatem deducta.* Et cap. 30. pag. 486. " Ingens ſtrepitus militum fuit " omnium, *Zenobiam* ad pœnam poſcentium. Sed *Aurelianus* indignum exiſtimans, mulierem interimi, occiſis plerisque, quibus auctoribus illa bellum " moverat, paraverat, ge[illegible]t, triumpho mulierem reſervavit, ut populi Romani oculis eſſet oſtentui. Grave inter eos, qui caeſi ſunt, de *Longino* philoſopho " fuiſſe perhibetur, quo illa magiſtro uſa eſſe ad graecas literas dicitur. Quem " quidem *Aurelianus* idcirco dicitur occidiſſe, quod ſuperbior illa epiſtola ipſius " diceretur dictata conſilio, quamvis Syro eſſet Sermone contexta." Adde his de *Zenobia* devicta, & in triumphum ducta, *Euſebium* in Chronicorum libro poſteriore ad Annum Chriſti CCLXXIII. *Eutropium* lib. IX. cap. 9. *Sex. Rufum* in Breviario cap. 24. *Paulum Oroſium* lib. VII. cap. 23. *Paulum Diaconum* lib. X. cap. 36. *Jornandem* de Regnorum ſucceſſione cap. 84. & *Georg. Syncellum* in Chronographia ad Annum Chriſti CCLXIV. pag. 385. edit. Pariſienſis. *Antonius Pagi* in diſſertatione Hypatica cap. ultimo pag. 377 ſqq. probat, *Zenobiam* jam Anno Chriſti CCLXXII. in *Aureliani* manus perveniſſe, ſed demum Anno CCLXXIV. in triumphum ductam eſſe. Illam deinde viro claro Senatorii ordinis nupſiſſe tradunt *Syncellus* loco citato, & *Jo. Zonaras* in Annalibus lib. XII. cap. 27. pag. 636. edit. Pariſ. Τοὺς Παλμυρηνοὺς ἐχειρώσατο, (Αὐρηλιανὸς) καὶ

τὴν αὐτῶν βασίλισσαν Ζηνοβίαν κρατήσασαν τῆς Αἰγύπτου, καὶ τὸν ἐκεῖ τότε στρατηγοῦντα Πρόβον ἑλοῦσαν, αὐτὸς κατ' αὐτῆς στρατεύσας κατεπολέμησε, καὶ ὑπέταξεν. Ἣν ἔνιοι μὲν εἰς Ῥώμην ἀπαχθῆναί φασι. καὶ ἀνδρὶ συναφθῆναι τῶν ἐπιφανεστέρων ἑνί· οἱ δὲ κατ' ὁδὸν αὐτὴν θανεῖν λέγουσι, περιαλγήσασαν διὰ τὴν τῆς τύχης μεταβολήν, Μίαν δὲ τῶν θυγατέρων αὐτῆς εἰς γυναῖκα λαβεῖν τὸν Αὐρηλιανόν, τὰς δὲ λοιπὰς ἐπισήμοις τῶν Ῥωμαίων συζεῦξαι. Judaeorum superstitioni & *Pauli Samosateni* haeresi eam favisse, testantur S. *Athanasius* in epistola ad solitariam vitam agentes, seu in Historia Arrianorum segm. 71. Tom. I. Opp. pag. 386. D. ed. *Montfauc.* Ἰουδαία ἦν Ζηνοβία, καὶ Παύλου προέστη τοῦ Σαμοσατέως· ἀλλ' οὐ δίδωκε τὰς ἐκκλησίας τοῖς Ἰουδαίοις εἰς συναγωγάς. S. *Theoderetus* Haereticar. fabul. lib. II. cap. 8. Tom. IV. Opp. pag. 222. B. Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς τῆς μὲν Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος ἦν· Ζηνοβίας δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοπαρχούσης. Πέρσαι γὰρ Ῥωμαίους νενικηκότες ταύτῃ παρέδοσαν τὴν τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης ἡγεμονίαν· εἰς Ἀρτέμωνος ἐξώκειλεν αἵρεσιν, ταύτῃ νομίζων θεραπεύειν ἐκείνην τὰ Ἰουδαίων φρονοῦσαν. *Photius* in Biblioth. Cod. CCLXV. pag. 802, 3. edit. *Hoesch.* Ἐπὶ Κλαυδίου ὁ Λογγῖνος ἤκμαζε καὶ τὰ ἄλλα συνηγωνίζετο Ζηνοβίᾳ τῇ τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδι τὴν ἀρχὴν κατεχούσῃ. Ὀδενάθου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτηκότος, ἣν καὶ μεταβαλεῖν εἰς τὰ Ἰουδαίων ἔθη ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας, παλαιὸς ἀναγράφει λόγος. Et *Nicephorus Callistus* Hist. Eccl. lib. VI. cap. 27. pag. 420. A. Τοῦ κατ' Ἀντιόχειαν ἐπισκόπου Δημητριανοῦ τὸ βιοῦν μεταλλάξαντος, Παῦλος ὁ ἐκ Σαμοσάτων τῷ θρόνῳ ἀντικαθίσταται. Ζηνοβίας γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοπαρχούσης. Πέρσαι γὰρ Ῥωμαίους νενικηκότες, ἐκείνῃ τὴν τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης ἡγεμονίαν παρέδοσαν. Παῦλος οὗτος τὰ πρὸς θεραπείαν ἐκείνῃ θέλων ποιεῖν, τὰ Ἰουδαίων φρονοῦσαν, καὶ θεραπεύειν ὡς πλεῖστον πειρώμενος, εἰς τὴν Ἀρτέμωνος ἐξώκειλεν αἵρεσιν. Καὶ γὰρ ταπεινά τινα καὶ χαμερπῆ περὶ Χριστοῦ ἐδογμάτιζεν· ὡς κοινὸς ἄνθρωπος ἦν τὴν φύσιν, μηδέν τι πλέον κεκτημένος ἡμῶν, ἄμοιρος δὲ θείας οὐσίας· ἐνοικῆσαι δ' ἐν αὐτῷ ὡς ἐν προφήτῃ τὸν Θεοῦ υἱόν· καὶ πάλιν ἀπηλλάχθαι. In nummis Nostra appellari solet ΣΕΠΤΙΜΙΑ ΖΗΝΟΒΙΑ ΣΕΒ. vid. *Seguini* Selecta numismata antiqua cap. 2. num. 32. pag. 75. *Patini* numismata Imperat. pag. 342. ed. Amst. *Spanhemii* differt. VII. de usu numism. pag.

pag. 637. *Vaillantii* P. diff. in Memoriis Academiae Inscriptionum gallice editis Tom. IV. pag. 219. sqq. & *Renaudoti* differt. ib. pag. 225. sqq. *Seguinus* & *Vaillantius* putant nomen *Septimiae* a *Septimio* quodam percussore *Pompeji* M.; *Renaudotus* autem, a familia libertina *Septimiorum*, apud Palmyrenos degente, ad *Zenobiam* pervenisse. Conf. omnino, praeter Scriptores de vitis Imperatorum, *Pet. Baelium* in Lexico historico in *Zenobia*, *Auctorem* Antiqq. Palmyren. anglice editarum & a *Phil. Ge. Hubnero* germanice redditarum cap. 17. sqq. *Jo. Henr. Feustkingium* in Gynaeceo haeretico-fanatico pag. 668 sqq. & Continuationem Memoriarum literariarum gallicarum Tom. IX. Part. II. num. 2.

ZOE, filia Constantini VIII. Imp. & uxor Imperatorum *Romani* II. *Michaëlis* IV. & V. denique *Constantini* IX. Monomachi A. C. MXLII. libidinibus aliisque vitiis mirum in modum indulsit, atque adeo ne ultimo quidem loco in catalogo mulierum Poëtarum digna esset, nisi edicta de magistratibus non vendendis, & omnibus injustitiae generibus de medio tollendis promulgasset. (vid. num. CCI.) Ejus vitam, fata & pessimos mores in Commentario de Vitis Augustarum copiosius exponere constitui.

INDEX I AVCTORVM,

in quorum scriptis Fragmenta & Elogia Foeminarum olim illustrium reperiuntur,

Numeri majores fragmenta & elogia, minores vero notas indicant.

Cle-

Me-

Suidas

INDEX II

NOMINVM ET RERVM.

divi-

FINIS.

CORRIGENDA.

Pag. 7 v. 18 *leg.* μετὰ *pro*: μὲν. *pag.* 34 v. 13 Δυσκόλου *pro*: Δυσχόλου. *pag.* 48 v. 12 Κωλῶτις *pro*: Κωλῶπις. *pag.* 52 v. 4 Μεναίχμου *pro*: Μαναῖχμου. *pag.* 56 v. 5 Πολυαίνου *pro*: Πολχαίνου. *pag.* 88 v. 17 Παλαιολογίνη *pro*: Παλαιογίνη. *pag.* 89 v. 5, 406 *pro*: 409. *pag.* 96 v. 9 Ἀθήνησι *pro*: Ἀθῆνησι. *pag.* 106 v. 8 πρὸ *pro*: πρὸς. *pag.* 153 v. 9 abolere *pro*: obolere. *pag.* 227 v. 18 famem *pro*: famam. *pag.* 229 v. 7 *post* habet, *adde*: cum uxore autem. *pag.* 237 v. 12 qui *pro*: uiq. *pag.* 261 v. 23 *post* Maximus, *adde*: lib. VIII cap. 3 ex. 2. *pag.* 378 v. 27 *post* (num. LXXII) *adde*: & *Gruteri* Inſcriptiones pag. 266. num. 7 conf. *Musgrave* in Geta Britannico pag. 134 ſq. *pag.* 443 v. 24 - 27 *Jo. Glandorpius* in Onomaſtico &c. referenda ſunt ad v. 19 ubi de *Sempronia*. *pag.* 445 verſ. 10 Sulpiciae *pro*: Semproniae.